



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:


- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.

Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

II II





+

8008. H-24



IMPERANDI
AVTHORITATE,
ET CHRISTIANA
OBEDIENTIA,

Libri Quatuor.

* * *

Authore HADRIANO
SARAVIA.

D. Paulus Apost. ad Rom. cap. 13.

Omnis anima potestatibus supereminentibus subiecta esto. Non enim est potestas nisi à Deo, & que sunt potestates, sunt à Deo ordinatæ.



LONDINI
Excudebant Reg. Typog.

Anno salutis humanæ
clb lb xciii.


Huntingdon

INTERNATIONAL
TRADE UNION
OF WORKERS

AMSTERDAM
1924

AMSTERDAM
1924




Omnibus pacis & tranquillitatis
publicæ amatoribus Hadrianus
 Sarauia S. P. D.



Alomon in suo Ecclesiaste inter ceteras mundi vanitates numerat & hanc, quod faciendi libros plures nullus sit finis; & saxat scripturientium morbum, qui nihil se scire arbitrantur, nisi quod sciunt, illos scire alij sciant. si hodie qui fuit olim morbus, aut nullus aut minor esset, mirarer, cum in grauescente mundi ætate, vanitas humani ingenij senectæ delirio sit facta fecundior: ut hodie non tantum docti quæ sciunt scribant, sed etiam indocti quæ nesciunt. Magna nuge magnis ornata titulis, mundo proponitur; quas ubi quis legerit, pro sperata thesauro inuenit carbones: sed ferendum hoc, si non raro sub lapide scorpionem, & in herba latentem anguem, verè hoc dictum est,

Scribimus indocti doctiq; poemata passim.

*Ne in eandem incurrerem reprehensionem, honorum aut horum le-
 ditione contentus, vivere apud me aliquando statueram; at que ita silen-
 tio quod mihi vita est reliquum transigere, & iudicium meum de ali-
 orum scriptis mihi seruare: conscius imbecillitatis humana cogi-
 tabam, idem mihi euenire posse, quod in alijs reprehenditur: idque
 adeo quod magni nominis viros allucinatos interdum in scriptis suis
 fuisse constes. Deinde nihil ego mihi ad scribendam velendum esse
 rebatur, cuius esset aliquod operæ pretium: quidquid enim dici potest, iam
 olim dictum elegantius fuisse quàm à me præstari possit. Quæ au-
 tem causa me mouerint ut mutarem sententiam, nihil attinet dicere,
 maluissimum mihi magis plausibilem scribendi materiam, ab omni in-
 uida & odio remotam dari, scio enim quomodo excepta sit mea tracta-
 tio de diuersis ministrorum euangelij gradibus; nihil tamen est cuius
 me pudeat pigeatq; vnum tantum me male habet, quod in controuer-
 sis difficile sit refutando omnium iudicij satisfacere; & excogitare,
 qua in re quis hereat, quidne moueat magis. Nam ut mihi videat
 conuicisse aduersarij errorem, & argumentando id effecisse, idem ut
 cuius videatur, cuius perspecta mens non est, nec esse potest, haud est
 facile. Sed postquàm in hanc arenam pertractus sum, nec mutare consi-
 lium*

Epistola.

lium possunt. Deum testor me ad publicam ecclesie adificationem ea
 enunigare, quae vera & scitu necessaria iudico: sine cuiusquam insecta-
 tione. propter contrariam sententiam, liberum cuique suam relinquens
 iudicium. nibi nullam fidem ulterius haberi postulo, quam veris aut
 magis verisimilibus documentis rem controuersam demonstro: quod eo
 possum commadins, ac sine periculo veritatis; quod nominis mei nulla
 sit auctoritas, quae prauidicium veritati adferat. nullus enim noui dog-
 matis auctor sum: nec nomen quidquam adfero, quod ante me à viris
 doctissimis non fuerit dictum. scio enim multis plures mecum sentire,
 quam sum is, quibus aduersari audeo. Hodie auctoritas regum in
 quaestione vocatur; & disputatur: a multis populi ordinumque potesta-
 tem superiorera esse regia: idque rationibus philosophicis & humanis,
 non Christianis, nec ex philosophia caelesti desumptis: & quod dolendum
 est, non sine magno populi Christiani offendiculo. Romanarum &
 Graecarum rerum historia, philosophorum atque oratorum lectio, tum
 propter stili elegantiam, tum etiam ob praecelas & in speciem verifi-
 miles rationes, iuuenum & aliorum quorundam, qui ea autum legunt,
 & non iudicant, priscorum morum legumque, ingenerat admirationem
 & desiderium: usque adeo ut ad eorum normam, recedendas censeant
 omnes ceteras omnes respublicas, tum in primis eas in quibus viuunt.
 Quando legunt Spartanorum reges paruisse ephoris, statim aequum cen-
 sent, ut etiam hodie nobilibus ac populo subiiciantur reges, eorumque
 obediunt legibus & mandatis: si recusent, & in tyrannos degener-
 rent, ut & armis ad officium cogi oportere. Libri tam à nostris quam à
 pontificis de hoc argumento scripti circumferuntur, quibus populum
 nobilesque ad arma vocant, quandocumque in tyrannos degenerare re-
 ges videbuntur: quae doctrina cum sit contraria vitae Christianae pra-
 ceptis, quae Christus & Apostoli tradiderunt ecclesiae, & perniciem se-
 allaturarogis & rabusp, confutandam esse duxi. Vitam feroculi isti
 scriptores, qui hinc inde classicum canunt, & subiectos contra suos re-
 ges armant, in prima collocantur acie, primi manus cum hoste con-
 ferturi, & quam fortes sunt calamo & atramento, tam re ipsa ferro,
 cum sui sanguinis & vitae periculo sint in praes. utinam domo, um-
 bra, & otio ad castra & belli miseriae, non modo oculis videndas, sed
 etiam sentiendas extraberentur; quod ratio nequit, doceret experien-
 tia. Si tam facile bellum geri & finire posset; quam facile suscipitur,
 bene esset. Sed bellum nihil differt ab incendio, quod extinguere non po-
 test

Epistola.

rest ubi semel flamma inualuit, nisi subtractio ignis fomite & materia: quae si perpetuo nona iniiciatur, perpetuum quoque incendium futurum est: paruae quae erant belli initio causa, bellando crescunt; nec finis futurus est, antequam pars altera alteram opprimerit, aut utraque perierit, aut facultas bellandi utrique amplius nulla restabit. Videat amentiam eorum, qui hodie contra tyrannos scripsisse videtur volunt; & à populo posse regnis expelli, reges contendunt. & quam male rerum statum, qui hodie inter Christianos est, considerent; putat quam contrarijs sententijs de religione sit distractum: & cum inter tyrannidis principibus notas, impietatem & haeresim constituant, tyrannum à subditis regem habitum iri, quibus male de religione sentire iudicabitur: atque ita pontificij suos cives ad arma vocatari sunt (ut vocant) contra regem quem haereticum esse putant: & vicissim quidam ex nostris idem faciunt, contra principem, qui pontificiae Romanae idololatriae addictus, evangelicam doctrinam admittere recusat. Porro rem eò nunc deducimus videmus, ut quemcumque, dederis principem, alteri parti subditorum suorum futurus sit tyrannus. Fateor quidem longè à diversis moveri causis, qui contra tyrannos scribunt, aut se scribere credunt: sed hoc nihil peccatum eorum minuit. Alij Romani pontificis tyrannidis odio, in odium suorum principum, qui tyrannum illum defendunt, ipsiusque, iugum subiectis imponunt, inciderunt: alij verò ut illius unius mortalis impiam tyrannidem propugnent, legitimos & veros reges, quos vocant tyrannos, ferre nolunt: quispe quòd tyrannus alium tyrannum non patiatur. Isti tamen in suo papa probant, quod in regibus displicet: quia autè fronte contra tyrannos scribant, qui teterrimi tyranni impotentissimam dominationem defendunt, ipsi viderint. Deus certe rem aliquando in iudicium vocabit. Sed inter hos & illos, aliud discrimen est: quòd veri Christianae doctrinae, outsores suis principibus cuiuscumque, sunt religionis fide esse passunt; non itera pontificius; qui per omnia pontificis doctrina consentiat, necessario enim sua superstitione sui principis hostis efficitur. Si doctrina haec nona, philosophica & ethnica, verius quam Christiana, locum obtineat, quia bellorum civilium, proditionum & rebellionum unquam futurus est finis? Intolerabilis est impietas estimationis sacrarum literarum abusu, ad tam pestilentem erroris confirmationem; cum nulla gentium leges, nulla philosophorum instituta, perfectior, artitiorumque, obedientiam subditis precipiant, evangelica doctrina, patres, domini, reges, natos, servos, subditos, qui habent re-


Epistola.

Et Christi praeceptis institutos: habebunt etiam semper fidos, & obsequentes, & ad omnia mandata semper paratos, ac dicto audientes, quamdiu nihil quod sit iniquum & impium mandabunt. Sic ubi in hac re peccatur, id nullo Christiana doctrina vitio accidit; sed hominum, qui veritati non parent, & Christum ore consentunt, factis autem negant. Inter ceteras quibus hodie ab ecclesia & veritatis inimicis, veri Christiani gravantur calumnias, hac postrema non est; quod nescio cuius libertatis pretextu, minus dicto audientes sint suis magistratibus cives, & parentibus nati, ubi vera evangelij doctrina est recepta, quam apud eos qui adhuc papisticis erroribus immersi sunt: cui calumnia vitam quorundam scripta nullam occasionem dedissent: rei veritas moribus vitinque probanda est: si quid in hac re apud nos peccatur, totum improbitati, non publica ecclesiae Christi doctrina impetandum est. Ab hac iniuria ut sese populus vindicent, & tota vita & moribus contrarium universo orbi testatum faciant, sintque pacis cultores, iniuriam accipere paratiores, quam cuiquam inferre, & Christiani hominis praecipuam virtutem meminerint esse sitam in tolerantia, & submissione animi propter Deum, hac scribo. Quam enim Deus conservator sit humani generis, & societati colenda hominem creaverit, virtutes eas, in primis coli vult, quibus ea conservatur, deditque potissimum in nostra esse potestate. Quandoquidem duabus rebus constat humana societas, nempe imperio & obedientia; parere & subesse in cuiusvis situm est potestate, imperare vero solus est Dei, eorumque quibus illam potestatem committit. Quod multis praecipit facile est, & cuique obvium: quod paucis dedit, difficile & arduum: obedire & alterius imperio subesse, natura sua facilis est minusque habet periculi, quam imperare: nescio tamen quomodo sit, ut obedientiam vulgo plerique omnes resugiant, tanquam ignobilem, & ad imperium adspirent, splendore externo, vulgusque errore, non re ipsa obedientia virtutem aestimantes: qui si scirent quanto sit plus mali in imperio, quam in obedientia, aliud sentirent. Hoc autem meum opus eis dedico, ad quos pertinet superioribus parere, & se obsequentes praebere: quibus persuasum esse cupio, bello civili & rebellione contra principes etiam tyrannos, nihil esse permiciosius, nihil periculosius, sine praesentem, sine futuram vitam respicias, in qua qui que recipiet, quod in hac praesenti vita boni vel mali gesserit. Quod si id persuasero: Dei gloriam, & ecclesia salutem promovisse, & regnis ac rebus publicis multum

Epistola.

multum profuisse gaudebo, Deoque gratias habebō, qui meo labori benedixerit: sin minus, nec sic inutilem me nauasse operam credam, qui apud impios testimonium relinquam doctrinae ecclesiae Christi; quam ab hac infamia nota vindico, quod seditiosa summisque imperijs sit inimica. Interea temporis candidum lectorem rogatum cupio, ne de his quatuor libris precipitet sententiam, antequam reliquos tres legerit, si forte opinionem, quam concepit ex lectione eorum, qui hoc argumentum tractarunt, nequeat adhuc deponere, plenius ex tractatione status & gubernationis optimatum, & popularis libertatis veritas apparebit. quod aduersarij constituant regimen facile admittos, sed argumenta refello, quibus monarchicam potestatem funditus soluant, rationibus & exemplis vsi, quibus id minimè demonstratur. Quae vera sunt & quibus aristocrasia aut democratia stabilitur, ego non destruo, summa imperia in illis quoque gubernationum formis venero: verum ferendam non est ut cum rebus monarchiae commisceantur, aut cum magno ecclesiae Christi scandalo, & omnium rerum perturbatione, deleantur.

Valc.



Prologus.



IN septem libros digessi rationes imperandi varias, quibus officium obedientiæ subditos alieno imperio doceo, & argumenta depello, quæ homini animos inflare, & ad rebellandum eminentiori potestati excitare solent. Exordium capio à familia, & viri ac sceminæ coniunctione, quia inde omne imperium manauit: & formam quandam refert, vbi vir aut mulier cælebs, aut vidua præest, triplicis monarchiæ paternæ, regiæ, & herilis. Inde transeo ad collegia & societates, quæ imperandi parentiq; quibusdam constant pactis, & legibus, sine vilo ciuili publico imperio: atque sic finem impono primo libro. Qui sequitur continet originem primam imperiorum, & distributione facta specierum reip. toto libro de multiplici monarchia dissero, & quis fuerit primus in orbe tyrannus, qui auitam & naturalem imperandi rationem perturbauit: & natura, Deo authore, non arte aut hominum consilio, & inuentione, imperia comparata esse ad salutem & conseruationem humani generis: qui secus iudicant, nunquam eam animi promptitudinem, ad parendum magistratibus adferent, quam diuina instituta, à pietatis cultoribus exigunt. In publico imperio constitutis, præcepta nulla trado; sed priuatis & subditis cuiuscunque sint ordinis & dignitatis: quoniam officij alterius consideratio segniores reddit homines, & ad proprium præstandum tardiores. & hæc est naturæ nostræ prauitas, vt dum in alienis officijs enarandis sese occupat, illaque præstari ab alijs æquum iudicat, suum negligat, nec reddere quod debet quicquam sit curæ. Iniqui aliorum censores omnes sumus, nostri ipsorum cæci. Ad reges alio sermonis genere opus esset: non enim ignorant quanta sit ipsorum in subditos potestas: quæ sint iura regia, & quæ debeat esse populi in suos reges obseruantia. populo hæc scribo, & eis qui hæc disputanda populis non sine detrimento proposuerunt, eaque omnia duobus libris amoliri studeo, quæ remorantur fidem & obedientiam regibus debitam. Tres restant libri, quos quàm potero breuè editurus sum: quintus de optimatum tractabit regimine; sextus de statu populari; postremus de potestate & administratione ecclesiastica, quæ fuit ante datam legem, & sub Mose toto legis tempore, & sub Domino nostro Iesu Christo, ab Euangelij promulgatione, vsque ad finem seculi,

Prologus.

culi, quando Dominus venturus est iudicatum viuos & mortuos. Sed nolim plura lectorem à me expectare, quàm finis quem mihi proposui postulat: non enim ex professo politeias tracto, nec ea quæ ad politeias pertinent; Philosophorum & iuriconsultorum illæ sunt partes. proposui operis scopus est, demonstratis imperandi varijs generibus, docere eos quos alieno

Deus subiecit imperio, debitum quibuscumque superioribus parendo exhibere honorem. Qui

plura desiderat, habet veteres & re-

centes politicorum scriptores, à quibus quæ in

his libris desunt

petere potest.

A. j.

INDEX



INDEX CAPITVM.

PRIMI LIBRI

Cap. 1.



- Nimi impotentia & feritas falsò creditur ingenuæ libertatis amor.
- Cap. 2.* Colendæ societati tanta est imperandi parendique necessitas, vt nec inter duos diu constare possit, nisi alter imperet, alter pareat.
- Cap. 3.* Homines natura non nascuntur liberi.
- Cap. 4.* De mariti potestate & officio.
- Cap. 5.* De patris potestate & officio.
- Cap. 6.* De potestate & officio eorum, qui loco parentum sunt, & sub patrefamiliâ præcipiendi habent potestatem.
- Cap. 7.* De collegijs & societatibus, & eorum qui præfeci sunt autoritate.
- Cap. 8.* Quæ sit vxoris conditio & officium, quatenus imperio mariti parere teneatur.
- Cap. 9.* Imparitas coniugum ordinem coniugij perturbat.
- Cap. 10.* Naturæ lege nati parentibus subiecti sunt.
- Cap. 11.* Quibus modis minuatur aut amittatur patria potestas.
- Cap. 12.* Quæ nati qui magistratu fungitur debeat esse erga parentem priuatum reuerentia.
- Cap. 13.* Natis nec nubendum nec ducenda vxor clam parentibus & inuitis.
- Cap. 14.* Coniugium insecijs & inuitis parentibus contractum firmum publicis legibus patriæ autoritas non rescindit.
- Cap. 15.* Publicæ leges priuatæ autoritati parentum derogant.
- Cap. 16.* Culpatur natorum inobedientia, & parentum morositas circa nuptias.
- Cap. 17.* Contra eos, qui parentum autoritatem in nuptiarum negotio eleuant, disputatio.
- Cap. 18.* Coniugium non liberat natos ab officijs debitis parentibus.
- Cap. 19.* Natis cadenda parentum iusta offensio, vota, preces, & consilia parentum sunt natis veluti quædam diuina oracula.
- Cap. 20.* Nati seruire & necessaria parentibus ministrare lege Dei & naturæ obligantur.
- Cap. 21.* Exempla pietatis natorum in parentes.
- Cap. 22.* Natis parentes sacrosancti & inuitolabiles sunt.
- Cap. 23.* Exempla barbaræ crudelitatis natorum in parentes.
- Cap. 24.* Iusta patri causâ esse potest inferendæ nato necis, ipsi verò, vel vt tantum pulsæt parentem, nulla.
- Cap. 25.* Filius vocare in ius patrem sine impietate non potest.
- Cap. 26.* Contra patrem filius non est temerè audiendus.
- Cap. 27.* De tutoribus & eorum potestate.
- Cap. 28.* De pueritiæ & primæ adoleſcentiæ formatoribus.
- Cap. 29.* De seruitute & herili imperio.
- Cap. 30.* Vnde primum seruitus nata sit.
- Cap. 31.* Quod sit seruorum officium.
- Cap. 32.* Sublata seruitute corporum remanuisse seruilia quædam onera.
- Cap. 33.* De famulis, liberis, & mercenarijs.
- Cap. 34.* Oeconomis in magnis familijs & architectis operum parendum esse.
- Cap. 35.* Legibus & censuris collegiorum, & societatum mercatorum, & artificum parendum.
- Cap. 36.* De Academicis & collegijs literatorum, qui liberales scientias & disciplinas proficiuntur, eorundemque priuilegijs.
- Cap. 37.* De Collegijs, & societatibus Prophetarum, Sacerdotum, Leuitarum, Apostolorum, & Episcoporum ecclesiæ Christi.
- Cap. 38.* In corpora & fortunas Christianorum episcopi nullam habent potestatem, nisi quam à ciuili magistratu acceperunt.
- Cap. 39.* De collegijs presbyterorum, qui canonici olim decani vocabantur.
- Cap. 40.* De collegijs monachorum & cœnobarum.
- Cap. 41.* Priscos monachos nullis peculiaribus regulis aut institutis fuisse adstrictos.
- Cap. 42.* Nostri temporis monachorum mores & instituta.
- Cap. 43.* Quibus gradibus monachi declinunt a priscorum vitæ sanctitate.
- Cap. 44.* Obedientia & communis utilitatis studio partas esse & conseruatas monachorum & cœnobarum opes.
- Cap. 45.* Transitus ad sequentem librum,

SECVNDI

INDEX CAPITVM.

SECVNDI LIBRI

- Cap. 1.* Homines multis necessitudinum vinculis deuijuntur, sed illud perpetuum quod imperio constat.
- Cap. 2.* Imperij partes & sunt plures & variz formz; sed quz cunq; est, summa potestate habet opus.
- Cap. 3.* Quz sit & quanta suprema potestas, quodq; omnes alias quz sunt in eadem rep. sub se contineat, & quod legibus exempta leges ferat, & cum maiestate conjuncta sit.
- Cap. 4.* Quibus modis hzc potestas acquiratur, & à quo conferatur.
- Cap. 5.* Deus regna dat bonis & malis circa vllum discrimen, sexus, ætatis, aut conditionis.
- Cap. 6.* Summum imperium diuersitatem accipit ab ijs quibus committitur; vnde tres legitimi imperij constituantur differentiz.
- Cap. 7.* Summum imperium vni committi non minus tutò posse quàm paucis principibus; aut populo vniuerso. Illudq; non esse metiendum extensione locorum & regionum.
- Cap. 8.* Miseric non posse tres imperiorum formas.
- Cap. 9.* Quatuor sunt imperij monarchici differentiz.
- Cap. 10.* De prima imperiorum origine falsz opinionis confutatio.
- Cap. 11.* Ex sacra historia docetur vera imperij origo, & quod non hominum fuerit inuentio, sed Dei & nature constitutio, & prima imperia fuisse paterna.
- Cap. 12.* Præmo imperio successisse regni non electione populi, sed hæreditaria successione.
- Cap. 13.* De ijs qui summum imperium proximè à Deo acceperunt nominati ab ipso Deo vocati, in quos populum vllum habuisse potestatem dici nulla ratione potest.
- Cap. 14.* Gentes nihilo plus potestatis in suos habuere reges, quàm populus Dei.
- Cap. 15.* Reges interdum certis legibus eliguntur, in quos non transferitur imperium, sed tantum communicatur, manentq; majoris potestatis subiecti imperio.
- Cap. 16.* Populus Romanus iudicauit reges esse solutos legibus, quando decretum quo summum imperium tradebat imperatori legem vocauit regiam.
- Cap. 17.* Notum esse debet penes quem sit summa rep. potestas: summum imperium nullis potest legibus tradi quz illud tollant.
- Cap. 18.* Quod herile imperium sit iustum, & seruitus sub eo non sit natura sua iniusta.
- Cap. 19.* Discrimen inter dominationem regiam & herilem.
- Cap. 20.* Regia dominatio suam quandam similitèr adfert seruitutem.
- Cap. 21.* Quid tyranni vocabulum significet.
- Cap. 22.* Tyrannidis mala definitio refellitur.
- Cap. 23.* Alia definitio mala tyranni confutatur.
- Cap. 24.* Quis verus tyrannus, & quid sit tyrannis, & quot eius partes.
- Cap. 25.* Primus ad tyrannidem gradus est supra ceteros excellendi amor.
- Cap. 26.* Regnandi gratia iuris violatio secundus ad tyrannidem gradus.
- Cap. 27.* Quz sit tyrannorum crudelitas.
- Cap. 28.* Tyrannorum luxus & libido.
- Cap. 29.* Tyranni prodigi sunt & auari.
- Cap. 30.* Tyranni sunt in Deum impij.
- Cap. 31.* Vnde primùm nata sit tyrannis, & quis primus in orbe fuerit tyrannus.
- Cap. 32.* Tyranni puniendis hominum peccatis sunt mundo necessarij.
- Cap. 33.* Magnum est inter tyrannos discrimen.
- Cap. 34.* Quzdam tyrannides vbi transiunt in legitimum principatum, nefarium est violare tyrannos.
- Cap. 35.* Sunt tyrannides quz mutari in legitimum statum nequeunt.
- Cap. 36.* Impijs regibus etiam est obediendum, nisi quidpiam iubeant quod diuinis aduersetur mandatis.
- Cap. 37.* Tyrannides quzdam ab impietate in Deum naz sunt, & cum ea sic conjunctz, vt es parere nemo queat, quin fiat impietatis participes.
- Cap. 38.* Quibus sub Ottomanico imperio viuere datur sine impietate ab eo deficere aut eum prodere non licet. Iure Scanderbeus ab Amurathe defecit, eique bellum intulit.
- Cap. 39.* Fidem suam Romano episcopo nemo obligare potest, quod sine impietate quis ei subijci aut tanquam episcopo aut tanquam principi nequeat.
- Cap. 40.* Christianorum principum & episcoporum qui ciuilem potestatem exercent imperio parere nihil habet impietatis. Papæ Romani, Mahumetis, Calypharum, & Iohannis Leidani alia est ratio.
- Cap. 41.* Tametsi perpetua sit Ottomanici imperij iniuria in Christianos, non tamen fœdera

INDEX CAPITVM.

- cum eo inita violare Christianis est integrum.
- Cap. 43.* Diuerſa contrariæque religio non eſt iuſta viciniſ belli inferendi cauſa.
- Cap. 43.* Nocere tyrannum priuatis non licet, niſi mandet is, cui per leges in tyrannum ius eſt.
- Cap. 44.* Tyrannorum cædes plerumque ſunt reip. funeſtæ, & hoc nomine plures reip. viles principes fuiſſe ſublatoſ, quàm pernicioſos, exempla docent.
- Cap. 45.* Apoſtolica doctrina iubet quouſq; Chriſtianos cuiuſcuq; ſint gradus, aut ordinis, tyrannicis poteſtatibus parere.
- Cap. 46.* Reſellitur deprauatio loci Paulini capitis decimi tertij epistoſe ad Romanos.
- Cap. 47.* Rationes aduerſe partis conſutantur.
- Cap. 48.* Aliud argumentum quo Apoſtolica præcepta eluduntur, reſellitur.
- Cap. 49.* Excommunicatio priuat tantum hominem externa viſibiliq; ſocietate quàm ſideles Chriſtiani habent inter ſe, manentibus cæteris ſocietatis humanæ vinculis.
- Cap. 50.* Quod epicoſopus Romanus reges excommunicandi ius, & ab eorum obedientia ſubiectionis abſoluendi viurpat, aperta tyranni eſt.
- Cap. 51.* Soluenda ſunt tributa regibus, eoſque fraudare, grauius eſt peccatum vulgari furto, quo priuati damno afficiuntur.
- Cap. 52.* Conſtitutionibus ciuilibus magiſtratus de rebus Eccleſiaſticis eccleſiarum paſtores & reliqua plebs obedire tenentur.
- Cap. 53.* Compendioſa diſputatio contra eos, qui rebus medijs ad ornatum & ordinem decorum, eccleſiaſticis conſtitutionibus magiſtratum obſequi detreçant.
- Cap. 54.* Exempla obedientiæ: & duris imperijs, quæ nihil continent impietatis, eſſe obtinendum.
- Cap. 55.* Non eſt temerè de regibus & principibus iudicandum: nec curioſus priuatis hominibus in eorum facta conſilia que inquirendum: temperandum eſt à conuictijs & maledictis in principes ac magiſtratus, & modeſtè, quicquid peccant, ab ijs, quorum hoc munus eſt, reprehendendum.

TERTII LIBRI

- Cap. 1.* Ab epicoſopali benediſtione, & iureiurando regum demonſtrare quidam volunt, reges iure ſucceſſionis hæreditariæ, aut electionis non conſequi plenum ius regni, niſi ea etiam accedant.
- Cap. 2.* Ad rationes & argumenta ſuperioris capitis reſpondetur, doceturq; imperatores & reges plenum ius imperij, vel regni, conſequi ab ipſa electione, & natiuitate, etiamſi nec conſententur ab epicoſopis, nec quicquam iurent.
- Cap. 3.* Quamuis in mutuis pactis inter partes contrahatur obligatio, non eſt necelle vtramq; partem iurare.
- Cap. 4.* Ex iure pontificio probatur coronationem nullum conferre ius quod ante coronationem non habebatur.
- Cap. 5.* Sententia Nicolai Cuſani.
- Cap. 6.* Henricus quintus in ſua coronatione Papæ iurare noluit, & quid cauſe ſit cur imperatorum electioni Papæ non tantum tribuunt iuris, quantum ſuz.
- Cap. 7.* Ante coronationem adiri regni poſſeſſionem ex recepto uſu, multis docetur exemplis.
- Cap. 8.* Regum quorundam iuramenta duo continent, quorum alterum ad regum officium, etiamſi nihil iurent, pertinet, alterum eſt quo derogatur regiæ potentie.
- Cap. 9.* Reges non eſſe dominos regnorum ſuorum, ſed tantùm curatores ex verbo Dei falſum eſſe conuincitur, & liberis votis reges electos, aut natos à populo expeti falſum.
- Cap. 10.* Epicoſoporum conſecratio nihil regibus dat authoritatis, & fabula eſt à S. Remigio Clodouæum fuiſſe vnctum: ex formula tamen conſecrationis nihil aliud efficitur, quàm iure reges eſſe antequam conſecrentur.
- Cap. 11.* Potestas regia in regnis hæreditarijs eſt à ſola generatione.
- Cap. 12.* Ementia & conſida iuramenti formula, & fabula de ampulla, & cæleſti liquore conſurantur; & ius ſacrandi reges, quod Rhemenſes epicoſopi prætendunt, nullum eſſe demonſtratur.
- Cap. 13.* Coronatio epicoſopalis falſo adſeritur tollere de regno controuerſiam.
- Cap. 14.* Præſtigie Pontificiorum epicoſoporum in coronatione regis permutatione gladi-

INDEX CAPITVM.

- orum, quando rex abiecit secularis militiæ gladio, ab episcopo cingitur ecclesiasticæ.
- Cap. 15.* Rex quidem a subiectis recipitur, sed non confirmatur: si natura qui imperet non sit idoneus, procuratio regni agnatis committeretur.
- Cap. 16.* Sponso regem electum, aut natum coronatum marito inepte comparari, & hæresim esse affirmare regem illum esse tyrannum & inuasorem, qui possessionem regni suscipit absque episcopali consecratione, & iurando, Nazianzeni autoritas retorquetur in Romanum episcopum, & impudenter Henrici primi, & Ottonis exempla adferri, reprehenditur.
- Cap. 17.* Cur episcopalem coronationem tantum faciant Romanistæ episcopi: falsa adserciones de iure Romani episcopi in exauctorandis regibus refelluntur.
- Cap. 18.* Contraria positio, quæ regum, autoritas supra episcopos adferitur.
- Cap. 19.* Loca sacrarum litterarum, quæ aduersarij citant confirmando suo errori, probant contrariam positionem.
- Cap. 20.* Vetus Israëlita ecclesia nulos vnquam reges excommunicauit, & quæ ex sacris historijs testimonia profertur, vt ius excommunicandi reges probetur, aliena sunt, & sententiam contrariam confirmant esse manifeste veram.
- Cap. 21.* Ahiz vaticinium consera familiam Ieroboami: Quod Asa Maacham suæ sacerdotium abrogauit, & Azarias sacerdos Oziam templo eiecitur, & in Achatham Ioiada coniuuauerit, excommunicandi aut reges exauctorandi non docet ecclesiam, vel sacerdotes habere potestatem.
- Cap. 22.* Quod ignis cælestis missus milites Ochozias contempsit, & Elias Baal sacerdotes interfecit, & Eliseum in prophetam, Iehu in regem Israël & Hazzaelem in regem Syriæ vixit, non probat reges constitui, aut destitui posse ab episcopis.
- Cap. 23.* Testimonij prophetarum impudenter abutuntur pontificij, vt probent prædictum fuisse olim ecclesiam noui Testamenti reges regnis spoliandi potestatem habituram.
- Cap. 24.* Ex locis quibusdam noui Testamenti frustra Romanistæ eandem potestatem probare conantur.
- Cap. 25.* Potestas Apostolorum tantum fuit spiritualis, quemadmodum Christi regnum est spirituale.
- Cap. 26.* Numerianus, & Theodosius non fuerunt excommunicati.
- Cap. 27.* Arcadius ab Innocentio non fuit excommunicatus. si quod quidam narrat de Leone Isauo, & Gregorio secundo verum est, Gregorius ab impietate in Deum, & perfidia in Dominum suum non potest excusari.
- Cap. 28.* Zacharias non deposuit Chuldericum, nec regnum Francorum ad Pipinum transtulit.
- Cap. 29.* Leo non transtulit à Græcis imperium ad Francos: si tentatum id ab eo est, sicut quidam volunt, nullo iure id fecisse potuit.
- Cap. 30.* Bellarmini duræ potissimum rationes, quibus ius Romani papæ in reges & eorum regna se doceri putat.
- Cap. 31.* Responsio ad Bellarmini rationes exponitur. Nazianzeni sententia qui suam episcopalem autoritatem supra regiam potestatem non exulit eo sensu qui allegatur à Bellarmino.
- Cap. 32.* Falsum est potestatem ciuilem esse tantum terrenam & humanam, quum cælestis & diuina non minus sit, quam ecclesiastica.
- Cap. 33.* In Christiana rep. idem est finis ciuilis potestatis, qui est ecclesiasticæ.
- Cap. 34.* Legibus diuinis ciuilis potestas quæ mittitur, atque ecclesiastica.
- Cap. 35.* Ciuilis potestas est reip. instar animæ, sicut est ecclesiastica.
- Cap. 36.* Rex imago Dei est sicut episcopus Christi: & tantò excellentius Christi gloriæ imaginem refert, quæ Christi gloria iudicis, & mundi rectoris maior, quam mediatoris.
- Cap. 37.* Sacerdotij præcipua pars relicta regibus.
- Cap. 38.* Iudicium de moribus ecclesiasticæ potestatis est, in quo tamen si quis sit læsus, ad regem ipsiusque delegatos recurrere poterit, & ab eo restitui.
- Cap. 39.* Constitutio capitis, vnam sanctam ecclesiam. Extra de maioriæ, & obedientia, vbi Bonifacius Octauus seipsum suamque pontificiam dignitatem effert supra omnem aliam, quæ in terris, in aliquo habetur pretio.
- Cap. 40.* Benedictio episcopalis non arguit rege episcopum esse maiorem.
- Cap. 41.* Quæ facta scriptaque sunt à Romanis pontificibus, testimonia non sunt idonea, probando iuri de quo controuertitur, Henricis quartus primus fuit imperator quem

INDEX CAPITVM.

- papæ aucti sunt excommunicare, & imperio spoliare.
- Cap. 42.* Compendium historiz Henrici quarti qui primus fuit quem episcopi Romani regno deicere aucti sunt.
- Cap. 43.* Henrici quarti filium Henricum quintum patri surrogarunt episcopi, & contra patrem excitarunt.
- Cap. 44.* Historia Friderici primi, & quæ fuerint ipsius hæreses.
- Cap. 45.* Malos reges & tyrannos excommunicatos subiectus populus non semper deseruit, nec deserendos iudicauit: multo minùs bonos, qui tantùm odio & impotenti tyrannide Romani episcopi fuerant excommunicati.
- Cap. 46.* Primis ecclesie temporibus imperatores nec reges quantumuis mali, & impij tyrannique ab episcopis non leguntur societate Christianorum eieciti.
- Cap. 47.* Quando episcopi Romani reges excommunicandi sumere cœperunt audaciam.
- Cap. 48.* Excommunicatione vandum ad ecclesie ædificationem: quòd si ex ea plus mali quàm boni expectatur, est ea superfedendum.
- Cap. 49.* Gregorius septimus sibi non constat in excommunicatione, conditusque est incedia fulminum suorum nonnihil restringere.
- Cap. 50.* Quod rex excommunicare, aut alios penes quos refidet summum reipublice imperium, verbo Dei aduersetur.

LIBRI QVARTI

- Cap. 1.* Sacramenti religio, qua rex Poloniz in sua coronatione se astringit, periculi plena.
- Cap. 2.* Quis sit status regni Polonici.
- Cap. 3.* Apud quos ex pactis conuentis, quæ mutuo ac solo consensu inter partes contrahuntur, nascatur obligatio: & quod inter regem & populum quæ est obligatio, non nascatur ex partium mutuo, sed oloque consensu.
- Cap. 4.* Quibus est regis creandi potestas, ipsæ non competit jus exauthorandi, etiam si violentur essentielles conditiones, ob quas rex eligitur.
- Cap. 5.* Alia noua potestate opus est electoribus ad deponendum iam creatum regem.
- Cap. 6.* Nihil stipulandum à regibus in eorum coronatione, nisi tantùm ea quæ lege Dei & iure gentium tenentur obseruare.
- Cap. 7.* Contractus & conuentio inter regem & populum, quæ sint conditiones essentielles.
- Cap. 8.* Aduersariorum regis potentie argumenta referuntur ad duo summatia capita: primum refellit rationes quibus probare conantur reges esse subiectos legibus, alterum quibus procerum populiq; potestas supra reges adseritur.
- Cap. 9.* Quo sensu teneatur rex legibus, quibus regnat, aliàs ab omnibus legibus ciuilibus solutus.
- Cap. 10.* Reges potestatem iudicibus facere possunt, vt de prædiolis, & de rebus ad fiscum regium pertinentibus iudicent, secundum leges & regni iura, sed non de particidio, aut alio quouis crimine, si quod commiserint.
- Cap. 11.* Tameñ reges legibus soluti sunt, tamen secundum leges viuunt.
- Cap. 12.* Argumentantur reges Persarum, & Medorum sua decreta non potuisse reuocare, & subiectos fuisse suis legibus, similiter reges Anglorum teneri decretis suorum parliamentorum.
- Cap. 13.* Maior est regum autoritas in subiectum populum, quàm fuit olim Romanorum Cæsarium, in populum Romanum.
- Cap. 14.* Absurdum est adserere, leges lasas esse cœcendendis regibus: leges & priuilegia quibus accisa est regum potentia, profecta sunt ab ipsis regibus.
- Cap. 15.* Quòd episcopus Romanus olim vixit subiectus canonibus, Ecclesie & quòd imperatorie leges cedunt sacris canonibus, non arguit reges subiectos esse legibus ciuilibus.
- Cap. 16.* Mala populi definitio rejicitur, & bona confirmatur: & quæ sit liberi populi potestas in rep. quæ autem in regno sub regum imperio, declaratur.
- Cap. 17.* Deum cuiq; populo sui regendi potestatem fecisse, & indè natam esse imperiorum diuersitatem, est falsum.
- Cap. 18.* Deus populo Israëlitico sui regendi nunquam liberam potestatem fecit.
- Cap. 19.* Deprauata ex historijs sacris & alijs scriptoribus testimonia in falsum sensum de-

INDEX CAPITVM.

- totas, vt demonstraretur reges accipere à populo leges, confutantur.
- Cap. 20.* Quod imperator, ceterique reges & principes in sua inauguratione iurant se secundum leges regnatos, interpretandum non est reges à populo leges accipere.
- Cap. 21.* Reges olim multis propofitis legibus abfolute regnarunt.
- Cap. 22.* Non est magis metuenda vnius regis tyrannis, quam populi, aut optimatum.
- Cap. 23.* Formula iuramenti regis Arragonum.
- Cap. 24.* Refellitur argumentum quo docere conatur populi authoritatem esse maiorem, quam fit regis, quia magistratus creati sunt propter populum, non populus propter magistratum.
- Cap. 25.* Fallum est quod quidam disputant reges à Deo electos, à populo debuisse constitui, vt quod habebant potestatis, secundum Deum populo acceptum ferrent.
- Cap. 26.* Regnum Israëliticum non fuit populi, sed Dei. in suos ergo reges nihil habebant potestatis, nec populo illud acceptum ferre poterant.
- Cap. 27.* Confutatur opinio eorum qui putant regnum Iudz stirpi quidem fuisse hereditarium, sed personæ electiuum.
- Cap. 28.* Ex historijs sacris quæ adferuntur exempla coniurationum in reges, non probant id esse iure factum.
- Cap. 29.* Argumentum sumptum ex iure Cæsareo de duobus promittendi reis refutatur.
- Cap. 30.* Populo non imputatur quod peccant reges, nec propter eorum peccata puniuntur, nisi digni sint, qui simul cum suo rege affligantur.
- Cap. 31.* Distributio subditorum in tria genera admittitur, & quod de priuatis hominibus concedunt aduersarij, probatur conuenire etiam subalternis magistratibus.
- Cap. 32.* Lex feudorum quæ vassallum eximit ab officijs debitis domino, propter ab eo in ipsum commissam feloniam, ostenditur non habere locum inter regem & subditos.
- Cap. 33.* Principes qui superiorem agnoscunt dominum, tamen potestatem habent & imperium non delegatum, sed proprium, possunt se & suos contra iniuriam & vim à domino illatam defendere, sed non cum vltro lacessere.
- Cap. 34.* A rege non appellatur, quia superior in regno ipso rege nemo est.
- Cap. 35.* Quamuis episcopus Romanus subesse debeat decretis conciliorum, & possit à concilio deponi, non tamen inde sequitur eandem populum habere potestatem in suam regem.
- Cap. 36.* Eodem iure subiuat populi regibus, quo nati suis parentibus, liberi patronis, serui dominis.
- Cap. 37.* Non eadem est multitudinis potestas in regem, quæ regis in multitudinem.
- Cap. 38.* Tyranni nullo iure necari aut ejici à populo possunt.
- Cap. 39.* Non eadem est ratio tyranni, & tyranni publici, aut hominis furiosi.
- Cap. 40.* Sententia Philosophorum, & quorundam Scholasticorum, afferentium licitè & meritorie tyrannum occidi per quemcunq; subditum, condemnata fuit in concilio Constantiensi.
- Cap. 41.* Arma principum protestantium Gallie sumpta fuere ad regis sui defensionem.
- Cap. 42.* Nulla est causa, cur tantoperè vnius tyranni tyrannis, qui sibi suo nocet exemplo & exitium accersit.

Errata sic corrigito,

p. principium, m. medium, f. finem pagine denotat.

pag. 34. p. pro iudicium, indicium, pro iudex, index, in fine bis. *pag. 37. f.* pro noliri, moliri. *pag. 38. p.* pro donum, domum. *pag. 41. p.* pro non possit, possit. *pag. 43. f.* pro nullum, nullam. *pag. 70. m.* pro ex te exiit, eo se exiit. *pag. 93. p.* pro velet, velit. *pag. 95. f.* pro tamen, enim. pro debere, deberi. *pag. 98. p.* pro eas, eos. *pag. 98.* pro militabant, militabant. *pag. 122. f.* pro censet esset, censet esse. *pag. 127. m.* pro prestandi, prestando. *pag. 133. f.* pro Ostiensis, Ostiensis. *pag. 134. p.* Iacobus 6. *pag. 141. m.* pro Romana, Romanam. *pag. 150. f.* pro eat, erat. *pag. 154. f.* pro fide, fidei. *pag. 177. p.* pro chorte, cohorte. *pag. 182. m.* pro coegerunt, coegerunt. *f.* pro vnquam, nunquam. *pag. 187. f.* pro fulimibus, fulminibus. *pag. 189. f.* pro pens, penes. *pag. 201. m.* pro mandatum, mandatum. *pag. 217. m.* pro vibiq; vbiq;. *pag. 226.* pro sedente, sedenti. *pag. 237. f.* pro imprudenter, impudenter. *pag. 241. p.* pro d'vnuasi, d'vnuasi. *pag. 250. m.* pro rationatione, ratiocinatione. *pag. 251. p.* pro miellue, milicue. *pag. 254. m.* pro aliquo, aliqua, in fine, pro tantum, tantum.



DE IMPERANDI AVTHORITATE ET CHRISTIANA OBEDIENTIA

LIBER PRIMVS.

CAPVT I.

Animi impotentia & feritas salò creditur ingenuæ libertatis amor.



VM à me instituat de imperandi auctoritate & obedientia, ab amore libertatis, qui fallaci quadam specie honesti pugnat (quamuis diuersè) cum vtrique mihi exordiendū est. Ipse enim est, qui omnem rerum à Deo constitutum ordinem euertit, ac res humanas vbiq; perturbat. quàm autem sit pestilens, pauci mihi animadvertisse videntur.

Vulgò defendi libertas, & summis laudibus efferri solet, tanquam in ea sita sit humanæ vitæ prima felicitas: cum tamen ipsa plerumque nihil aliud sit, quàm animi indomiti fera & superba quædam pernicitas, alieno imperio subijci, ac parere detrectantis: quæ non aliundè nascitur, quàm ex illo fonte omnium malorum, sui ipsius admiratione, qua primus parens à Deo defecit, & ad Satanam transit. Ex tædio diuini imperij profecta est generis nostri calamitas. molestum enim erat primis parentibus parere Deo, eique subijci. volebant ipsimet esse dii, & subiecti nemini. Non contenti cognitione rerum, quam Deus ipsis summam dederat, scire voluerunt, quod eos latere Deus volebat: & illi sciendi cupiditati coniuncta appetitio quædam fuit principatus: vt ipsi quidem principes essent omnium animantium, nulli interim, nec ipsi quidem rerum creatori & Domino subiecti. sunt enim illa duo indiuiduo nexu simul coniuncta. scientia inani lethaliq; superbiz tumore, nisi reuerentiz & dilectionis Dei *adversus* adsit, animos inflat. Hinc fit vt rarò viri singulari præditi eruditione, vel qui eam de seipsis habent opinionem, inueniantur, qui sint humiles, nec alios gerant animos.

Cicero intellexit veri sciendi cupiditati adiunctam esse appetitionem quandam principatus. sed in ea latentem malitiam non perspexit, quando animo à natura benè informato tribuit, quod in homine est deterrimum; nempe *vt nemini parere animus benè à natura informatus velit, nisi precipienti, aut docenti, aut utilitatis causa iussit & legissimè imperanti.* Quibus verbis morbum animi simulac derexit, subito rursus reterxit. Quod nemini parere velit animus principatus appetens, rectè quidem: quod verò subiungit, id esse animi benè informati à natura, meo quidem iudicio malè. Exceptio addita, nempe nisi præcipienti, aut docenti, aut utilitatis causâ imperanti, morbum prodit, & cur pareat homo indicat, qui aliàs non esset pariturus, nisi præmiū obedientiz esset propositum utilitas.

Principatus appetitio, & alieni imperij detrectatio, à praua animi constitutione, non ab vlla virtutis informatione proficiscitur. Suum spectare modum

DE IMPERANDI AVTHORITATE,
modum in præstando officio, potius quam honestum, nihil aliud est, quam
quædam versuta malitia.

Nos verò diuinis præceptis docemur, lubenti animo etiam iniuste & illegitimè imperantibus, cum damno & detrimento proprio, esse parendum; & duris parentibus à natis, iniquis dominis à seruis, regibus & tyrannis à subiectis deberi obedientiam.

Libertatis studium (si cui rem propius intueri lubeat, & latentes animi recessus excutere) potius à belluina quadam feritate & ferocia, quæ curari, & ad usum & arbitrium alterius inflecti se non patitur, quam à vero mentis iudicio prouenire inueniet. Quod in cæteris videmus animantibus, accidit hominibus. Leones, tygrides, pardos, lupos, & omnes ad manufacturam formare, eò difficilius est, quo natura efferaiores sunt: & contra, quæ minus habent feritatis, vt sunt equi, boues, capræ, oves, & canes facile curantur, & nobiscum viuunt, magnumq; sui cum sua ipsorum vtilitate præbent usum. Sic homines quibus benignius & mansuetus inest ingenium, facilius flectuntur vt parent, & aliorum inseruiant commodis.

Homines verò feri & agrestes, atque ab omni humanitate alieni, citius franguntur, quam flecti aut domari possunt. Non enim intelligunt Dei prouidentia mundum regi, & constituisse, vt alij præfint, alij subsint: non illi quidem qui nobis maxime probantur, & videntur digni qui imperent, sed quos ipse dederit, quicumque illi sint: proinde æquum esse, eorum subesse dominio; Deoq; & necessitati quam imponit hominibus, parere: sed exco-proprie voluntatis feruntur impetu, & belluino more in proprium ruunt exitium.

In schola Christi qui benè institutus est, quam ipsi Deus personam impofuerit spectabit, non quid lubeat arrideatq; magis animo suo: & sibi traditas partes, in hac mundi scena, cum timore Domini quam poterit scitissime peraget.

Quemadmodum autem feritas aliena est ab hominis natura, ita humanitas ei peculiaris est virtus. Ea in se mansuetudinem & benignitatem complectitur: quibus qui præditus est, facile se accommodabit rebus maxime contrariis, imperio vel seruituti. Quandoquidem rector vniuersi seruituti omnia subiecit, non iudicabit seruitutem rem esse indignam homine.

Cælum, æthera, maria, & tellus, & quicquid præterea in ipsis mouetur, homini famulantur. his etiã inferioribus rebus, sol & luna & reliqua omnia astra non sibi lucent. Imò & ipsi angeli in ministerium missi dicuntur electorum Dei. Et quod his omnibus maius est, æternus Dei filius patri suo æqualis, habitum serui induit, & in mundum venit, vt seruiret, non vt ei inferiretur: & homo superbit, atque indignum arbitratu cuiquam vt inferuiat? Alium nos habere animum diuus Paulus vult, quando Philippenses adhoratur, *ut non affectus esses in illis, qui sicut in Christo Iesu: qui cum esses in forma Dei, & non ducisses vapinam parvam esse cum Deo: Ipse tamen se exinaniuit forma serui accepta, similitudo hominibus factus.* Primatam & excellentiam discipulorum suorum, dominus sitam esse vult in ea demissione animi, quæ seruum est: vt is qui præ est, instar serui se gerat, credatq; se seruum esse eorum omnium, qui bus præfectus est.

At (inquiet aliquis) inter huius vitæ ærumnas seruitus numeratur, estq; quædam peccati poena, sicut morbi & egestas, & res huiusmodi, quas vt auer-

facit citra peccatum animus, ita piè à Deo eas deprecari potest, & postulare contraria, nempe bonam corporis valetudinem, vires, ac mediocres opes. Idem itaque de seruitute & libertate sentiendum est. Atque ita Tullij stabit sententia, *animum bene à natura informatum nemini parere velle, &c.* Commodum enim interpretem verborum Ciceronis libens admitto, nam si senserit hominem naturà malle liberum esse, quàm seruire, aburde nihil dixit.

Sed mens gentilium immersa erroribus, humilitatis Christianæ ignara fuit, & affectum animi expressit, quem honestum credidit, & à peccato vacuum; cum tamen illud, quod nemini parere velle &c. significat, iniquum sit, in eo quem Deus, & naturæ lex, gentiumq; iura servire iubent. Quemadmodum etiam nolle ægrotare, aut pauperem esse, aut mortem pati, quando: aut Deus, aut conditio rerum humanarum id postulat, in vitio est: similiter auerteri seruitutem, cui leges, Deusq; hominem subijciunt, extulsi non potest.

In eo bonorum genere, quo divitiæ, honores, forma & valetudo continentur, quibus nemo sit melior, libertas reponitur: sicut & seruitus inter mala confetur, quæ deteriorem hominem non reddunt; ut sunt rerum inopia, & varij corporis morbi: in quibus naturâ turpitudinis nulla inest, sicut nec in illis honestas. Quæ omnia sunt huiusmodi, ut absolute & propter se, eorum nihil aut expetere aut fugere bono viro liceat, quod si fit, id nemo à bona animi informatione proficisci rectè dixerit. Præterea enim est iniquum, mortem aliasq; incommoditates propter defensionem patriæ, pati recusare, aut nolle eis seruire, quorum seruituti, nos natura aut leges, iuraq; gentium addicunt.

Solam virtutem expetere propter se, & vitia fugere docent Philosophi. Christianis vero, Dei voluntas in omnibus rebus, vivendum regula est. Tamen si delectum rerum non tollam, & seruitute libertas sit potior, virtutisq; tamen sequitur naturam eorum, qui eis aut bene aut male vtuntur. Libertas præclarior actionibus expeditior est, nisi quis ea abutatur: sed subijci atque seruire præstat, quam malè libertate abuti.

Quando de re quapiam incidit disputatio, illa aut consideratur qualis est naturâ suâ, aut cum omnibus quæ eam circumstant, eiq; adiacent: quæ plerumq; sunt huiusmodi, totam ut rei naturam mutant: gratia exempli, si de vita & morte differendum est, eaq; inter se comparentur, quis dubitat vitam anteforandam morti? Sed si turpem vitam cum pulchra mortis composuero, hæc profectò illi præponenda erit. Salomon viventibus mortuos præfert: & divites miseri, & pauperes fælices ac beati, hæc ratione prædicantur à Domino. Nos similiter de libertate & seruitute hic disputamus, quantenus in hac mortalitate, homines ea rectè vtuntur, aut malè abutuntur: libertatem querunt, aut defendunt, cum sua & aliorum aut utilitate, aut perniciè.

Et quantum hæc multum inter se distent, seruire ac subiectum alieno esse imperio, & dominum esse atque imperare, quia hoc præclarior sit, illud abiectionis; vtrum tamen conditioni mortali sit melius, Dei iudicium est. Quicquid hominis sensus iudicet, longè tutius ac facilius est seruire atque subesse, quàm regem agere aut dominum. Ille sapiens mundi rector, qui cuncta prudenter disponit, novit, quibus, & quando seruitus sit libertate utilior. Commutandam libertatem cum seruitute vtrò non censeo, nec libertatem quam quis habet tueri prohibeo, eaq; uti. *quantum debet quantumque conditio-*

nem fortiter ferendam, quantumvis duram & difficilem, quam Deus dederit, ne nos blandum libertatis nomen fallat, & ad repugnandum Deo inducat: vt nouerimus æquum esse seruire, cum omnes quotquot Deus alieno imperio subiecit, etiam si sint qui imperent magis digni, tum in primis qui neque libertate recte vsi, nec sibi, aliisue imperare norant.

Historia Romana Græcorumq; scripta plerunque nescio quem falsæ libertatis amorem, lectoribus ingenerant: ac si soli felices illi sint, qui corporis fruuntur libertate, & regibus non viuunt subiecti, cæteri verò omnes miseri. Sed quicumq; volet statim vniuersum vrbis Romæ, inde à primis regibus vsq; ad imperatorum tempora examinare, facillè videbit, quo tempore fuerit felicior. Idem dico de rebus Græcis, & varijs reipub. formis, quæ apud eos fuerunt.

Primo istorum iudicio iniquum fuerit vnus vrbis libertatem, seruitutem, aut exitum omnibus vicinis, atque orbi vniuerso adferre. Atheniensium libertas vicinorum fuit seruitus. Romanorum verò, omnium gentium. Quod ad liberos populos Romæ & Athenarum atinet, nihil melior fuit eorum conditio, quam aliorum populorum, qui vixere sub regibus. Quid enim isti patiuntur, quod Romanis & Atheniensibus non fuerit commune sub Consulibus, sub Dictatoribus, sub Decemviris, sub Tribunis, & postremò sub imperatoribus? Si fecum reputent, sub qua regiminis forma vniuersus populus felicius vixerit (summa enim lex habetur populi salus) inuenient rem Romanam nutantè fuisse, lapsam restituisse, stantem conseruasse, vnus imperiū.

Comparentur similiter Græciæ liberæ ciuitates, & regna, (nam singula hæc non est narrandi locus) & inueniemus eas falsò libertatis titulo, conciuissè sibi & alijs ingentes calamitates: cum tamen libertas pro qua tantoperè dimicabant, aut nulla esset, aut certè non ea, quæ credebatur, nec tanti, vt propere à cælum terræ misceri debuerit. Quorum motuum hic plerumq; finis fuit, vt nimio libertatis studio eam amiserint, perieritq; libertate malè quæsitâ defensæ libertas.

Iudaica gens detrectans subire iugum regis Babylonis, se & templum vniuerso orbe celeberrimum perdidit, & tandem contra Romanos obstinatè dum pro libertate pugnat, in hunc vsque diem eam amisit. Quid alias gentes & reipub. commemorem? quæ dum subijci alieno imperio recusarunt, funditus perierunt, malueruntq; homines (quæ summa creditur esse laus) perire liberi, quam viuere serui.

Res humanæ supremi reguntur numinis providentia: quæ benè administrari non possunt, nisi sint qui imperent, & qui obediant. vtris horum nos Deus destinãrit, videre non est difficile ei, quem animi perturbatio nulla excæcauit, aut enim potestate Deus aliquem supra alios exulit, aut potestati alterius subiecit, nemo potest est, qui non videat, quæ sunt huius, aut illius partes.

CAPVT II

Colenda societati tanta est imperandi parendiq; necessitas, vt nec inter domos diu consiliari possit, nisi aliter imperes, aliter pareas.

DE imperandi tamen iure, & subiectione, magnæ sunt controversiæ, quæ non tantum ex improbitate nascuntur eorum, qui malè imperant, sed

sed etiam contumacia multorum, quos dicto obedientes esse convenit. Unde & imperandi & parendi variaz naturae sunt leges in ipsos coniuges, inter liberos & parentes, seruos & dominos, atque inter reges & populos, quae sint imperij & obedientiae veluti quidam termini & fines. Quae res fuit ignorata patribus, & ideo prisca regiminis formas nobis perturbavit. Quod ubi cum reipub. commodo fit, bene est; sin minus, non mirum disceptum imperium fieri invalidum ad bene, & vtiliter imperandum.

Sed de hac re non est eadem omnium philosophantium, & iuriscosultorum sententia. Cum autem conscientias informare Christianas me profitear, non tam quod iuriscosulti, philosophiq; de hac re decernunt, sequendum est mihi, quam quod Dei lex Prophetarumque, & Apostolorum scripta nos docent, simul cum ijs quae Deus ita in hominum intimis praecordis iniecit, vt deleri nequeant, invicta est naturae vis, quae nunquam ita potuit supprimi, quin alicunde erumperet. Itaque audiamus quid de imperandi potestate & obedientia natura omnes gentes docuit, & sacrae tradiderunt literae.

Apostolus Paulus in omnibus ferè epistolis iubet fideles *principibus & potestatibus supereminensibus esse subiectos*, idem quoque inter homines priuatos obedientiam, & subiectionem desiderat scribens ad Ephesios: *subiecti* (inquit) *estote alijs alijs, cum timore Dei: uxores proprijs viris subiectae estote*. Iubet natos obedire parentibus, & seruos dominis & ne hic quis obedientiam finem capere credat, in Epistolis ad Thessalonienfes & ad Hebræos, eis qui praesunt in Ecclesia, & verbum Dei docent, parendum esse praecipit. si qui praeterea sint, quorum mandatis diuinus sermo, aut ipsa ratio vult vt obediatur, sub potestatis imperandi vocabulo complector.

Huc adferre omnes scripturae locos, quibus singulis hominum ordinibus subiectio & obedientia mandatur, id & nimis prolixum & superfluum esset. extra controversiam est, imperio & obedientia stare omnem hominum societatem. Tanta (inquit Cicero) *rebus in omnibus est imperij necessitas, ut sine ea nec domus ulla, nec ciuitas, nec hominum vniuersum genus stare, nec rerum natura omnis, nec ipse mundus potest*. verè hoc quidem à Cicerone dictum est, sed frustra, nisi omnes etiam intelligant obedire maximum esse bonum; et vt Xenophonis verbis utar, *ἡ ἀρετὴ τοῦ πολέμου, καὶ τῆς πολιτείας, καὶ τῆς οἰκίας, καὶ τῆς ἀγορῆς*. Quod vt clarius appareat, à prima mundi origine rem repetam; primaque imperandi potestate, ac sic per gradus vsque ad summa imperia ascendam. Sed prius in genera sua & partes rem vniuersam partiatur, & oculis lectoris subijciam.

Prima igitur haec est sectio: Potestatum aliam esse priuata, aliam publicam, aliam ciuilem, aliam ecclesiasticam. De publica nihil hoc libro dicam. vbi eò ventum erit, nos ei suas partes dabimus. Incipiendum enim ab ea est, quam priuata nuncupo, & ex aduerso constituo illi quae propria est magistratum.

Colendae societati ab initio Deus hominem condidit quod & testatus est, quando dixit, *non esse bonum hominem esse solum*. & inde constat, quod ferus atque inhumanus sit oportet, qui spreta hominum consuetudine, solus vitam in aliqua degit eremo, sibiq; tantum viuuit. quod vitae genus olim temerè nonnulli tanquam diuinum admirati sunt, & adhuc hodie non pauci admirantur. Hominis quidem causa cuncta creata sunt, ipse verò, vt erga

Xenophon de
Rep. Lacedaem.

Deum pietatem, & cum proximo societatem colat, hoc est, vt Deum inprimis totâ mente ac totis viribus, proximum verò, non secus quàm seipsum sincero amore complectatur ac diligat.

Cum autem inter cæteras animantes quas Deus creauerat, nulla effet cum qua societas homo coleret, sociam ex ipsius latere formatam ei in conjugem dedit: qua eum nihil magis intimum dari potuerit, societatem tamen nec inter illos duos perpetuò constare posse indicauit, nisi præcipiendi potestas alteri daretur, & parendi necessitas alteri imponeretur. Coniunctione illa, quæ inter maritum & vxorem est, nulla potest cogitari arctior aut maior: (duo enim vna caro sunt, os ex ossibus, & caro ex carne) tamen inæqualitatem inter eos Deus esse voluit, vt alter capitis, altera corporis vicem obiret. Aristoteles omnium Philosophorum princeps, imperandi, obediendiq; rationem non arte aut ingenio comparatam esse, sed naturâ indicat. Et nos mortales omnes natura cum parendi necessitate nasci videmus: nempe educandi, regendiq; alieno, non suo ipsorum arbitrio; eorum videlicet à quibus in lucem editi sunt, aut si illi desint officio, ab alumnis & nutritoribus: qui hoc ipso acquirunt imperium in eos aut quos genuerunt, aut quos desertos educarunt.

C A P V T III.

Homines naturâ non nascuntur liberi.

Quo autem sensu dicatur omnium rerum natura parens, aut ipse Deus, omnes homines æquales genuisse, nõ satis assequor. Ante hominis quidẽ casum in illa primæ creationis fœlicitate, libera videri potuit mulier, vt pote quæ nullum mariti preferebat coactum imperiũ, nec permississet, sicut nec liberi, qui in illo statu fuissent procreati: paruiscent tamen alterius imperio; illa viri, hi parentum; nimirum naturâ inferiores. Postea seruilis quædam conditio sub imperio mariti, pœna peccati facta est mulieri.

Naturæ lege filius familiæ in patris est potestate: cui etsi sponte pareat, liberq; dicatur, tamen quatenus sui iuris non est, sed patris subiectus arbitrio, non multum differt à seruo. Quocircâ imperij potestas, non hominum consilio & consensu, sed à Deo & naturæ quædam lege profecta est: vt ea veluti vitali quodam spiritu omnis hominum societas, quæ vnum corpus ex pluribus conficit, regeretur.

C A P V T IIII.

De mariti potestate & officio.

Familiæ itaq; regimen à potestate patris familiæ in vxorem, & liberos totum pender: & quamuis patria potestas hodiè valdè imminuta sit, & longè minor illâ quæ fuit olim, tamẽ non est nulla. Hoc vnũ manet immortum connubij legem apud omnes gentes ius imperandi dare maritis, & subiectionem præcipere fœminis: & nascendi ordinem docere homines nasci alienæ potestati subditos.

Mariti autem in vxorem officium, ius, & potestatem hoc loco tantum patris percurram. Familiæ ordinem, coniugum vitio sæpè perturbari, videmus;

idq;

idq; non tantum vnus, sed non raro amborum. Estq; familia: status permixtus ei qui in anarchia populi, discordiaq; ciuili conspicitur: cui malo mariti prudentiam mederi atque obuiam ire decet: quem ab vxore consilio & moderatione vinci turpe est: vt dignior sit qui ab vxore regatur, quam qui vxorem regat. Multis modis maritalem dignitatem viri perdunt, quos omnes reprehendere non est presens loci. Eum qui auctoritatem mariti retinere cupit, bonis presditum esse oportet moribus. Cum enim caput sit constitutus vxoris & imbecillior sexus directione opus habeat, prudenter se atque clementer erga vxorem gerere debet, auctorq; ei esse bonorum consiliorum, vt imperium quod in eam accepit, vtrique sit vtile: & quemadmodum, vt marito auxilium & solatium adferat, creata est: ita foueatur ameturq; a marito. Caro enim ipsius est, contra naturam autem est, vt quisquam suum corpus carnesq; oderit alienum non minus marito, odisse vxorem, quam seipsum, dicit D. Paulus. Christi erga ecclesiam amorem, qui seipsum morti pro ea obtulit, proponit exemplum maritalis amoris. Inter amores magnum discrimen est: alius maritalis & castus, alius meretricius & lasciuus. Castus amor mariti in vxorem si fuerit quam virginem pudicam accepit, in officio facile continebit. Quando enim intelliget amari se ob virtutem, non ob formam, propter honestatem, non voluptatem: animum suum studiumq; facile transferet ad familiaris curam, ceteraq; matrisfamilias honestaq; matronae officia. Qui petulantius se cum vxore gerunt, quiq; meretricijs amoribus, obscenis moribus, & spurcis sermonibus delectantur, sanctitatem nuptialis thori contaminant, vxoremq; propriam adulterant: & quam castam a parentibus accepere, sepe reddunt adulteram. Ecquid ergo mirum si pereat auctoritas, vbi nulla est grauitas?

C A P V T V.

De patris potestate & officio.

PATRIZ potestati grauissima quaedam onera Deus imposuit, curas & sollicitudines maximas circa educationem, & institutionem natorum. Apostolicus Canon apud Timotheum affirmat, eum qui huius rei fuerit negligens abnegasse fidem: Apostoli verba haec sunt: *Si quis suus, & maxime domesticus non prospicit, fidem abnegauit, & est infideli deterior.*

Prater alimenta liberos ipsi parentes docere & instituire tenentur, aut curare vt ab alijs doceantur aut liberales disciplinas, aut artem aliquam vitae vtilem qua sibi & necessarijs honeste victum comparent, teneantq; recte viuendi rationem. Innatum hoc est omnibus, quorum reprobum non est ingenium; magis vt studeant liberis quam sibi: parentes thesaurizare, aedificare, agros, fundos, & nouas possessiones acquirere videmus, non tam sui quam natorum causa. Et in sacris literis loco diuini beneficij numeratur, quando Deus regi parenti dat post se filium & nepotes per multa secula regni heredes, & successores relinquere. De ceteris qui in aliqua rep. alicuius sunt nominis, idem iudicandum: omnes optant natis auitos aut quos ipsi gessere, vel etiam maiores si possint contingere honores. Qui in mechanicis exercentur laboribus, aut in agricultura, idem faciunt & student quam optima possunt conditione filios relinquere. Degenerant ab humanitate quotquot animo ita comparati non sunt. Quandoquaque hic non tam in re, quam

8. DE IMPERANDI AVTHORITATE,

quàm in excessu & modo peccatur, leuius peccatur, quàm vbi natorum nulla est cura.

Tanta est huius paterni officij necessitas sapientum iudicio, vt Solon natos non debere alimenta parentibus egenis indicauerit, à quibus nullam artem essent edocti, qua sibi victum acquirerent. Quod etiam in leges duodecim tabularum à Romanis postea fuit relatum.

Sed non hic finitur patris matrisue familiàs officium. morum prima esse cura debet, quæ pars tanto negligentius curatur, quanto cultus corporis pluris fit quàm animi, & maior illius quàm huius est sensus. Sed vtiàm sola peccaretur negligentia, & liberis parentes verbo & exemplo principes & authores non essent ad impietatem & flagitia. Conniuere ad liberorum peccata paternæ & maternæ est indulgentiæ, impellere verò diabolicæ malitiæ: de qua in præsentia nihil aliud dicam.

Deus in lege sua iubet ut parentes doceant natos & nepotes suos legem: & hoc nomine commendat Abrahamum, quod cum id esse facturum præuiderat. Apostoli sedulo in suis Epistolis parentes adhortantur, vt in timore Domini & pietate natos instituunt. Magna est primæ institutionis vis ad utrumuis, ad bonum aut ad malum. Quid de pueritiæ & primæ adolescentiæ disciplina dicam? fuit quondam eius apud prisca nationes magna cura priuatim & publicè, quæ hodiè à christianis nihili penditur. Mollis tamen educatio plures perdidit, quam seuera. Duros & implacabiles parentes esse natis, Diuus Paulus vetat, ne nati despondeant animum: sed clementiæ seueritas nihil aduersatur. Sunt interdum adeo austero & agresti ingenio parentes, vt quicquid agant nati nihil placeat: alii iure aut iniuria semel offensi natis, fiunt implacabiles: & præsertim ij quorum indulgentia peccandi in sese causam dedit. Magno iudicio & animi moderatione patribus opus est, ne aut nimia seueritate natorum animos alienent à se, atque ad desperationem adigant: aut nimiam indulgentiam lasciuant & quiduis audeant.

Pro paterna sua authoritate, in officio continere natos; corrigere, punire quod ab eis peccatur, ad patrem spectat. Seueritas quorundam Romanorum in hac re laudari digna est, qui patriis affectibus prætulere salutem reip. Peccata natorum imputantur parentibus, si segnitus perfuncti fuerint officio. Heli cum tota sua familia pœnas Deo dedit quia indulgentior quàm par erat, ad flagitia natorum nimium conuiuerat. Dauid iudicij diuini vltionem non euasit; qui nec in stuprum, nec in fratrum patricidium animaduertat. dignum ergo præmium prauæ lenitatis tulit. tanto enim seuerius vindicasse debebant scelera natorum, quanto maior ipsorum erat potestas: uterque summum in rep. Israelis gerebat imperium. Non excusantur priuati quamuis coercionis modum eis leges præscribant. si quod sit facinus adeo enorme, ut ipsi illud punire aut emendare nequeant, adeant magistratus, & eorum implorent auxilium.

Olim patres familiàs in vxorem & natos, sicut & in seruos, plenam habebant vitæ necisq; potestatem, tollendi aut exponendi recens natum infantem & pro arbitratu exheredandi & abdicandi adukos. Leges duodecim tabularum vendendi natos parentibus faciunt potestatem: sedque tercio repeti posse, si se toties redemissent; Aulus Gellius in nobilibus Atticis testatur. Apud Moschouitas & Tartaros idem hodie

mos

mos est, & patri quater distrahere filium licere aiunt. Hæc quidem patris potestatis esse fateor sed non humanitatis. naturæ namq; lex natis prospicere docet, non ex eis quæstum facere. Si parentes extrema laborant necessitate famis, aut alterius calamitatis, opem ferre natos etiam venditione sui æquum est: non ter quaterue, sed quoties postulat necessitas. Quod definiuere leges, non necessitati, verum paternæ auaritiæ modum imponere. Sed contrarius vsus confirmatus legibus & tempore, hujus patriæ potestatis obliuionem apud nos induxit: & nostra ætate, non patris, sed tyranni, ea crederetur esse potestas: priscis tamen sæculis, aliter est visum. Non disputo utrum illi an nos meliùs iudicemus: tempora mutata sunt, & nos ac nostri mores cum illis: vt hodiè forte non expediat, quod tunc necessarium fuit.

Quidam in sua repub. restituendam patriam potestatem, quæ priscis fuit sæculis censet: cuius rationes & argumenta quamuis resutare haud mihi sit propositum, quod optandum est, potius quàm quod sperandum scribit. Mores & tempora parentumque iniquitas ac duritia, de hac re æquiores ferre leges quàm quæ hodiè in vsu sunt, non patiuntur. Diuinus legislator Moses, qui dirigente supremo numine suas leges scripsit, pleraque indulgit duræ ceruicis populo, quæ non probauit: idem si nostri legumlatoribus vsu veniat, non est mirandum. Vtinam duo tantum possint obtineri, primum vt in parentem omni actione interdicerentur nati: alterum vt parentibus inopia laborantibus, in natos ingratos iusta daretur actio, pro facultatibus ipsorum & parentis dignitate, repetendi educationis præmium. Eorum enim omnium quibus gaudent in vita nati fructum, suo iure genitores repetere possunt: vt potè qui authores ipsi sint, & vitæ & eorum omnium quæ in vita sua uia sunt: quorum indignus est, qui authorem vitæ negligit suæ. proinde legibus ad officium natos in parentes ingratos cogi æquissimum est. Quæ legum æquitas neget parenti ius in liberos, quod patronis conceditur in libertos? Deuinctus patrono libertus iure ciuili est, parentibus verò nati, Dei & naturæ legibus. Non est necessaria, sicut nascenti sæculo fuit, plena vitæ necisque parenti in natos potestas. Errat qui eam verbo Dei niti credit: quum rebellem & contumacem natum magistratui sisti lex Dei iubeat, & ipsorum sententia damnari. Quod Romani priuata autoritate, domi suæ filios aut morte aut exilio damnarunt, reliquis gentibus legem non facit. Priuatis hominibus ius gladij Deus nusquam dedit: nec consultum arbitror eum à magistratu dari. nimium vehementes sunt in vitæque partem parentum affectus. nescit amor læsus, nescit tenere modum. Si tamen inter verberandum ob iustam causam, parens lethale vulnus, fortè nato aut seruo intulisset, an poena teneatur paricidij non est meum definire. paricidium esse audeo dicere: de poena pro ratione facti statuere est magistratum.

Cæterum cum domesticum imperium disciplinam contineat ciuitati vtilem & necessariam, cauere leges debent, ne enervetur patrum familiæ in domesticis autoritas. Interest reipublicæ in patrum familiæ obedientia domesticos erudiri. quales erga parentes domi liberos reliquàmque familiam leges esse sinunt, tales inuenient publicè ciues. Qui puer rectè ad patendum patrum familiæ fuerit informatus, patriæ ciuitatisque patribus grandior

& sui iuris factus, debitum promptius reddet honorem: affuctus parere mandatis patrisfamiliâs, magistratuum legibus facillè obsequentem se præbebit. At ille qui iussa parentum à puero nihili facere assueverit, cum vix vquam frugi ciuem reipub. futurum sperandum est.

CAPVT. VI.

De potestate & officio eorum qui parentum loco sunt, & sub paterfamiliâs præcipiendi habent potestatem.

Parentum vocabulo seruorum dominos, & quarumvis artium magistros, ac etiam pupillorum tutores, notum est intelligi: quod ipsos non aliter affectos esse oporteat erga eos, quos aut in disciplinam assumunt, aut quorum tutelam suscipiunt, aut famulitio vtuntur, quàm parentes erga eos, quos genuerunt, seruat is cuiusque proprio iure ac dignitate. Idcirco enim paterna in eos transfertur autoritas, vt paternum quoque animum erga eos accipiant, erga quos defungi patris officio ipsos oportet.

Et quamuis in possessionibus numerantur serui, & ad dominorū referantur vtilitatem, tamèn & dominus quid seruo conducatur videre debet, ac inter hominem & iumentum ponere discrimen: homine indignum est eum in hominem esse crudelem. Seruitute non tantum dominis, sed etiam ipsis seruis leges consultum cupiunt, vt indè vtilitatem ipsi quoque aliquam percipiant.

Quamuis familia non necessariò has omnes habeat partes, aliquas tamen retineat oportet. Qui enim neque pater, neque maritus, neque dominus est, paterfamiliâs dici non potest.

In magnis familijs œconomus autoritate patrisfamiliâs imperat, præestque rebus, & distinctis partium officijs, omnia & singula dirigit, totamque familiam gubernat. Et vbi seruorum vsus est, ille qui dicitur atriensis conseruis imperat, & quæ opus sunt facto ipsis mandat. His non secus parendum est quàm ipsi patrisfamiliâs, quamdiu ex ipsius sententiâ rem familiarem administrant.

Autoritatem Naucleri in magna nauis, & Architecti in ædificijs omittam nolo: habent enim & ipsi potestatem præcipiendi operis quibus vtuntur: alter nauis & remigibus, alter diuersorum operum artificibus operariisque. qui si mandata exequi detrectent & non fideliter versentur in officio, nec nauis seruari, & ad portum incolumis deduci poterit: sumiliter nec ædes aliæque substructiones benè exædificari vt oportet. In paruis iuxta ac magnâ ratio officij omnibus iubendo parendoque semper habenda est.

CAPVT. VII.

De collegijs & societariibus, & eorum qui præfelli sine autoritate.

Egressus familias, vterius ad societates & collegia hominum qui se in vnum referunt, & plures vnum veluti corpus efficiunt, me transfero. Quæ tametsi non sint ciuitates, sicut nec familia, gubernationis tamen formam

ET CHRISTIANA OBEDIENTIA, *Lib. 1.* II

nam obtinent domestica digniorem: utpote quæ domibus ac familijs partēs sint ciuitatis maiores, in quas interdum solent distribui. Ciuitatum aliæ in tribus & centurijs decurijsque distribuuntur; aliæ in societates & collegia artificum mercatorumque; aliæ utroque modo; aliæ in vicos & pagos & regiones: qui omnes suos quosdam præfectos habent. Sed eas tantum societates in considerationem voco, quarum magistri inter ciuiles magistratus non numerantur: & quamuis primas inter suos teneant; & imperandi quædam sit eis data potestas, priuati tamen in republica censentur.

Scientiarum & artium liberalium collegia, & professorum earundem societates, his accensere possumus: instituta enim legesque habent, quibus reguntur: nec præpositos aspemantur, patiunturque sibi præfici, non raro eruditione alijsque virtutibus minorem.

Sub lege Prophetarum legimus collegia, & totius societatis rectores. Samuel deposito magistratu, Prophetarum princeps & rector dum vixit permansit. Elias & Eliseus prophetarum filijs præfati leguntur: vnde facile est colligere, quis inter prophetas ordo regiminis fuerit.

Ei Apostolorum & Euangelistarum ac Episcoporum supra presbyteros authoritas, in ecclesiæ gubernatione similis fuit, quamdiu priuati vixere in republica. de qua re pluribus suo loco dicemus: tantum hoc notari velim, inter priuatos diuersas regiminis formas à Deo & natura esse institutas.

Sententia profecto quorundam Theologorum mihi non probatur: quibus eminentior in gubernatione ecclesiastica potestas, aut tyrannica, aut certe ab hominibus inuenta videtur: quasi prophetarum & sacerdotum regimen, Dei spiritum non habuerit authorem, & aliarum societatum quibus vnus præest, naturæ lumen.

CAPVT. VIII.

Que sit vxoris conditio & officium quatenus imperio mariti parere sentiat.

Postquam de ijs qui potestate eminent & præcipiendi iure locuti sumus priuatorum, quibus non tantum Deus lege sua obedire mandauit, sed etiam natura omnes gentes docuit, de honore & obseruantia quæ ipsis debentur dicendum est. non enim est omnium qui præsunt par authoritas, nec eorum qui subsunt eadem conditio: vnde dissimilem consequi subiectionem necesse est.

Ab obedientia vxoris erga virum suum incipiam: ab ea enim exorsus sumus. Nam quamuis ipsa socia mariti sit, formatam tamen esse diximus, vt sub imperio mariti degat, obsequentem & morigeram vxorem se viro suo præbere teneri, vt demonstrarem mihi laborandum non est: sed quam late pateat mariti in vxorem imperium, & quatenus ei mulier se submittere teneatur.

Quando quaeritur, quibus in rebus marito parere debeat vxor, responderi à quibusdam solet, in omnibus quæ Deus non vetuit. Quæ sane exceptio, vbique & semper & in omnibus valet. Neminem tam impium esse

reor, qui supra Dei legem, authoritatem hominis asserat: ut hac exceptione opus nihil esse videatur: sed hac responsione mariti potestas latius extenditur, quàm forsan cogitent, qui ita respondent. Nam nisi planè servilem constituamus vxoris conditionem, sicut apud eos, quos Aristoteles vocat barbaros, fuisse constat, contra mariti mandatum excipere vxor interdum potest; & detrectare illud exequi, cui tamen parendo, nihil in diuinas leges committeret.

Bonæ leges mariti potestatem intra certos fines coarctarunt, ne quiduis ei liceat pro arbitrio in coniugem iniuriæ obnoxiam. Gratia exempli, si maritus vendere velit vxoris dotem, aut eorum quippiam, cuius per leges (nisi vxor consentiat) maritus non habet alienandi potestatem, consensum marito si videatur negare potest: & contra mariti voluntatem vti legum beneficio. Præterea si crudeliter tractetur præter dignitatem à marito, iniuriæque non toleranda quotidie afficiatur, ad legum præsidium si confugiat, nihil contra officium facere, nec in Deum peccare æstimanda est: tamen bona conscientia quilibet iniurias mariti (quibus ipsa tantum læditur) perferre ac pati potest. Vbi autem leges viris in vxores quiduis permittunt, ibi tyrannicum mariti imperium perferant oportet: iniuriam propriam vlçici, aut in maritum vllum exercere imperium, mulieri lex Dei non permittit. Nec enim seruos, nec parentes, nec fratres, nec natos, nec amicos in virum armare, eisque inferre vim concessum est.

Apud Malachiam Deus reprehendit virorum in vxores crudelitatem, & incontinentiam; qui nouas vxores superinducebant prioribus, quas in adolescentia duxerant: quod matrimonij genus, tametsi temporis excusatione ignorantia, prauæque consuetudo, culpa tamen non vacabat; & scortationis quædam erat species: secundæ illæ coniuges, nihil aliud quàm priorum erant pellices. Peccatum Deus in maritos animaduertit: discedendi verò à maritis propter hanc iniuriam mulieribus potestatem non facit. Præcipit quidè Deus ut amittant à sese vxores: sicut olim per Moysen duritiæ cordis ipsorum lege indultum fuerat potius quàm misellam insigni excruciant iniuria minus hoc malum fore, quàm eas apud se retinere: abire tamen non mandat, nec à mariti iugo liberat. Quantumuis igitur mulier indignis tractetur modis, & sine vlla necessitate à marito ad vilissima detrudatur officia, & (quod grauissimè honestam matronam vrit) si maritus coràm ante oculos pellicem in vxoris thalamum inducat, ac in ipsidem ædibus cum vxore habeat, sua authoritate fas ei non est, cum marito diuortium facere.

Duo tantum aduersus has iniurias remedia noui: nempe aut bonas leges, aut patientiam. De violato thoro apud æquos iudices mulier queri potest, sicut & de cæteris mariti iniurijs, quæ legibus vindicantur: qui si desint officio, quamdiu maritus vxorem apud se retinere vult, præter tolerantiam christianam, remedium nullum superest. Malæ leges non sunt quæ seruitutem de repub. tollunt: (quam tamen verbum Dei nusquam prohibuit) quare iniquæ esse non possunt, quæ tyrannidem maritorum in vxores frænant, & licentiam cohibent, quam Moyses quondam maritis indulsit. Reipub. interest ciues res sua benè vti: & leges quæ id cauent sunt æquissimæ.

Nam etsi Deus mariti subiecit mulierem imperio, non idcirco iniurijs vi-

rorum

rorum impunitatem dedit, vt in vxores ipsis impudē crudelitatem exercere liceat: Mariti quidem (vt dixi) officium est, coniugem comparem, & thori sociam aestimare, ac tanquam propriam carnem diligere, & ferendo illius sexus imbecillitatem, honorem qui debetur, inferiori vasculo habere. Quod si non faciat, sed contra immitis ac durus fuerit maritus, & patriæ leges in virorum iniuriis vxoribus factas non animaduertant, ferendum est patienter mariti iugum: habebunt quidem Deum vltorem, sed interim subiectæ manebunt maritis: nec se ab ea seruitute eximent, cui Deus mulieres in peccati pœnam subiecit. Coniugij vinculum nulla de causa nisi scortationis licet marito dissolueret: multo minus vxori, cui maritus adulter esse nunquam poterit. Si sit improbus vtpote scortator, & vxorem vltro deserat, aut ei sit vitæ periculum ab ipsius crudelitate, nulla ratio cogit permanere cum marito huiusmodi. nihil enim interest vxorem quis abigat an deserat: abigit qui mortem minatur & cupit occidere.

Hinc videmus quam misera sit vxoris conditio sub mariti iugo: scilicet virgines & viduæ, quæ à maritis viuunt liberæ. Maritatis sub mariti dominio permanendi, eiq̃ue parendi necessitatem Deus imposuit. In quamcunq̃ue calamitatem maritus inciderit, siue in exilium, siue in seruitutem, comitari eiq̃ue ministrare ad officium vxoris pertinet: quæ vt thori sic quoque ceteris in rebus sit sociæ. Sed si maritus latro, si pirata, si hostis fiat patriæ, eum non sequetur, si particeps cogatur fieri sceleris: innupta tamen manebit tempus expectans, quo Deus eum aut è viuuis tollat, aut ad sanam mentem reducat: sin marito cohabitare datur, vt immunis ipsa sit à crimine, eum non debet deserere. Coniugum peccata non dirimunt coniugium: adulterium hoc tantum peculiare habet.

CAPVT IX.

Imparitas coniugum ordinem coniugij perturbat.

Subiectiois conditio perturbatur, quando impares iunguntur connubio: rectè vulgò dicitur, si vis nubere, nube pari. quare inæqualitas vitanda est, quæ ordinem subiectionis & superioritatis euertit: vt quando adulescens anum vxorem ducit, quæ aut mater aut forsan avia ipsi esse possit: cui reuerentia ætatis imperare non patitur. Similiter quando nobiles & opulentæ matronæ famulis nubunt, aut homini plebeio: quibus generis dignitas, & opum magnitudo maritis esse subiectas, & honorem qui maritis debetur reddere non permittunt. Imperare autem viro, atque supra eum se efferre, coniugij leges non sinunt: haud tamen est facile impotentis sexui parere & subijci ei, cui nuper aut imperare poterat aut etiam consueuerat.

Connubia tamen huiusmodi inhibere consulum non est: propter mala quæ inde possunt nasci, gratiora his quæ ex imparitate proueniunt. Meminerint mulieres quæcunq̃ue illæ sint, ipsis maritos tanquam dominos, exemplo sanctarum matronarum, esse omni honore & obseruantia colendos: & in hunc finem se creatas & datas esse, vt viris adiumentum & solatium afferant, vt sub eorum imperio viuant, familiam curent, natos educant, & rem familiarem conseruent, nè quid depercat, eamq̃ue sua sollicitudine, solertia, ac labore augeant: in veste, auro, gemmis & cætero corporis ornatu sumptum

vitent & factum: & matrem familiam ornata esse bene persuasum habeant, quæ morata est bene virtus, sedulitas, cura domus, modestia, fides, taciturnitas, tolerantia, vigilantia, longè præstant dote & formâ. Mulier quæ vino facta est, rixosa, sumptuosa, superba, garrula, maledica, vaga, nunquam domi suæ, semper alibi, aut in alienis ædibus, aut in publico, vel adultera est, vel adulteros venatur. Grauius viro nihil in vita contingere potest vxore malis prædita moribus: ipsa est morte amarior. Plura de vxoris officio erga maritum non addam, ex vis quæ dixi demonstratum arbitror quæ sit vxoris conditio sub imperio mariti.

CAPVT. X.

Naturæ lege nati parentibus subiecti sunt.

Nunc videamus de natis, quos Deus lege sua, ipsaque naturæ ratione hominibus ingenita, subiecit genitoribus. Ordine nascendi dixi natos nasci subditos potestati eorum qui procreauerunt aut educarunt: & obedientiæ ac subiectionis primæ rudimenta, à teneris annis disci sub parentum ac patris familiæ potestate ac disciplina. Nam in bene constituta familia liberi æquè ac serui imperio patris matrisue familiæ parent: & quamuis causa & ratio sit dispar, utriusque tamen subiectio est communis.

Sed quia reipub. interest parentes non abuti patria potestate, leges ciuiles non vbique neque semper eandem potestatem in natos tribuunt parentibus, quibus equidem nihil derogatum cupio, quamdiu nihil diuinæ legi aduersantur, quod vbi sit, sciant liberi, à iure quod Dei lex & ipsa ratio parentibus dedit, humanis legibus se non eximi. Ciuiles leges multa concedunt temporibus, & immedicabili morum corruptioni, quæ non probant nec mandant.

Vt autem natorum officium erga parentes omnes meliùs intelligant, eorum varij status, ætates, & conditiones inspiciendæ sunt. Tametsi Dei & naturæ lege omnem parentibus honorem & subiectionem debeant nati, sitque paternum ius in liberos maius quàm hodie vulgò credatur: illud tamen multis modis minuitur aut etiam totum amittitur.

Prima conditio est eorum qui viuunt parentum subiecti imperio: altera est eorum qui in potestate parentum non sunt, quorum eadem non est omnium conditio.

Quamdiu filius familiæ sub parentis potestate est constitutus, nec de se nec de suis rebus aliud quicquam potest constituere, quàm quod parenti videtur: utpote qui sui iuris non sit, sed totus pendeat ab arbitrio patris sui. Quibus tametsi duris esse non liceat, eorum tamen dura sunt perferenda imperia. Duritiam parentum sibi vtilem seueritatem interpretari liberos æquum est: & licentiam ac lenitatem pluribus exitio esse quam seueritatem. Quicquid mandatur, quod constat non esse flagitium, iustum, vtile, & necessarium, aut ipsis aut toti familiæ cogitent.

Quibus contingere parentes quales à bonis optari possunt, nempe clementes, æqui, ac faciles, duplici iure illis parendum est: primò quia parentes sunt, quibus quales quales sunt obedientia & submissio debetur, deinde quòd lenitate & paterna beneuolentia id mereantur, & digni sunt omni obsequio & obseruantia. parentum abuti bonitate ad contumaciam, grauissimum peccatù est.

Quotquot in parentes delinquant, quacunquè in re id fiat, nec honorem ipsis debitum reddunt, hominum si forte euadant iudicium, Dei nunquam euadere

evadere poterunt. Natos ita statuere apud se oportet, quod seipfos, & omnia sua, vitam deniq; ipsam, debeant vitæ suę authoribus; nec fas ipsi esse, seipfos parentibus subtrahere. Salomon in proverbijs ait, *Qui suffuratur quippiam à patre, vel à matre, & dicit hoc non esse peccatum, grassatoris socius est.* Parentes compilare latrocinio Salomon comparat. Chariorem nullam possessionem liberis parentes habent; quiduis sibi potius eripi mallent, quàm quos genuerunt & educarunt liberos. quocirca plagij & raptus apud Deum crimen incurrit; quisquis se subducit eripitq; parentibus.

Deniq; mæore parentes afficere non leve peccatum est, nihil enim gravius patri vel matri potest accidere, quàm ab illis accipere dolorem, à quibus solatium se accepturos esse sperabant. Salomon de hac impietate natorum ait, *Qui affligit patrem & fugit matrem, ignominiosus eris & infelix.* Contumaces parentum contemptores Deus in lege sua ad necem duci mandavit. Quid multis opus est nulla gens vnquam tam barbara aut fera fuit, quæ omni officio ac pietate colendos esse parentes ignoraverit. Quid autem interuenire possit vt horum nihil natus debeat patri, aut saltem non omnia, videndū est.

CAPVT X.

Quibus modis minuatursiue amittatur patria potestas.

Emancipationes ignorantur vulgò, vbi ex iure scripto Romanorum non viuunt, multi emancipant, & emancipantur, qui quid valeat emancipatio nesciunt. Plebi Romanæ quondam res nota fuit; sed vnius ciuitatis leges ad vniuersum orbem non pertinent. Emancipatos intelligimus eos, qui patria potestate exempti sunt, & sui iuris aut alterius sunt facti: quocunque modo id acciderit. Qua in re locorum mores & leges sequendæ sunt, hæc libertas perunque datur ætati, nec expectatur patris voluntas. Et valet ad legitimas actiones; & fidem contractuum firmitatemq; non vt quidquam iuri naturæ aut diuinæ legi detrahatur, sed ne dubia & incerta personæ conditio fallat ignaros.

Primò qui recens natos infantes abijciunt, seris deuocandos, aut à quouis tollendos, omne ius paternum simul abijciunt. Nihil enim genuisse promerentur, nisi natos educauerint. Qui rem suam sponte aut abiecit, aut derelinquit cuius tollendam, iuri suo renuntiat, mitto dicere quàm hoc sit crudele & inhumanum. Tamen vix in parentum numero habendi sunt, qui natos abiecerint, velim tamen agnitos à natis obseruari, & in parentes impios pietatem exercere, si sese offerat occasio: atque ita impiam crudelitatem parentum vera vlcisci pietate.

Qui filios vendunt, aut dant adoptandos, omnem patriam potestatem in alios transferunt; & quamuis natura parentes esse non desinant, ius imperandi acia postea nullum retinent. Idem iudicium, de eo qui captus in bello infestum venit, aut propter malefacta ad metalla damnatus est; hos tamen si forte contingat libertati restitui, redit erga parentem obligatio, nimirum a nullo impedimento quod non sinebat honorem debitum reddere parenti.

Similiter qui natos suos ad aliquot annos obligant seruituros magistris, qui eos in arte & opificio instruant; tantisper dum seruiunt, interque scit ipsorum authoritas: vt pote quæ sit collata in magistrum.

Si parens filium sui arbitrij esse, & sibi viuere, ac sua sibi habere seruareque

utæquo aliquando voluerit, vel sciens & prudens permiserit, etiam si emancipationis leges utæque ignoret, emancipasse censetur. Equum enim est, ut quorum curam deseruere parentes, sibi consulant: & eorum sit, quod labore suo atque industria acquisierint: & quod emptione, venditione, aut alio quouis contractus genere, cum quoquam transegerint, firmum ratumq; sit: eorumque vota, pacta, conuentæ, promissaq; reuocandi parentes non habeant potestatem: sed quemadmodum viduæ aut repudiatæ vota, viuo patre ipsius, lege Dei manent immota, ita quicquid contractum est, ab emancipatione infirmari à parentibus non debet. Idem censendum est de ijs qui sub tutoribus degunt, finito tempore quod leges patrisq; suprema voluntas tutelæ definiunt. Principis mandato aut reipub. filius familiæ parentum obedientiæ subtrahitur, quando aut ad militiam, aut ad aliud reipub. munus eligitur. & ubi emancipationis iura valent, ei militiæ priuilegijs uti concessum est: & de peculio castrensi disponere, pro suo arbitrio.

Quod si vltro, nullo magistratus mandato compulsus, contra sui voluntatem patris, aliquod militatum abiuerit, huius iniuriæ Deus vltor futurus est: tanto grauius hoc peccatum est, quanto patri matriue magis ipsius opera auxilioque est opus.

Aliud quoddam ab his restat emancipationis genus frequens in Romana ecclesia, ubi parentes ut quosdam ditent, liberos in cœnobiaz tanquam in ergastula aut perperuos carceres conijciunt, & seruituti maacipant, vnde nunquam manumitti poterunt: quorum crudelitas nihilo clemencior est illorum, qui recens natos aut necant aut exponunt, aut quondam Molochum immolabant: hoc tantum interest, quod illi subita morte miscillos ab omni huius vitæ calamitate liberabant, isti viuos mille mortes obire cogunt.

Qui autem in illa barathra sese vel superstitione, vel desperatione præcipites dant, non tantum parentibus, sed etiam magistratibus, ac toti domique reipublicæ in qua degunt, iniuriam faciunt: dum religionis prætextu parentibus debitum honorem, magistratibus fidem & subiectionem negant. De hac emancipatione qua iura diuina pariter & humana violantur nihil amplius hoc loco dicam.

CAPVT XII.

Quæ nati qui magistratus fungitur debeat esse erga parentem priuatum reuerentia.

Sed quia interdum accidit filios supra parentum conditionem ad magnos honores euehi, de eis quoq; videndum est, an patriæ potestati subint. Indignum enim videtur eum qui magistratum in reipub. gerit, subesse priuato. Patrem inferiorē esse suo filio publicum officium gerenti, qui aut maiestatis populi, aut personam principis sui representat, certum est. hunc honorem bonus pater nunquam inuidebit nato. Narratur in historijs quendam iugulasse filium, veritus ne ipso maior enaderet: sed talis astergia pessimi ingenij, & adeo reprobati est testimonium.

Tametsi filij Iacob Iosepho fratri inuiderent honorem, quem Deus ipsi per somnium præmonstrabat, patrem tamen id molestè non ferebat: sed postea summò beneficij loco duxit, filij honores posse inueni, & sub eius magistratu viuere.

vincere. Non dubium est, quin Saul cretus rex, alio loco sitrix apud patrem, quatenus quando cum matre quaerens almas.

Valerius Maximus de iniuriis antiquis, mandatis diligentiis Romanis veteres hanc morem retinuisse memorat, ut qui se inter Consulem & proximos lictorem, quatenus officij causa una progredierentur interponeret: filio dimittere, & ad pueri, ante patrem Consulem ambulandi ius erat. Qui nos adeo pertinaciter veterem esse, ut Quintus Fabius Maximus quinque Consulis, vir etiam privatum fundam auctoritatis, a filio Consule iniuriatus ut inter se & lictorem procederet, ne hostium Sannitarum turba ad quorundam colloquium descendere ausu elideretur, id facere noluerit. Idem a Senatu legatus missus ad filium Consulem Suesannam, postquam animo aduersis eum ad officium suum extra mania oppidi processisse, indignatus quoque quod ex lictoribus nemo se equo descendere iussisset, plenus ira sedere perseveravit, quod cum filius sensit, proximo lictori ut filio appareret imperavit: cuius voci Fabius continuo obsecutus, non ego (inquit) filii summam imperium tuum contempsi, sed experiri voluit, num scires Consulem agere: nec ignoro quid patrie reuerentioni debeatur, verum publica iniuria privata pietate potiora iudico: hæc Valerius. Hæc natorum conditio quæ eos supra parentes euehit, & alia quæuis, quæ ab obedientia & subiectione paterna eos eximit, non impedit parentibus debiti honoris reddi priuatim officia.

In Principe populi, qui patrem habet, duo sunt consideranda: alia sunt quæ ad publicum magistratus officium spectant, alia quæ ipsius domus & familiaris sunt propria. Quando tempus incidit, in quo utriusque satisfieri non potest, iura priuata cedunt publicis. Apud A. Gellium elegans narratur historia de Tauro philosopho, quæ hic inferere non pigebit. Cum philosophus Crete Præsidem eiusdemque patrem qui visendi & cognoscendi hominem gratia Athenas venerat ad domum fore excessisset, & post munus salutarium sellam, quæ in promptu erat, apponi iussisset, patrem Præsidis ad sedendum inuitauit: At ille, sedeat hic potius (inquit) qui Romæ populi magistratus est: interea sedeto tu respondes Taure; dum inquirimus utrum te qui pater est, aut filium tuum qui magistratus iungitur, sedere priorē conueniat. Ubi res verborum quæ Taureus super ea re fecit, hæc fuit sententia: in publicis locis atque muneribus atque actionibus, patrum iura cum filiorum qui in magistratu sunt potestatibus collata, inter quæ escere panibus & conuiuere: sed cum extra rempuli, in domesticare atque uisita se deant, ambulatur, in conuiuiis quoque familiaris discumbatur, sum inter filium & patrem priuatum publicos honores cessare, naturales & genuinos exoriri. Hoc igitur (inquit) quid ad me uenit, quid colloquimur, nunc priuata alio est. Huius philosophi sententia naturæ & sacris literis est consentanea, & christiano homine non indigna. Nam publici honores priuata erga parentes officia non impediunt: si quid sit in rebus domesticis quod auctoritati publicæ aduersetur, ad tempus cedere debet, non penitus intire. filius enim qui publicos honores est affectus, filius esse non desinit: proinde eadem officia debet parenti, quæ priuatus ante debebat.

Sicut si quoniam qui debetur parentibus hæc obsequia sunt omnino honore & obsequantia colant, obediant, eisque necessaria annuntient, seruantque quod res tempusque postulant, & conditio patris natiq; ferere: præterea ut parentes sacrosancti sint & inuiolabiles liberis. Iam et emanatum & cum qui est in potestate patris hoc interest, quod hic abiq; patris confesus nec de se, nec de rebus suis, potest dispartire: ille uero potest, ut ab eo facta iura et cum quæpiam pater inquirere cogatur. Non tamē idcirco à parentibus debet esse

ficijs liberantur, æque enim ac ille, qui in patris est potestate, parentes consilio, auxilio, omni denique re, qua opus habent, auare tenentur: æque in primis cauere, ne quid committat quod parentibus iustum dolorem adferat, & vnde iure queant offendi. nihil clam, ipsis inuitis, in vlla re faciant, atque in ea maxime, quæ longè est grauissima, matrimonij.

CAPVT XIII.

Natis nec nubendum nec ducenda vxor clam parentibus & inuitis.

IN nuptijs hodie nati emancipantur, paternam relinquunt domum, nouam affiditatem contrahunt. Ad parentis officium pertinet videre ne quid nati hic temerè faciant, & cum quibus inuentur nuptiæ, ex qua familia, quibus conditionibus, in qua te longè plus natis parentes sapiunt, & acutius vident: horum multa quæ natos latent, non euulganda.

Quamobrem filios familias quicumque illi sint, emancipati æque ac ij, qui non sunt emancipati, non minus sollicitos esse oportet de parentum iudicio & voluntate, quam de ducenda vxore. implicantur enim cum tota familia natorum nuptijs: Sibi quidem vxores ducunt, sed parentibus natus, fratribus & sororibus fratrem & gloriam, patris & auunculis adfinem.

Quare omnis præpropria festinatio vitanda est. prius consulto est opus cum ijs quos quoque res tangit, si possit fieri commodè, tanto turpius hic peccatur, quanto familia est illustrior & magis ampla. Cum Cyaxares Cyro vnicam natam cum Medorum regno pro dote offerret, his verbis respondisse apud Xenophontem legimus; *αὐτὸς δὲ Κυαζάρης τῷ Κυρῷ ἰππῶν καὶ τῶν πῶδα καὶ ὄνων, βέλους τε καὶ σφαιρῶν τε καὶ ἄλλων ἀγαθῶν, καὶ τῶν πῶδων, ταῦτά οὐκ ἀνέλαβεν, Genus puellam, & dona (inquit) δ Cyaxare laudo probòque: sed volo ex patris matrisque sententia, hæc ubi assentiri. Sapiens profecto & modesta hæc Cyri fuit responsio: & dignum est exemplum, quod omnes & imprimis Christianorum nati imitentur, si quo modo adire parentes, & eorum audire consilium queant. Emancipatus erat Cyrus, & multarum gentium victor, & imperij Babylonici dominor, qui multa prælia, multa fœdera cum diuersis nationibus inierat inconsultis parentibus: vbi ad nuptias ventum est, nihil audeat, nisi prius intelligat parentum sententiam.*

Morum hinc inde corruptio multas & perplexas de iungendis matrimonijs & de diuorij ac repudij peperere quæstiones. Sed eas omnes prætereo quæ nihil ad filiorum obedientiam & parentum authoritatem spectant.

CAPVT XIII.

Coniugium in ijs & in inuitis parentibus contractum fructibus publicis legibus penalis; authoritas non restituitur.

Quari solet nups sponsalia & matrimonia in scijs aut inuitis parentibus contracta, rescindi possint patria authoritate. Variant super hac re theologorum sententiæ; sed paucis responderi possit, videtur, patriam authoritatem legibus esse subiectam, & ubi leges coniugia in auctore parentum

Xen. pæd. Cyr. lib. 7.

rentiam relinquunt, posse restitui: arbitriam potestatem faciunt contra-
hentibus, vel ut volunt parentea, raras esse nuptias.

Quando res est arbitrij parentum, de consensu eorum alia nascitur ques-
tio. Iustinianus vult iussum parentum præcedere; alij sufficere putant si
accesserit consensus, & ratum habeant quod intelligunt natos promississe. Ex
legibus de votis vxorum & virginum quæ sub maritorum & parentum vive-
bant custodia & viduarum ac repudiarum hæc conuentionis potest decidi.
Nuptiarum sponsores à comilibus futuris factis nuptiarum sequuntur votis
rum. Moses iubente Deo hæc legentur; *Mulier cuius votum fuerit, &*
adstringit se obligatione, in domo patris sui in pueritia sua, & quidvis patris
eius ratum opus & obligationem qua adstringit animam suam, & tacuerit illi pater
suo, tunc firma erunt omnia vota illius. Vnde facillè intelligitur abique patris
consensu firmas non esse eius quæ in potestate patris est nuptiales promissa
sæpe, si cogitas statim illo ipso die in quò ad ipsius persuasione aures rebo-
laris, si tacueris silentium & conuentioniam in hoc negotio, lex Dei eosdem
sunt interpretatur. Non igitur necesse est iussum aut consensum patris
præcedere. Viduz verò & repudiate alia fuit ratio, earum vota non pen-
debant à patris voluntate. Vnde apparet manifestum à Deo constitutum
fuisse discrimen inter eos qui sui iuris erant, & eos qui sub parentum vivebant
potestate.

Sed (vt diximus) multis modis sui iuris nati sunt eximunturque patri
potestate, quibusdam videtur iniquum moribus & legibus contra voluntatem
parentum natos postquam ad ætatem adultam peruenerunt pro emancipa-
tis haberi, & quod de se & suis rebus transigunt ita esse firmum, vt pater
ea mutare non possit. Respondeo iniquius esse leges & consuetudines re-
ceptas in rebus huius generis priuata authoritate violari. De legum & ha-
rum consuetudinum æquitate vel iniquitate non est inuis loci dispu-
tari.

Sunt alij qui cæteris in rebus omnibus tolerabilem iudicant emancipatio-
nem; in solo nubio hærent. Absurdum tamen est hominem liberum,
qui cæteris in rebus omnibus vt sibi videtur potest cum quouis contrahere, in
coniugij negotio pendere à patris voluntate.

Quod de Cyro attulimus, rem gestam imitandam quidem, non vni-
uersalem legem omnium gentium, cui ciuiles leges derogare non pos-
sent, citauimus. Quod si Cyrus in illas fratrum consensisset nuptias, atque
ad eos inuitis parentibus, Xenophon non dicit, nec quisquam ex historia
illa efficere id poterit, nullas futuras fuisse nuptias: imò contrarium veris-
simè licet coniectare, Cyaxarem qui imperium non erat legum & mo-
rum Persarum & Medorum iudicasse; rem totam fuisse arbitrij & potes-
tatis Cyri. Nec Xenophon eo consilio rem narrat, Iquod crediderit si-
lios fratris non potuisse contrahere in nuptias in seipso atque in iuris paren-
tibus. Sed quid deceat natos, & quantæ sint obsequentia, tolerandi pa-
rentes illo exemplo docere voluit. Leges Atheniensium de hac re notæ
sunt: quibus filijfamilias dæcere vxores ciues, citius inuitis patri-
bus, non tantum licebat, sed si eas vitassent, cogebantur. Quæ lex à
lege Dei desumpta videri potest, qua mandatur, vt qui masculinam stir-
pem faciem prophanam vxorem de separet, nisi patri puella que videtur
lento

tur, Patris viri nulla sit ibi mentio, an ipsius patris nuptijs illis potuerit intercedere, quod à legillatore prætermissum non esset, si eadem maris & femine fuisset ratio: sensus est (inquam) in potestate & custodia patris, atque emancipari filij. Notare itaque parentes emancipatorum vota, promissa, pacta conuenta, contractusq; matrimoniales se non debere nec posse facere irrita.

Qui consensum parentum tantopere urgent, nimis Romanorum legibus additi sunt, quibus cursum est non teneri qui illo iure non reguntur, & quæ emancipatos non adstringunt. Verba Iustiniani hæc sunt: *Consensum habens peremptum (impens) in quorum sum potestate. Nam hoc fieri debere civilis et naturalis ratio suadet in parentum, ut iussus parentis debeat præcedere.* Sed nulla in Romano iure lex est quæ emancipatorum nuptias in parentum arbitrio constituat.

Dilacerato Romano imperio, & provincijs in regna mutatis, patria potestas, & emancipationes ab ea, iure scripto comprehensæ interierunt apud plerasque nationes, quæ pecuniaria sua iura prætulerunt, & iuri pontificio cesserunt. Vbi illæ Romanorum propriæ leges in vlti vigentque, inscijs parentibus contractæ nuptiæ robur nullum habent: rescindi possunt à parentibus, apud eos qui ins Pontificium non admiserunt in hac re.

Quod Iustinianus addidit non tantum civilem, sed naturalem rationem id postulare, vnde non tantum civilem æquitatem, sed naturæ legem consensum parentum in nuptijs natorum exigere, videri potest sensisse, totum ad eos referendum est, qui in parentum sunt potestate. Per absurdum enim fuisset & iniquum, filium familiæ qui præter paternam domum nullam habebat, vxorem inconsulto parte in eam adducere.

Quod ex corruptione doctrinæ Pontificiæ natum esse contenditur, ut clam & inuitis parentibus contractæ nuptiæ ab ijs qui adhuc in eorum sunt potestate, improbentur, & tamen habeantur ratæ: inde nihil aliud concluditur, quam emendandas illas esse leges auctoritate publica, si mutas respublicæ inuestis, non ut quod leges, & gentia receptus mos confirmavit, suo errore, siue ignorantia, auctoritate priuata dissoluatur.

CAPVT XV.

Publica leges priuata auctoritate parentum derogant.

QUOD si quis adhuc instet, contendatque præceptum de honorandis parentibus esse Dei & naturæ, proinde nullis humanis legibus posse abrogari: atque ita natos manere in potestate parentum, & reuocari posse promissa olim facta de nuptijs: Respondetur, præter ea quæ facti de emancipatione natorum ex verbo Dei allegata sunt, mandatum de honorandis parentibus astringere quidem natos, sed non obligare parentes ad omnem honorem qui ei haberi potest semper à nato exigendum: de suo iure posse quicquid remittere. In exigendo & exhibendo officio utrinque quis sæpe peccatur, leges modum mensuransq; auctoritati paternæ & filij obedientiæ præsentibus.

- Si tamen plura iniquitas quàm æquitas est statuant, conscientia apud Deum iudicabitur.

berat non ideo abfoluitur: tanquam apud iudicem quibus iuribus nulla culpa imputatur: & quod fecerunt illas leges si sumus est robur habet: quoniam uis Depo& conscientie non fit: fit factum: Non: ut dicitur leges ad mala conueniunt: quae bona non sunt & libertate ppeconcedam Dei & naturae lege restringant: quibus quando nihil mandatur quod peccatum est, parere oportet. Fit interdum ut iubendo iura magistratumq; peccent, ubi parendo a subditis nihil peccatur, nimirum quando cum nulla impietate aut scelere obedientia conuenit est. Quocirca cum parente nullo diuino: praecepto: uigilantur: iritas facere nuptias, quas illis iniectis aut iniectis contrarietate habet, feruere: oportet quod publicae leges probant. Legum magistratumq; (qui locum parentum obtinent) non minor est auctoritas confirmandi nuptias, quibus parentum infirmitas.

Recte Augustinus monet, ubi ait: *Quia omnis domus inuitum sine particula debet esse ciuitas: omne autem inuitum ad aliquem sui generis finem, & omnis pars ad reuerſi cuius pars est integritatem referatur, factis apparet esse conſequens ut ad pacem ciuitatis pax domeſtica referatur, & ut ordinata imperandi obediendiq; concordia cohabitantium referatur ad ordinatam imperandi obediendiq; concordiam ciuitatis ſi ut ea lege ciuitatis praecepta ſumere parentum ſimiliter oporteat, quibus domum ſuam ſic regas, ut ſit paci accommodata ciuitas.*

Aug. de ciu. Dei lib. 19. cap. 16.

Haec à me non dicuntur quòd probem paternam auctoritatem violari: sed propter eos qui haeruptius dirimendas tenere & tenere, dirimitorumq; si auderent: idq; freti auctoritate & scriptis doctorum uirorum, quorum sensum non assequuntur. docent enim quid fieri debeat: non ut priuata auctoritate quod ratum est publicis legibus infringatur, sed ut Christiani magistratus leges reforment, & uerbum Dei sequantur, ac uetus patrum Canones, & praesca Romanorum aliamq; gentium bonas leges: quibus matrimoniales contractus natorum, qui emancipati non erant, à parentum pendebant arbitrio.

C. A. P. V. T. X. V. L.

Culpatur natorum imbecillitas, & parentum nequitia circa nuptias.

Vtrinque hic grauior peccatum: primò à matre, qui aut clari & inuitis parentibus nubant: quae uires ducunt nec scio, unde obediendi animo, sed pro more parentes quidem conſulant, ut perſuadeant, & conſentium extorqueant: quem si conſequantur, bene res habet: si minus, pergunt in nuptias quae ſibi delegentur. Iſtorum alij aperte conueniunt paternam auctoritatem, alij habent ludibrio: Parentum quoque in hac re non paruum est peccatum: alij ſunt ita iniqui in ſuos natos & moroſi, ut nihil probare poſſint, quòd à natiſ oris proſectum: & quantum ſi hanc ſumit & uult quod penam, auerſantur: & hinc quia nati nihil parentibus ſuam conſilio non audere credere, faciunt omnis furim & clari parentum. Aliorum contra eſt auaritia & enacitas, ut propter nuptiarum ſumptus, alijq; onera, numquam uirgines quae domi habent grandes elocantur: nec conſentiri ut nati uxores ducant: nunquam ſatis eſt aduſtas: & tempus differunt, & ſemper aliquid quod conſentit, & ſit in mora habent.

Quod theologo: quaeſam uelut hinc iudicium ad communes reſpub. de-

ferri patres; aut ad agnatos, facilius aliquid quam persuadetur. Virginitatem re-
tinetur pater, adolefcentiam indestitit, aut deventitia erga impietes, facinorosiq;
tur magis in proclium quòd est, clam nubunt, & clam viros ducunt. & quibus
vis hinc ipsos magis pudet, debet, quàm illic; ita tamen humanam ingeni-
um comparatum est, ut eorum rerum pudeat, quarum nullus est pudor, & non
pudeat eorum, quarum maxime pudere oporteret, quia fursum fit: & pudor
hoc habet, ut magis se presentem intueatur quàm futura. Atque hoc patres se
vixitque peccanda, ut vixitque peccata vixitque ab inimicis, & sibi intus pa-
nascent. Sed ubi in alterum peccatum incidendum est: factus est: natos
parentum morositatem, & dicitur pati, quàm ipsos suo honore fraudari. Quo-
cogit quicquid illud sit quod leges tolerant, ab officio natos non excusat, ut
leuius apud Deum eorum peccatum sit.

1688. 1689. 1690. 1691. 1692. 1693. 1694. 1695. 1696. 1697. 1698. 1699. 1700. 1701. 1702. 1703. 1704. 1705. 1706. 1707. 1708. 1709. 1710. 1711. 1712. 1713. 1714. 1715. 1716. 1717. 1718. 1719. 1720. 1721. 1722. 1723. 1724. 1725. 1726. 1727. 1728. 1729. 1730. 1731. 1732. 1733. 1734. 1735. 1736. 1737. 1738. 1739. 1740. 1741. 1742. 1743. 1744. 1745. 1746. 1747. 1748. 1749. 1750. 1751. 1752. 1753. 1754. 1755. 1756. 1757. 1758. 1759. 1760. 1761. 1762. 1763. 1764. 1765. 1766. 1767. 1768. 1769. 1770. 1771. 1772. 1773. 1774. 1775. 1776. 1777. 1778. 1779. 1780. 1781. 1782. 1783. 1784. 1785. 1786. 1787. 1788. 1789. 1790. 1791. 1792. 1793. 1794. 1795. 1796. 1797. 1798. 1799. 1800. 1801. 1802. 1803. 1804. 1805. 1806. 1807. 1808. 1809. 1810. 1811. 1812. 1813. 1814. 1815. 1816. 1817. 1818. 1819. 1820. 1821. 1822. 1823. 1824. 1825. 1826. 1827. 1828. 1829. 1830. 1831. 1832. 1833. 1834. 1835. 1836. 1837. 1838. 1839. 1840. 1841. 1842. 1843. 1844. 1845. 1846. 1847. 1848. 1849. 1850. 1851. 1852. 1853. 1854. 1855. 1856. 1857. 1858. 1859. 1860. 1861. 1862. 1863. 1864. 1865. 1866. 1867. 1868. 1869. 1870. 1871. 1872. 1873. 1874. 1875. 1876. 1877. 1878. 1879. 1880. 1881. 1882. 1883. 1884. 1885. 1886. 1887. 1888. 1889. 1890. 1891. 1892. 1893. 1894. 1895. 1896. 1897. 1898. 1899. 1900. 1901. 1902. 1903. 1904. 1905. 1906. 1907. 1908. 1909. 1910. 1911. 1912. 1913. 1914. 1915. 1916. 1917. 1918. 1919. 1920. 1921. 1922. 1923. 1924. 1925. 1926. 1927. 1928. 1929. 1930. 1931. 1932. 1933. 1934. 1935. 1936. 1937. 1938. 1939. 1940. 1941. 1942. 1943. 1944. 1945. 1946. 1947. 1948. 1949. 1950. 1951. 1952. 1953. 1954. 1955. 1956. 1957. 1958. 1959. 1960. 1961. 1962. 1963. 1964. 1965. 1966. 1967. 1968. 1969. 1970. 1971. 1972. 1973. 1974. 1975. 1976. 1977. 1978. 1979. 1980. 1981. 1982. 1983. 1984. 1985. 1986. 1987. 1988. 1989. 1990. 1991. 1992. 1993. 1994. 1995. 1996. 1997. 1998. 1999. 2000.

Contra eos, qui parentum auctoritatem in nuptiarum negotio elevari disputant.

Sed quibus quidam qui parentum auctoritatem in nuptiarum negotio
Seleuant, & ea consilio natorum relinquendas contendunt, citra delectu
villumque discrimen ætatis, locorum, & legum, eorum audire argumenta
operæpretium arbitror.

Communis vinculum (arrit) est coniugum mutus amor, quem cum pa-
rentum nemo natorum animis indero queant, tota res est permittenda futu-
ris coniugibus.

Libertas in sponsonibus matrimonialibus est necessaria: eam autem pa-
rentum timor & reuerentia aut tollit aut tollit. Parentum enim volun-
tas procedens, vel iustus, ut Iustinianus loquitur, vix libertatis nuptiarum con-
trariam vixi afferit. suam igitur auctoritatem nuptiarum non debent inæpense
parentes, nec natis alias obtrudere coniuges, quã quas vltro ipsi sibi expectant.

Parentum & natorum dignitas est in æquum, quæque ætas suas habet mo-
res. Adolefcentia primaq; iuuentus amore ducitur. Senectus lucro & vilitate
omnia metitur. hinc videmus pleraque connubia inauspicata, quæ coacta
verius quàm contracta parentum fuerunt auctoritate, longè feliciora illa sunt
quæ ætas, amor, colligit, quàm quæ divitiarum conciliat cupiditas.

In prima coniugii in æquitate sanctorum suis, ut propter animam illam cog-
nitionem, que inter hunc & uxorem incedit, ut nuptiarum parentum & ma-
troni, ad hæc q; vixi sine. Non igitur ad conuulsiam sui factum parentes ac-
cipere conuenit, si natus eos deserat, ut cum ea quato sibi delegerit, uxore ni-
uas. Iste sunt ferè rationes, quæ allegantur ab iis, qui parentum auctoritatem
in contrahendo matrimonio fieri non faciunt.

hinc autem consuetudo hæc est difficile, & primum quod a patre natorum. Nos
nec avaritiam, nec inuoluntatem, nec iniquitatem parentum probare si paren-
tes natos, cogere in præteritæ quod noluerit, & animo auctabantur, nupti-
as iure esse inuvalidas. Sed improbitas quorundam parentum iuri cæcorum
nec potest, nec debet derogare. boni parentes coniuges a natis expectas non
negabunt, nisi causa subest. Commendatio virginitatis, aut puella nobilia, fami-
lia que vnde orta est, similiter & iuuentus cuiuspiam, vixi nemo re de inæpense
tabit. Si pater maritus parentumque indigent, non solum sponsonibus illis
optent

optent, quam sibi generant, & quam nati, cogere dicendi non sunt. Quod amorem ingenerare non possunt patris, quid hoc ad rem, quam dicitur castitatem suadent & hortantur, nec cogunt accipere quos non diligunt, si tamen qui amari digni sunt & commodi coniuges, à nuptijs non prohibent. Præterea non quivis amor idoneus iungendis connubijs est. alius enim maritalis & uxorius amor est, alius est lascivus, impudicus, & meretricius: ille ratione & iudicio constat, hic ardore libidinis succenditur: ille honestus est & constant, hic impudicus & instabilis, utro horum iudicantur nati, exhibere parentes est, ut hunc restringant, illum foveant.

Mentis & reverentia parentum ad hoc si valeat, ut petulantiam frænet, lasciviam coerceret, & impudicentiam tollat, laudem meretur, castis nuptijs ea nihil officit, quas aut ipsimet eugiant nati, aut suadentur à parentibus. Si forte aliquibus ad eò iniqui sunt parentes, ut terribre & mitis extorqueant consentiam amorem in impetibus quibus coram abhorret animis alibi deservit, quia dicuntur patrem illi, male faciunt, nec bene natis suis consulunt. Sed numerentur in ista tales nuptie, & numerus earum conferatur cum numero, ad quas liber consensus coniugis simul & parentum concurrat; hoc frequens, illud rarum invenitur. Indulgentia valde magis peccatur à parentibus, quam nimia severitate.

Voluntas iussuque parentis præcedens cogendi habet vim apud natos. Eodem modo consuetudo illa non procedat à parente, sed à nato obsequens patri, sonum non deferens patris voluntati. Quisita comparantur, si eisdem amabunt quos amari parentes volunt. Apud natos quæ erga parentes ea sunt prædicta pietate, quam natura ratio postulat, voluntas parentum vim semper & potius habuit præcepti: sed libertatem quæ in nuptijs requiritur non admittit.

Erga natos ea debet parentum esse lenitas, ut ipsi familiariter indidone audeant, illa quem procum diligit, & ille quam uxorem expectat. In qua re quoniam iudicio facile fallitur adolescentia, parentibus obtemperare, & eis plusquam sibi credere. Christiana est modestia.

Sed amor (inquies) morbus est, qui, ut canit Ovidius, nullis est medicabilis herbis. Salubribus tamen posse curari monitus certum est: quæ tamen si apud animum ægrotum nihil valebunt, paternæ indulgentiæ auctor esse, in eorum modis iudicatis, languori dare concupiscit stupras, nati hæc periculo longe enim præstat ut sese possit sustinere nullius, & remittat, quam ut ætatem transigant in iurgijs cum ingrato coniuge, & parentes perpetuo culpent; ac detestentur tanquam auctores suæ miseriæ. Tamen illi morbo nimiam indulgere, præmoneo non vacare periculo. furiosus & cæcus est, qui sine discrimine impotentes animi in quosvis abripit, etiam sanguine proximos, acque ac in alienos. Non igitur magis excusanda in eodem nuptijs contra voluntatem parentum idoneam affect, quam stupris & incoestibus.

Parentum & natorum diversis sunt ingenia: diversitas illa facit, ut de re graevissima, cuius vitandi postea nulla futura est potestas, consulendi sine parente, qui longo rerum usu plus natis in hac re sapiunt; nec turpius est moveri vititate, quam voluptate. pecunia gratior est seni, forma iuveni: hic voluptate sua trahitur, ille vititate movetur: verum præterea vitiosum horum modo contra eas nuptias, si hæcant sui, nec vitiosum

ad præstantius bonum reficiant, & quæ pariter in vizio sunt; Austri parentis affectus præui sunt: an natorum inuicis parentibus nuptiarum libido non est bona. Si alterum hic eedere alteri æquum est: an non hoc æquum est, natum ad mores sui patris se accommodare, quàm hunc stultæ filij cupiditati obtemperare? Si avaritia parentum potius quàm amoris coniugum, contracta quædam connubia inauspicata conspiciuntur, sciare non nimis luctuosa esse ea, quæ per ylagantia & libidine natorum conglutinantur. Male, ex aduerso verus amor hic conspiciuntur diuitiarum cupiditati, tanquam necesse sit famulad nuptias, & quæ contra parentum voluntatem contrahuntur connubia ex vero nasci amore, & quarum parentes authores sunt, ex avaritia. Vero amore felices nuptias colligari non ignoro: is solus est matrimonij Hercules natus: sed amor vero falsosq; dijudicando adolescentia est incepta.

Ex oratio, Genesis loco, nihil minus efficiunt, quàm parentibus inconsultis posse natos inire nuptias, imo quoniam tam arctum & insolubile matrimonij est vinculum, maturo consilio aptè opus est, ne temerè patrem matremque deseruisse videantur. Quum propagata sobole deducenda sit valuti colonia ex paterna domo, patris familiæ interest nosse quo modo & vbi: alij aut fugisse aut eiecisse esse paterna domo filios familiæ: cessari poterit, verum quàm dimittit. Si quid hinc colligi potest, emancipatio quædam vix æque ac formæ per coniugium significari videntur. Nos me malum mouent quæ de patria potestate & emancipationibus ex Romanorum legibus in contrarium adferri possunt, Romanæ ciuitatis leges non sunt iuris diuini, nec omnium aliarum gentium, fatcor tamen apud Israelitas in paterna domo remansisse cum suis coniugibus filios familiæ, utilitatis communis causâ, ex beneuolentia & mutuo consensu, non patris autoritate retinentis natum & nati vtotam ac liberos sub suo imperio.

CAPVT XVIII.

Coniugium non liberat, nec ab officijs debitis parentibus.

Sed hoc quicquid est, non idcirco intelliguntur natu coniugio ab officijs parenti debita absolui, aut ipso inconsulto, posse bona conscientia vxorem ducere, quando parens commodè adiri potest, & is est qui filij aliquam curam habeat. Quod si parens sit in Hispania, filius in Germania aut in Moscovia, obscurus uterq; remoram iniicere nuptijs, aut scriptum conscientijs, & consensus parentis haberi nequeat, ritum non arbitror. Sunt interdum parentes & nati illis locorum spatijs ab inuicem distiti, quæ aut adire non est facile, aut ad quæ rarè aut nunquam vtro citroq; comitant nuptij: & obscuritas personatum facit, vt inveniri non facile possint, vt ipsis reddantur literæ. Adde quod neuter literas nouit, & per tertium aliquem scribendum est quem semper ad manum non habent. Quod denique potest esse parentis absentis iudicium de ignoto coniugio, cuius probandi aut improbandi causas nullas habere poterit? Hæc nota propter morositatem quorundam minorum & imperitiam, qui præter omnem rationem a quouis hominum genere de consensu parentum certi esse volunt: nec eorum, quæ obstant rationem, habent. Personæ illustri est facile, quod plebeio est impossibile, condire personarum, locus, tempus, & si genus plura, in considerationem venio, debent

Pastori

Pastori prudentia & iudicio omnibus in rebus opus est. Quomodo enim non sunt temerè comprobanda supbia que aut contra aut propter voluntatem parentum incurrunt: ita non sunt remoranda, ubi facile non potest intelligi, aut longa expectationis mora impedimentum est allatura. De hac obedientia parte satis, si non plus satis, à me dictum esto. omnes particularum persequi numerus esset operis & superflui, præcipuas autem facis est, ex quibus reliquæ facile queant intelligi.

Q. A. P. V. T. XIX.

Natis cavenda parentum iussa, offensa, vota, preces, & consilia parentum iussu nati veluti quædam divina oracula.

ES T in re quavis natis offensa vitanda parentum: nec quicquam contra eorum voluntatem committendum; unde merito succedere & eis irasci possunt, sed potius omni opo niendum est, ut quibus possunt officio parentum promerentur gratiam: ne rebelles dei executionibus deoperent, sed bene precantur patris. facile Deus exaudiat iustas parentum preces de natis in vitamque partem; siue officiorum multitudine ac pietate bene meritis fausta & foelicia optent, siue iniuria & contumelia affectu imprecantur mala, plerumque vota parentum natis oracula sunt.

Salomon piis patris matrisque mentis audentes præbere aures liberos præcipit. in eam rem piis parentibus circa natos propheticus quidam spiritus Deus enim qui peccates in hac vita suo dignatus nomine, & natis esse vult quod est ipse, feliciter de natorum salute donat suo patris: ut prævidentur que mala eis impendant, & que bona sint eius natura. Quamobrem qui sapient, salubria præcepta & consilia parentum tanquam quædam diuinitus ad eos missa oracula obseruabunt.

Que Salomon de hac re tam studiosè inculcavit, tantum teneris aetate discipulis non debent accipi, sed cuius ætas si, etiam virilis, que ut præstat reducto et vitibus comparis, forte etiam certam cognitionem & scientiam, ei tamen fidere contra pii patris sententiam tutum non est. Sera poenitentia ferè loqui solet honorum consiliorum contemptum, sed æterno certius id euenit, si fuerint à parente profecta. *Studeat enim in correctionem patris filii, sed qui obseruat in contemptum, officiorum alicui.*

C. A. B. M. T. XXII.

Nati seruire & necessaria parentibus ministrare lege Dei & nature obligantur.

Nunc ad illam alteram partem officij natorum venio, quam in ministerio diximus esse positam, ut nati seruiant & ministrent parentibus, si contingat eos seruisio, opus, & auxilio ipsorum opus habere huiusmodi propter bonum debet parentibus, pro varia conditione & statu tam parentum, quam natorum plures sunt partes, quarum unam tantum pertractabo, eam nempe que vicia educationis rependit parentibus egens. Cuius officij sensus inefficaciter dicitur ciconiis, quo grauius eorum peccatum conuincitur, qui parentes negligunt. Nihil enim olim tristius accideret, credebatur, si qui præmatura

more ante parentes abripiebatur, quàm quòd educationis præmium nullum adhuc reddidisset parentibus, nec esset redditurus. Hinc Homærus,

Ὀπίη δὲ πατρὶς ἀριστὸν πρῶτον δόξω, ἢ δῶρον.

Nec enim charis parentibus præmia educationis reddiderat brevis sui factus.

Principum ac magnatum filij, eorumque omnium qui egenos senes parentes nunquam sunt habiti, eadem lege erga parentes tenentur qua cæteri. reddi enim honor parentibus multis modis potest. quamobrem operam in primis natos dare oportet, vt quacumque ratione parentibus omni officio ac pietate satisfaciant. Quamvis paria se parentibus redditurum nemo sperare debeat, animi tamen gratitudo, studium & voluntas opere testanda est.

Tarpiterum hæc pietatis parte passim peccatur. Par coniugum re tenues, suis laboribus multos liberos liberè videmus educare, & eò perducere, vt quæant sibi vitæ necessaria conquirere, quorum tamen nemo, nec simul omnes, inopes parentes alere dignantur: aut certè si sit, perquam ægrè & difficulter, fordidè & parcè sit, vt eos pudere debeat.

Quid dicam de iis qui seruorum & ancillarum loco parentibus abutuntur ad ministeria domestica, quibus ipsi ministrare & inservire deberent? Et quæ maior est crudelitas & ingratitude, accidit interdum parentes negligi à natis, in quos omne patrimonium, & illud non exiguum, conulerunt, unde laudè viuere & honestè potuerant, confidentes se curarum expertem vitam cum natis victuros. Sed beneficij immemores nati esurire, & rebus necessariis indigere parentes patiuntur: aut ad pauperes in prochodochia relegant: nec quicquam pensi habent, indignum esse in prochodochia aut gerotrophio quamvis honesto, parentes amandari à natis, quibus abundè est, vt ipsi eos alant: fraudare enim hoc est egenos, quibus aliunde non potest esse prospectum, & probrosum est diuiti filio, sinere vt ipsius parens censetur inter pauperes.

Historia narratur cuiusdam opulenti ciuis, qui in vergente ætate omnem suam substantiam filio heredi dederat, confusus humaniter se à filio tractatum iri, quamdiu viueret. Sed citò filium eadè manu percipit, & vt senex in quodam gerotrophio reciperetur effecit: cui cum per filium quem habebat impuberem linteamina misisset, viuum tantum senex retinuit, & alterum nepotulo reddidit, inquit, Tu mi fili hoc linteamen accipe, ac penes te in arca adseruato, quod patri tuo mittas quando senex factus ad hoc detruddetur gerotrophium. Quòd iubebatur puer fecit: & interrogatus à patre cur alterum linteamen retulisset, ac seruaret, respondit sic auum iussisse vt illud (inquit) tibi pater per filium meum mittam, quando senex factus in gerotrophio viues. Turpe est apud Christianos, quorum pietas illustriof alitum gentium esse ebntent, naturæ iura violari, & pauperi parenti in diuitem filium ingratum & immemorem, accepti à parentibus beneficij, actionem nullam dari.

Solon legem tulit, vt infames essent, qui parentes non nutruissent. quæ lege

lege tamen teneri noluit meretrice prosector, episcopus quos non docuissent artem parentes, qua sibi victum quærerent. Eadem lex aut similis in duodecim tabularum legibus inuenitur his verbis: *Filius artem carens patris incuria, eidem necessaria vita ne praestato: alioqui parentes educare cogitur.* Consilium sapientum qui harum legum fuere authores, fuit, ad liberos in artibus instituendos inducere parentes, & neglecti officij puniri culpam, negata in natos actione, quos nullam docuissent artem. Nam sic cogitabant, qui nullam artem didicisset, vix habiturum unde seipsum aleret: quod si per se artem didicisset, & sua solius industria rem partam sorte domi haberet, nihil propterea debere patri, qui fructum nullo iure videbatur posse petere ab arbore, quam non fuerat. Hoc pacto puniendam patris negligentiam duxerunt reipub. vtile.

Sed quod legibus, & magistratibus pro imperio licet, filiis quibus in patrem matremque nulla est potestas, nefas est, non est natorum animaduvertere in parentes, si quid peccauerint. plurimum interest inter ciuilem iustitiam, & eam quam Dominus à nobis exigit, benefaciendum est etiam inimicis, quid verò parentibus? Quamobrem si suo officio exactè ut debebant non fuerunt perfuncti parentes, non idcirco filij absoluantur, ne similiter praestent suum. In lege sua Deus natos honorare parentes iubet nulla exceptione addita, sicut Solon & duodecim tabularum leges fecerunt. Quocirca natos meminisse oportet, nascendi vtrumque parentem dedisse ipsi initia: se illius beneficii & primæ educationis debitores perpetuò futuros parentibus. fastidia decem mensium, puerperij cruciatus, anxia in educando parentum sollicitudo animo grato & memori nunquam excident. Quicquid nati conferent in parentes, erit infra meritum compensatio.

Praemium tamen Deus vitam longævam promittit, suorum parentum cultoribus, ne quem pigeat etiã in malos parentes fuisse pius: & ut nouerint nullum parentis in ipsos esse peccatum, quod remorari eos debeat ab officiis pietatis. Quemadmodum quod humanæ naturæ debetur, nulla iniuria ininuit, quin debeatur etiam iurato hosti quatenus homo est, ita pietatis officia manent tam diu debita parentibus, quamdiu parentes sunt. Discrimen tamen non tollo inter bonum & malum parentem; sed vno illo quod modò dixi nomine, malum parentem etiam honorandum assero, quia pater est.

Ille verò qui bonus & clemens fuit, & qui ab incunabulis natorum benè mereri de eis nunquam destitit, pluribus est nominibus colendus. Qui secus sentit aut facit, viuere haud dignus est. Nati igitur qui in longam senectutem vitam prorogare desiderant, vitæ suæ authores quales sunt, omni obsequantia ac pietate colant. Pie verèque dictum hoc est, *inani pietatis neglectum vix potest*

Nullas ego excusationes hic admitto. dies noctesque laborandum est natis, ut esurientem patrem cibent; & mendicando potius stipem colligant si cætera desint, & hoc tantum superfit, quam ut parentes fame, ac rerum necessariorum inopia perire sinant.

CAPVT. XXI.

Exempla pietatis naturam in parentes.

Apuđ Sophoclem extat infigne exemplum pietatis. Antigone patrem cæcum regno pulſum, mendicum, in exilio ſequi maluit, & mendicare, quàm in opulentia & aulicis deliciis deſerto patre Thebis viuere.

Sed exempla quæ Valerius Maximus narrat, maiorem habent admiratiõnem cum ſtupore. hiſtoriã referam iſdem ac totidem quibus ipſe verbis: *Ingeſui ſanguinis mulierem Prætor apud tribunal ſuum capitali crimine damnatam, Triumuiro in carcere necandam tradiderat: quam receptam, u, qui cuſtodia præerat, miſericordiã motus, non protinus ſtrigulauit. aditum quoq; ad eam filie, ſed diligenter excuſſa, ne quid cibi inferret, dedit: exiſtimans futurum, ut inedia conſumeretur. Cuius tandem dies plures intercederent, ſecum ipſe quaerens quidnam eſſet, quod tam diu ſuſtenteretur; curioſus obſeruaſſe filiã, animaduertiſſe illam exerto ubere ſatietatem matris lactis ſui ſubſidio lenientem. que tam admirabilis ſpectaculi nouitas, ab ipſo ad Triumuiro, à Triumuiro ad Prætores, à Prætores ad Conſulum iudicium perlata, remiſſionem pene mulieri impetrauiſ. Quod non penetrat, aut quid non excogitat pietas, que in carcere ſeruanda generici noniam rationem inuenit! Quid enim tam inuiſitatam, quid tam inauditum, quam matrem ubere ſuis natæ abſtanti præauerit aliquando contra rerum naturam factum, niſi diligere parentes prima natura lege eſſet. Idem prædicatum de pietate eius exiſtimatur, que patrem ſuum Cimona, conſumilli fortuna affectum, pariq; cuſtodie traditum, iam vltime ſenectutis velut infantem, pectori ſuo admoſtum aluit. Herens ac ſupens hominum oculi, eam huius facti pictam imaginem vident: caſusq; antiqui conditionem, præſentis ſpectaculi admiratione reuocans, in illis membris membrorum lineamentis, riſa ac ſpirantis corpora intueri credentes. quod necesse eſt animo quoque euenire aliquanto efficaciore pictura litterarum vetera pro recentibus admonet recordari. hæc Valerius. his plura ducerem adſcienda, niſi hæc pauca ſufficerent, & prolixitas vitanda eſſet. In hac offitij parte ad quam naturã ducimur præſtandam parentibus, ſatis immoratus ſum: de ea me ſimiliter aliquid dicere conuenit, quæ inuiolatos & ſacrosanctos parentes natis reddit.*

CAPVT. XXII.

Nati parentes ſacrosancti & inuiolabiles ſunt.

DEVS in lege quam Iſraelitico populo dedit, mortis ſupplicium decreuit eis qui natiuitatis ipſius maiestatem maledico laſſent: eademq; pena quiſquis regi vel parenti maledixiſſet, iubetur affici: quare graue crimen ſit oportet, quod pari ſupplicio vlcisci Deus voluit, quo laſam ſuam maiestatem puniendam conſtit. Nimirum quia rex & pater imaginem reſerunt Dei: ſuntque quodam modo ſubicctis & natis in hæc vita quod ipſe eſt.

Sapienter hoc vt alia pleraque Cicero dixit in oratione pro Roſcio Ameri-

no. *Quam sit pius virtutum fundamentum, patrem filius ut, Deum utram debet & colere: in quo enim malus fecus pater liberu est. Quid fraudatur, filium patri causam non per asstitisse, quid id ferendum putet? Potentem atque mortuum est certissimum, esse aliquem humana specie ac figura, qui tantum immunitate testis riteris, ut propter quos hanc sanctissimam lucem aspexeris, eos indignissime luce privaritis. Quam etiam ferus inter se patrius educatio, & natura ipsa conciliet.*

Tamen prætextus quaeritur ad excusandas cædes, & alias iniurias parentibus illatas, quando disputatur si parens fiat hostis patriæ, aut tyrannus, aut alterius parentis interfector, aut in Deum blasphemus, & idololatra, posse à filio publica autoritate necari.

Si fortè contingat filium esse regem, aut summi summo magistratu, & de lesa maiestate, aut alio quouis publico crimine patrem postulari (potest enim tam in natum quàm in tempus, multis modis peccare) quaeritur quod tunc fit nati officium. Inferiores iudices qui sub summo magistratu ius dicunt, civilibus in causis parentum suorum non sunt idonei iudices. Summus verò magistratus in publico crimine quid? Quamvis exempla ius nullum faciant, ab eis tamen incipiam.

Cædes matris ab Oreste perpetrata doctorum hominum exercuit ingenia, factum partim excusantium, partim accusantium. De *Ægisto* nulla controvertitur: iure cæsus omnibus visus est. *Clytemnestra* verò cædes quamvis excusabatur à multis, ab ipsius Orestis conscientia excusari non potuit: sed hominem in furorem egit.

Historia narratur de *Carnaba* filio *Triopæ* Tyranni *Perthæbeorum*, cuius tanta fertur fuisse crudelitas, ut eam ferre filius nequiret. ut igitur populum tyrannide liberaret, patrem interfecit, & tyrannocæniæ præmium accepit de interfecto parente. Alii quibus gloriari de hoc facinore potuit, filium non debuit. nam hoc confesso, tyranni cædem mereri laudem, publicus error in filij conscientia locum non capiet. Vnde coactus est ad expiationis confugere solatia. Sed tantam superstitionis vim non esse reor, ut quietum partidæ animum queat reddere, quin subinde iudicium remordeat conscientia, & mentem exagitet.

Sacra historia de rege *Afa* refert, quod *Maache* matri sacerdotium abrogauerit, incum succiderit, & idolum comminuerit: grauis tamen nihil in eam designavit, sunt qui id accidisse putant inopia zeli, radicansq; mortis supplicio debuisset affici: nimirum quæ post legem quam rex concessit populo esset, in sacerdotio perseverasset; atq; *Afam* non vacare culpa, qui eam non occidi iusserit. Verum an natus matrem morte debuerit punire, non mihi satis liquet.

In *Deuteronomio* lex quidem nec fratrem fratri, nec maritum uxori, nec parentes natis parcere sinit, si ad idololatriam hortatores fieri coningeret: sed & deserre, & primos esse, qui in impios iaciant lapides, iubet. A natis euren deserri parentes, & lapidibus tractari, atque paterno aut materno suarcedare manus sanguine, lex Dei nusquam præcipit.

In *Exodo* quando *Moses* *Leuitas* armari iubet, ad expiendam idololatriam impiorum sanguine, atque ita unumquemq; suas consecrare manus cædentium, fratrum, & amicorum, non addidit parentiam: cum tamen in pro-

misericordia multitudinē, plerique æquē parentes habuisse impiatos cultu vituli, sit verisimile, ac fratres aut natos. Sed portentum fuisse natos in parentes deservire: contra quos exeruisse manum ad pulsandum, aut conuictum protulisse, paricidium est. Natis parentes sacrosanctos esse atque inuolabiles Deo placuit.

CAPVT XXIII.

Exemplo barbara crudelitas in parentes.

Gandavi in ponte proximo arci, quæ dicitur vulgò Comitis, statuz æneæ duæ visuntur, altera obligatis oculis, ac poplitibus flexis, carnificis expectare manum videtur: altera astat tanquam carnifex, qui gladio sit percussurus: de quibus per manus à maioribus tradita huius rei gestæ historia narratur. olim patrem & filium ob maleficia capite damnatos, diu in custodia fuisse seruatos: quod nemo carnifex inueniretur, qui eos necaret. Itaque magistratu visum fuisse, alterum eorum seruare ad obeundum carnificis munus: satis supplicij fore rati, si aut pater natum, aut natus parentem percuteret. Primò hæc conditio parenti oblata est: sed paternus amor vitam nece filij redimere noluit: ad filium itur, cui & vitæ promittitur, si genitorem gladio ferire velit. hic conditionem accepit (& horrendum dictu) patrem qui eum genuerat capite truncauit; ac vitæ priuauit eum qui ipsi vitæ author fuerat: & quòd paternus animus in filium designare non tulit, nati crudelitas in patrem perpetravit. Vnde monumentum erectum est in æternam tam tetri facinoris detestationem, cum hac inscriptione, Amor descendit, non ascendit. Barbarum exemplum barbaro seculo editum credi posset, nisi monumentum in-facti detestationem erexissent.

Mecum satis mirari non potui iudicium illius ætatis iudicium: quæ ratio aut quæ æquitas persuaserit, vt impio & crudeli facinore, quod ipsi minime probabant, publicum crimen puniendum ducerent. Nam quod patri propositum fuit, nimis durum & ferum erat, quod nato iniquum & impium. At criminum atrocitas magna erat, (inquit aliquis) & fieri potuit, ad illa patrem ducem & authorem se præbuisse filio. Esto, non idcirco erant vindicanda portentoso facinore. Quæ potuit esse mens, quis sensus populi, qui hæc spectare sustinuit? scædati enim sunt hoc spectaculo omnium spectatorum oculi. Publica crimina publicè in exemplum ad terrorem puniuntur: & hæc bona creditur esse ciuitatis disciplina: quæ in hoc exemplo nulla est. sed ordo naturæ ac lex violatur, quando in sumendo de crimine supplicio, impunitas crimini datur, & vitæ donatio fit præmium impiæ filij in patrem immanitatis.

Quando legi apud Venetos proscripti patris filium quoque exulem attulisse caput, & præmium lege decretum postulasse, & à magistratu abstulisse, mirari destitit vena Gandauenſe monumentum: cuius nõ insolens nostrâ ætate profertur crudelius exemplum, nulla statua posterorum memoriæ transmittendum. ibi vterq; in custodia, nec spes salutis ulla, nisi in alterutrius mor-

te;

te: hic uterque liber & extra vitæ periculum, nisi à filio parenti qui nihil minus suspicabatur, fuissent positæ insidiæ, & nece patris non vita, sed patria empta esset, cui orbis vniversus ad habitandum & viuendum cum patre parebat. Tantùm Venetiæ vt perfido genitoris patricidio, à nato fuerit redimenda? aut pecunia tanti æstimari potuit, vt eius gratiâ filius mactaret patrem? huius facti infamia amplissimum Senatum Venetorum infamat, & monstri turpitudine pulchritudinem ciuitatis deformat.

Monstra sacrificijs expiare mos apud prisca gentes fuit: quòd malum semper aliquod locis vbi nascebantur portendi arbitrantur: ecquid hoc portento monstrosius terra vnquam tulit? & nihil mali reipublicæ allaturum timeret? Væ terræ quæ monstra huiusmodi in suis alit visceribus. Nihil moror legem communem toti ferè Italiæ, quæ ne scripti sibi fidere audeant, & coire in perniciem reipublicæ, & amplissima præmia proponit ipsis etiam exulibus, qui caput afferunt exulis. Vitalem legem factor reipublicæ, si modò excipiantur iura naturæ. Sin ea mens legis fuit, vt nati parentum exulum insidientur vitæ, præmiûsque referant de interfecto parente, quasi nihil interfit, quem exulem exul, aut alius quiuus neci dedat, patrem an alium quemuis, iniquam non dicam legem, sed barbaram & impiam. Scythicis nationibus & Americanis magis dignam quàm Venetis aut Italis: præposterè impietate procuratur pietas. Qui proditor patris est, ciuitati fidus ciuis erit, scilicet, & pius in patriam, qui in patrem fuerit impius.

Dum patris carnifex liber in vrbe obambulat, & in oculos incurrit aliorum ciuium, fieri potest vt quisquam sit, qui non statim cogitet, hic est ille qui parentem interemit suum lucri causa: qui si saperet lucem & conspectum fugeret omnium, quos tam tetri facinoris nosset confcios. quomodo animos hominum occurso tam ominosæ impietatis percussos affici credendum est? Aut enim detestantur tetrum facinus, aut contemnunt, aut leue putant. qui initio abhorrent, faciliè propter quotidianam frequentiam tempore desunt: & incipiunt ad immanitatem cædis occalescere. & nihil differre ab ijs qui contemnunt, & leue dicunt necare patrem: quia non tantùm impunè id fieri, sed præmio honorari videntur, que ita per omnium animos impietas peruat: & simul eodem omnes implicantur crimine. nihilo enim melior est, qui in scelus consentit, illudque caelesto suo probat, eo qui designat.

Multa occurrunt in historijs & poetarum fabulis huius feritatis exempla, & apes crudeliter in parentes delinisse, sicut & contra, parentes in natos, nouum id hodiè non est. Verum quando Solon Atheniensis populo leges olim scripsit, contra eos qui parentes necassent nullam legem tulit: quòd aut tanquam scelus in hominem cadere non crederet, aut tanquam nullum potuerit excogitare supplicium, quo dignè tanta expiaretur impietas.

Neminem vnquam audiui adeo corrupti iudicii, qui hæc quæ narrauimus, cinora probaret: nihil tamen in eis inest, quod si in alijs quibusuis consideremus, turpe sit. Venia datur crimini utilitatis publicæ causâ, & qui

qui damnatus erat sit licitor, ac magistratus autoritate hominem publico iudicio damnatum percudit. Nihil hinc est à quo mens humana abhorreat. Ac ubi audit ignoscit filio ut iugulet patrem, & necesse patris natum redimere aut vitam, aut patriam; mens horret, ac secum indignatur in ipsam peccari naturam legem.

CAPVT XXIIII.

Iusta patri causa esse potest inferenda nato neci; ipsi vero, vel ut sanctorum patres patrem, nulla.

Tamet si enim multis modis mens hominis corrupta sit, pietatis tamen tanta est gratia, ut non possit non placere & commendari omnibus; & contra tanta est in impietate turpitudine, ut in odium apud omnes incurrat. Quod si pater ob illas quas diximus causas, filium morte affecisset, durus quidem pater, sed nihil absurdè facere æstimaretur. Occidendi natum patri iusta causa esse aliquando potest, nato vero ut patrem vel tantum autem nec nulla præclare quidam dixit, Nullum tantum scelus à patre admitti posse, quòd sit parricidium vindicandum.

Brutus filium securi percussit, quòd cum alijs quibusdam adolescentibus de reuocando Tarquinio cogitasset. Hæc patris securitas libertatis patriæ vindex laudatur: salutem prætulit privato affectui. Quid si filius Consul patrem in consimili crimine deprehendisset? eandemne laudem de necato patre referret? Pater tamen patriæ prædixit non minus supplicio quouis alio ciue dignus est: sed filius non est idoneus patris sui index nec carnifex: quia nulla est tanta impietas, nullum tantum scelus, quod sit parricidio vindicandum. Quid igitur faceret? deponeret magistratum in libero populo, & de reo sumeretur supplicium ab alio magis idoneo iudice. Quod si natus rex esset, tractabit parentem ut à filio patrem tractari æquum est.

Irène regnandi libidine accensa, filium Constantinum crudeliter oppressit: cui tamen ob reuerentiam materno nomini debitam antea pepererat. Hæc pietas ei fuisse exitio videri potest: sed apud Deum & omnes pios, felicior fuit qui indigna passus est à matre, quàm si eadem designasset in matrem.

Execranda fuit & erit in omne æuum Antipatri memoria, qui matrem per matrem vbera vitam deprecantem humaniter occidit. Badaea Neronem comitatur infamie. Nemo excusare potest natos Ludouici pij, qui patrem priuauerunt imperio, & in monasterium detrulerunt. At multa malè administrabat: sed nati non erant parentis idonei iudices: minus illius consilij authores, Henricum quintum omnis damnabilis posteritas, qui patri imperium ademit, & funesto bello eum est persecutus: turpitudinem huius impietatis non eluet, ipsi iniecta religio ab Episcopis, nec apud Dei tribunal excusabit.

CAPVT

CAP. V. XXV.

Filius vocare in ius patrem sine impetrate non potest.

ALia quaestio mouetur, utrum nati non contra quod ipsos decet faciant, quando parentes in ius vocant. Morum corruptio, & parentum in natos iniquitas fecit, ut legibus permessa sit actio in parentes. Contra tamen reuerentiam, quæ à natis coram Deo in conscientia iudicio debetur parentibus, id mihi fieri videtur. Quàm multa sunt iniqua quæ iudicari nequeunt ab hominibus. Non enim semper conueniunt ciuiles constitutiones cum legibus conscientia, nec possunt. Quemadmodum Deus iudex est inter natos & parentes, ita quoque sunt leges: sed non quicquid Deus legesque vindicant, cuius licet iure persequi, multa leges concedunt, quæ non mandant. aliud conscientia religio suadet apud Dei tribunal, aliud iura in foro ciuili permittunt. In debitorem est iusta creditoris actio: damnum tamen pati, iacturamque facere debiti præstat, quàm apud infidelem magistratum fratrem in ius trahere, aut alias opprimere. Sic dico natos debere potius iniuriam parentum ferre, ac dissimulare, quàm vllam actionem in illos intentare. Nam aut iusta causa erit, aut iniusta: si iusta, parenti palam iniuritur ignominia, quando ipsius apud iudicem deregitur quam testam oportuit improbitas, quæ, quo maior, eò turpior, grauiorque est qua parens afficitur contumelia. si fuerit iniusta, tunc manifesta in parentem committitur impietas, etiam legibus vindicanda.

Rectè quidam & sapienter inter patrem & filium futurus iudex, sic prius iuuenem allocutus est: Si (inquit) iniustam litis causam contra patrem sustines, merito condemnaberis: si iustam, & sic quoque condemnaberis, quia contra patrem agis. Nota est Noahi & trium filiorum ipsius hystoria, Semi, Hami, & Iapheti. Hamus patrem irrisit, & turpitudinem, quam texisse debuit, fratribus cum ludibrio indicauit. Semus & Iaphetus eam pallio pudenter contexerunt. quam ob rem illi in posteris mala imprecatus est pater, & his fausta & foelicia omnia exoptauit.

Quid igitur fiet in hac corruptione morum, & quorundam parentum astorgia, qui quauis tigride in natos inclementiores sunt? Num æquum est natos à parentibus impunè iniuria affici? In lege sua Deus vetuit primogenitum magis dilectæ vxoris, seniori ex altera coniuge minus gratæ præferri. Legibus ergò parentum iniquitas potest coerceri: & frustra natis cautum esset, nisi ipsi fas sit ad leges confugere.

Respondeo: si iniuriam contingat esse tantam, & tam atrocem, ut tolerari non debeat, intercedi ab agnatis malim, & contra parentes defensionem & patrocinium natorum suscipi, quàm aut ordinem naturæ perturbari, aut reuerentiam quæ debetur parentibus violari. Lex Dei quæ officium parenti præcipit, vetatq; inter natos personæ delectum, non iubet natos in iudicium trahere parentes, & cum eis publicè iudicio experiri. Successionis ea lex est, quæ & legitimas habet exceptiones, referturq; ad fratrem, qui defuncto patre hæreditatis partem adire vellet maximo natu iure debitam.

Historia velim Christianos meminisse, quam de Manlio adolescente Romano narrat Valerius Maximus: *qui audito diem dictum patri à Tribuno plebis Pomponio, quod eum rustico granatum opere publicis vsibus subtraheret, iram petijt,*

F

et se

Et se in Pomponij domum primi luce direxis: qui existimans in hoc eum venisse, et patris crimina à quo plus iusto asperè mactabatur deserens, excedere omnes iussus cubiculi, quò licentiàs remotis arbitrio iudicium perageret. nactus occasionem opportunam proposito suo inuenit, gladium quem cectum attulerat distinxit, sribanumque minus et terrore compulsam iurare coegit, à patris eius accusatione recessurum: eoque effectum est ne Torquatus causam diceret. Commendabilis (inquit Valerius) est pietas, quæ mansuetis parentibus prestatur. sed Manlius, quo horridiorem patrem habuit, hoc periculo eius laudabilibus subuenit, qui ad eum diligendum nullo indulgentia blando dimisso inuitatus fuerat. Videre gentiles quid natum in parentem deceat: & obseruantiam filij in durum patrem, non laudare non poterunt, turpe Christianis pietate vinci à gentili.

CAPVT XXVI.

Contra patrem filium non est temerè audiendus.

Quandoquidem publica crimina puniri reipub. interest, quæritur an filius patris delator audiendus sit, conscius enim natus esse potest fortij, adukerij, cædis, latrocinij, quæ pater suus patrarit. Paulus ad Romanos non tantum morte dignos censet, qui crimina morte punienda committunt, sed eos etiam qui consentiunt. Celare enim, & silentio tegere, quæ Deus ipse & ciuilia iura morte plectunt, facinorosum est. Domus Achan simul cum patre perijt, utpote particeps sacrilegij quod texerant silentio.

Respondeo: consentire sceleri eum qui cum illud impedire potest, non impedit: non autem qui tantum conscius est, cui & displicet libenterq; obfisteret, si in se situm esset. familiam Achan debuisse ipsum accusare, non inde colligitur, quod pari supplicio cum eo fuit affecta. totus Israel ignarus perpetrati sacrilegij, idcirco quoque in discrimen venit. Tamen aut parens in scelere perseuerat, aut abstinet factique pænitet. si perseuerat, nec à scelere queat deterri, admonendi erunt prudenter quorum interest, & ad quos iniuria pertinet. quando autem in solum Deum peccatur, pro parentis peccato, assiduis precibus Deum obsecrabit.

Quando verò in patriam, & principem quis atrociam molitur, à quibus deduci nequit, quam & patriæ & principi communi omnium parenti, non minor debeatur pietas, quam genitori, prædicet natus se proditurum eum (si tutò possit) qui si pergat, etiam prodet. Nam erga principem patriamque pietas, plus in se ponderis habet, quam priuata eius qui genuit caritas. vitæ initium parens semel dedit, quam patria continuò alit, & princeps defendit. sin desitit à crimine parens, durum est leges exigere vt filius paterni criminis fiat iudex, mortisque causam adferat vitæ suæ auctori.

Omnis parentis sui accusator aut iudex, suspectus esse debet: nec facildè fides ei habenda, ne lucri spem aut aliam commoditatem ex morte patris conceperit. sæpe vitam parentum ob stare sibi, nati persuasum habent, & longior vita molesta est. His rationibus & exemplis quæ sint obseruantia ac pietate colendi parentes discere possumus.

CAPVT XXVII.

De tutoribus & eorum potestate.

Tutores in parentum subeunt locum : sed tantum utilitatis causâ pupil-
lorum, non suâ. Tutoris enim officium est omnia referre ad utilitatem
pupilli, & cauere ne damnum capiat, & ipsius res deterior fiat. Excipio
feudorum dominos, legesq; quibus tutela vassalli cum omnibus emolumentis
datur domino feudi, donec ad ætatem maturam pupillus aduenerit. Quæ
tutela honoris est, non oneris, & in defuncti parentis iura succedit.

Tametsi in pupillum & pupilli rem non sit par authoritas quæ fuit parentis:
arbitrio tamen tutoris pupillus regitur, cuiq; reuerentiam & obedientiam de-
bet, quam leges & regionis consuetudo præscribunt. imperium tutoris & po-
testas in pupillum & in ipsius bona locorū legibus ac moribus terminata est.

CAPVT XXVIII.

De pueritia & prime adolescentiæ formatoribus.

Qui pueros mercede docent litteras, & ad virtutem formant, nisi obse-
quætes eos habeant, operam ludunt: quod obtinere solo amore (vt qui-
dam volunt) amoto metu haud est possibile. Prima ætas sic compa-
rata est, vt quod ipsi in præsens iucundum videtur, præferat rebus in futu-
rum vtilibus: vt pote quod illius sensum habeat, harum sit prorsus ignara.

Inde cædendi discipulos apud omnes gentes ab antiquis temporibus mos
obtinuit. quo iure vt præceptores nolim, vltierius quàm parentibus est gra-
tum. scire enim eos oportet nullam potestatem ipsos habere in libera corpo-
ra, nisi quam à parentibus accipiunt. Quod si disciplina scholæ ipsorum id
non fert, & multitudinis quàm vnius aut paucorum potior sit habenda ratio,
parentibus puerorum indicent. fieri enim non potest vt simul pueri degant,
quin multa peccent, quæ impunita præteriri non debent. Si parentes nihil
non indulgeri suis natis velint, eos domi suo more instituant, bonæ aut malæ
educationis percepturi postea præmium. Lenitas parentum & nimia indul-
gentia pluribus exitio fuit, quàm seueritas: quod licentia vulgò deteriores
omnes sumus. duros tamen esse parentes in natos non probò: sed eos vitu-
pero, qui ad natorum peccata non modò conuiuent, sed arident applau-
duntq; nequitijs in quas seueriter esset animaduertendum. cæcus plerunque
parentum amor est, nec satis idoneus ad virtutem formandis natis: & qui de-
ligitur ad eam rem, aut iuuenis est, qui regi magis adhuc dignus est, quàm re-
gere. Ardua res est inter delicias domesticas, & maternas blanditias, ac seruo-
rum adulationes, eneruatum mollitiæ animum ad solidam aliquam formare
virtutem.

Quisquis igitur natos rectè tum in moribus tum in literis institui
desiderat, deligat scholam à suis remotam ædibus, cui vir pietate &
eruditione clarus præsit, qui & imbecillitatem ætatis ferre, & me-
liorem reddere norit: aut talem domi suæ habere curet, quem ipse

totaque familia eo loco habeant, vt puer aliorum exemplo, ad præceptoris sui reuerentiam inducatur: cui tanquam alteri parenti libenter se subijciat. Ei, si possit fieri, alij duo, aut tres ætate pares addantur, vt æmulatio diligentiam excitet, & societas tædium solitudinis leuet.

Hic pueris præcepta nulla obedientiæ trado, quam à parentibus & præceptoribus institutione potius discere conuenit, quam scriptis præceptis. idcirco eos potissimum alloquor, in quorum pueri sunt potestate. sed de hac re hoc loco satis.

CAPVT XXIX.

De seruitute & herili imperio.

Quemadmodum naturæ lege parentibus subiecti liberi nascuntur, ita serui iure gentium dominis mancipantur. Obligationis vinculum quod natos parentibus adstringit, libertati non aduersatur. illud quod dominis seruis obligat coactum est, & legibus introductum. Sed quia est naturæ consentaneum in hac mortalitate, & plerique vile ac necessaria, fortiter ferendum seruilis conditionis onus ijs quibus est iure impositum.

Varijs modis seruus quis fieri potest, & sui corporis amittere potestatem: quos omnes recensere breuitatis causâ nolo. Quisquis seruus est, iure gentium seipsum contra receptas leges, quæ seruituti eum addicunt, in libertatem assertere non potest. à legibus quæ nata est seruitus, non nisi legibus soluitur. Publicas infringere leges religio bonæ conscientiæ non permittit. cuiusq; possessiones constant legibus, quas si priuata authoritate frangere liceat, incertum erit quidquid quis possidet. Quocirca quamuis in bello captus vim patiatur, fugere tamen ab eo cui vœniit, aut ab eo qui in bello seruauit, vitamque dedit, quando eripere potuit, inquam est. Postliminij leges non tollo, sed conscientias Christianas informo, & quid apud Deum liceat doceo.

CAPVT XXX.

Vnde primùm seruitus nata sit.

Vnde primùm nata sit seruitus quæri solet. Aristoteles disputat quosdam naturâ nasci seruos, & iurisconsulti æstimant, naturâ omnes nasci liberos. Ille naturâ comparatam seruitutem, hi ex iure gentium habuisse originem arbitrantur: ambo quidem verbis, nihil sensu & re discrepant. Ius gentium naturæ quædam lex est, quamuis ego multis in locis eam latius extendo, & distinguo. quòd ius gentium à naturæ lege natum sit, itaque vt causam ab effectu, vel à genere speciem ab inuicem illa segrege.

Vocabula hæc natura & libertas alio atque alio significato accipiuntur. Natura speciem & formam humanæ naturæ & ipsius partes, & ea quæ eam *constituunt*: (hoc est essentialiter) comitantur, designat, & est communis omnibus & singulis hominibus, secundum quam nec liber, nec seruus, nec musicus, nec grammaticus, nec poëta, nec orator, nec faber, nec furor quis nascitur, sed homo. eadem nascendi lex est omnibus, qua homines nascuntur. Rex, subiectus, dominus, seruus, infans recens natus, decrepitus senex, stultus, sapiens, femina, mas, pariter æquè sunt homines, nec quisquam alijs præstat,
aut

aut inferior est quatenus homines sunt, hoc modo libertatis vocabulo nihil aliud significatur, quam similis naturæ humanæ in omnibus conditio. Sed dictio natura quoque proprietatem singularem vnius alicuius indiuidui significat, cuiusmodi est constitutio propria corporis & animi Socratis, aut Aristotelis, & propensio insita aut ad liberales scientias, aut ad artes Mechanicas, cum ijs quæ consilio casuue cuius homini interuenire possunt, & natura capax est. gratiâ exempli, homo natura dicitur animal disciplinarum capax, unde quidam dicuntur naturâ poetæ, pictores, aut aliud quidpiam quod suapte ingenio seruntur. Hoc sensu Aristoteles dixit quosdam naturâ seruos esse, hoc est seruilis ingenio, & aptiores ad seruiendum quàm imperandum. Quotquot natura sibi inuiles imbecillitate ingenij, nisi aliorum regantur arbitrio genuit, naturâ serui sunt, & ad seruiendum nati.

Præterea qui libertate priuari meruerunt, & digni sunt, quocumque modo id euenerit, peccato suo aut alieno, ad quos pertinebant, aut à quibus procreati sunt, iurè gentium serui dicuntur.

Statim à diluuiio post restaurationem generis humani, imprecatio Patriarchæ Noâ contra Canaan, seruitutem futuram denunciavit. Abraham ingentem seruorum multitudinem domi habuisse oportet, quando trecentos verbas armatos ad insequendos reges eduxit. Lex circumcisionis, Iosephi venditio, bella quæ commemorantur in sacra historia, abductos homines in seruitutem testantur. Quocirca non absurda est eorum opinio, qui simul cum bellis natam seruitutem censent, & Latinis dictos esse seruos, quod à cæde seruarentur.

CAPVT XXXI.

Quod sit seruorum officium.

DE seruorum autem subiectione & obedientia præcepta multa extant tum in veteri tum in nouo Testamento: ex quibus quod sit officium serui discere possumus. Pluribus enim locis Paulus seruos adhortatur vt dominis iniquis & crudelibus pareant bona fide, tanquàm Deo inspectore & iudice; à quo mercedem sunt accepturi, si forsiter tulerint conditionem seruilem, quam ipsis Dominus imposuit. Idem facit Apostolus Petrus. proinde à domino fugere, eumque seruitio fraudare, homini Christiano non licet. Onesimum ad ipsius dominam Paulus remisit.

Singulas seruilis officij enumerare partes nimis prolixum effecit. quidquid filius obedientiæ debet patri, debet etiam domino seruus: & quanto dignitate inferior est, tanto submissius obedire, nullumque detestare ministerium, ad domini nutum & voluntatem seruum semper vbique paratum esse oportet. Ipse & quæ sunt ipsius omnia ad dominum pertinent: nec sui corporis habet ullam potestatem. Si quid clam domino eoque inuito possidet, furtum est. Quod supra demensum lucratur, ipse non est, nisi quatenus domini beneuolentiâ conceditur.

Furorem domini vitare, & intentatam mortem fugere fas est: vi autem repellere illatam à Domino vim, & percutientem referre minimè: quia ipse possessio domini sui est. Contra dominum suum quicquam noliri, aut domi-

nim accusare perpetrati alicuius criminis, aut flagitia quæ fortè committit palàm facere non licet, Leg. si quis. Cod. de his qui accusare possunt. Arcadius & Honorius Augg. lege prohibent seruos dominorum delatores audiri. *Sed si quis eius existimationem, caput, atque fortunas peteret, cuius familiarisati vel domino inhaerit, ante exhibitionem testium, atque examinari mem iudicij, in ipsa expositione criminum atque accusationis exordio, victore gladio ferretur. Vocem enim furestem (dicit lex) potius amputari oportet, quam audiri.*

Idem sentit Tullius in oratione pro Deiotaro, atque in ea re omnia vitæ salutisque communis atque etiam humanitatis iura violari. *Seruum sollicitare verbis, spe præmissisque corrumpere, adducere domum, contra dominum armare, esse omnibus familiaribus bellum nefarium indicere: nulli parietes dominorum salutem, nullæ leges, nulla iura custodiens. Vbi enim quod intus est, atque dominorum, impune evolare potest, contraque dominus pugnare, sis in dominata servitus, & in servitute dominatus.* Et ibi tragicum exclamat à Castore contra Deiotarum id fieri, O tempora, ô mœurs! præterea ibidem narrat factum Cn. Domitij, qui quondam diem dixerat ad populum Marco Scauro: & cum ipsius servus ad eum clam domum venisset delaturus crimina domini, eum apprehendi iussit, & ad dominum deduci. Idem Tullius hunc morem fuisse maiorum testatur, vt in dominum de servis quæri non liceret. *Non (inquit) quia non posset verum inveniri, sed quia videtur indignum esse, & domini morte ipsa tristius.*

Sed si in maiestatem principis, aut in reipub. perniciem herus aliquid meditetur, quòd cladem magnam sit allaturum, nec ab eo deducere dominum possit, indicabit eis quorum interest. Non enim fidem domino servus nec adiutorium in tanto scelere debet. quæ autem perpetrata sunt, nec iam impediri possunt ne fiant, & vbi res extra periculum est, non est serui dominum suum deferre; nec si detulerit, statim est audiendus.

Fides seruorum in dominos, vt dignè laudatur ab historicis, ita nunquam satis laudari posse videtur. Vnde quis sensus sit, & quod iudicium hominum de hac honesti parte, dici potest. Perfidiam in serulli ingenio nemo miratur, fidem verò omnes suspiciunt.

CAPVT. XXXII

Sublata seruitute corporum, remansisse seruitia quedam onera.

Sed seruitus apud nos, & pleraque alia Europæ regna sublata est, vt vulgò quid sit ignoretur. nec eius vlla est amplius memoria; nisi quod in agris & colonis quædam adhuc vestigia seruitutis supersunt: non paria quidem illa vbique; nam hîc plura, illic pauciora inuenias, pro dominorum voluntate, qui olim agros suos opera & labore seruorum coluerunt: & in eorum manumissione, seruitia & commoda sibi quædam suisque posteris reseruarunt. Cuius rei ignari putant crudelem & inhumanam exerceri à dominis fundorum tyrannidem in agricolas. Hanc vnam causam & præcipuam inter cæteras, bellum rusticorum per Germaniam, patrum nostrorum memoria præterebar: nimirum se homines liberos & Christianos, seruilibus oneribus præter dignitatem grauari. Non enim cogitabant se, aut serulli ortos genere, aut vltro possessiones agrorum comparasse cum seruitute con-

iunctas

inſtas : & maiores ſuos veteres colonos longè deteriore fuiſſe conditione: vt pote qui vel ſerui vel glebæ adſcriptitij fuerint: Dominis habendum eſſe magnam gratiam, quòd contenti iure patroni in libertos, eos manumife- rint, & nunc inter ingenuos cenſeantur: libertatem Chriſtianam rem eſſe ſpiritualẽ, quam nihil ſeruitus ciuiliſ minuatur.

Hoc argumentum quia fuſius à me pertractatum eſt in lectionibus in Epi- ſtolam Diui Pauli ad Philemonem, vterius non perſequar. Tantum admo- neo dominis fundi & patronis cenſus & ſeruitia loci moribus conſueta, iure non tantum humano ſed diuino præcepto deberi.

Si quædam ſunt onera nimis dura & grauiã, humanitatis dominorum eſt ea moderari & tollere: quòdſi nolunt, negari tamen à vero Chriſtiano ea non debent. Communi domino Ieſu Chriſto reddituri quidem ſunt ratio- nem factorum ſuorum domini: ſed interim ipſi non ſunt armis aut alia vi à clientibus, aut à ſeruis, aut à libertis cogendi. Quicquid Dei verbum de of- ficio ſeruorum erga dominos præcipit, & hic locum habet. Duris & inhu- manis æquè ſeruendum eſſe bona fide dominis, ac clementibus, & benignis, Apoſtoli in Epiſtoliſ ſuis vbique docent.

CAPVT. XXXIII.

De ſamulis, liberis, & mercenarijs.

Quod eos attinet qui à parentibus in minore traduntur ætate institu- endi in opificio aut arte quapiam certis legibus; quum ſpectetur vri- uſque vtilitas, magiſtros patris affectum, & diſcipulos natorum aſſu- mere conuenit. & quæ diximus de natorum officio erga parentes, & ſeruo- rum erga dominos, ſunt ipſis obſeruanda, quamdiu ſub eorum diſciplina de- gunt. Semel tranſlata patria poteſtas ad alium, ante tempus à patre reuo- cari non poteſt. Quocirca magiſtro potiùs parendum erit, quam parenti, ſi aliud fortè nato mandaret, quàm magiſtro probatur.

Tirocinij completo tempore, aut ad patrem remiſſus, aut ſibi permiſſus, vt deinceps ſibi ſuo more viuatur, perpetuò accepti beneficiij memorem eſſe oportet: vt cum omni obſeruantia colat, ſub cuius diſciplina ac poteſtate pu- eritiæ aut primæ adoleſcentiæ tempora tranſegit. Si fortè duriuſculè ſe ha- bitum arbitretur, in meliorem partem id interpretetur, idque in ſuam fuiſſe rem. memineritque omnes nos in propria cauſa non reſtum videre, & de- teriores facere licentiam, ſeueritatem meliùs erudire. in ſumma, mala ſepe- liar-obliuione, accepta bona æternâ recolet memoriã.

Mercenariorum qui liberi ſunt, & operam ſuam ad aliquod miniſterium pacto mercede locarunt, ſexus, conditiones, & ætates variæ ſunt: quocirca vna lex præſcribi omnibus non poteſt: niſi hæc vna, nempe obſequia & mini- ſteria debita cum fide eſſe præſtanda, victu & amictu, aut alio quouis pretio libertatem in quoddam ſeruitutis genus eſſe commutatam; atque oportere ipſos componere ſe ad arbitrium & ſententiam eorum, quibus ſe ſubiecerunt, & ſuos locarunt labores.

CAPVT XXXIII.

Oeconomis in magnis familijs & architectis operum parendum esse.

Sed quia in magnis familijs principum & regulorum, priuatis, quoque in rebus præfectis cum potestate imperandi esse diximus, de obedientia quæ ipsis debetur aliquid similiter dicendum est. Est enim oeconomicis & præfectis alicuius operis non secus parendum, quàm patribus familijs aq̃ ipsis dominis, si coram præsentibus adefsent.

Naucrero in naui parere nautas oportet, & Architecto fabros, cæmentarios, ac reliquos omnes operarios. æquum enim est, mandata fideliter exequi quæ ad cuiusque pertinent prouinciam, eos qui suas locarunt operas, hic non parere nec bona fide versari improbi hominis est, non boni Christiani: qui vbique in omnibus rebus Deum respicit, & proximo debirum officium persoluit. Ordinem omnibus in rebus & æquitatem Deus seruari vult, in mutua compensatione officiorum. Quemadmodum mercenarium fraudare mercede iniquum est, ita operas non fideliter præstare furtum. Vult igitur religio vt quisquis operas suas locauit alicui, aut alij quouis modo subest, vt ei obediat, qui habet ipsi præcipiendi potestatem.

CAPVT XXXV.

Legibus & censuris collegiorum & societatum mercatorum & artificum parendum.

Quocirca nec ordo qui in collegijs & societatibus hominum eiusdem siue opificij, siue artis aut scientiæ conspicitur, mihi est prætereundus. sapientiæ enim diuinæ quidam radius ibi quoque relucet: quo docemur nullam societatem consistere posse sine regimine. In vrbibus benè constitutis diuersa opificia societates diuersas vel collegia constituunt, quæ suas leges & præfectos habent, quibus societas regitur: item censuras ac multas suas quibus subiiciuntur, quotquot in illam societatem sunt adscripti.

Sunt tamen tam qui præsumunt quàm qui parent priuati, hæc subiectio imperiũque in ijs duntaxat versantur rebus, quæ artificium concernunt, & conducunt ad eius conseruationem. Et hic fides integra & conscientia bona retinenda est; etiam vbi nulla intercedit sacramenti religio. Pactorum & conuentorum rationem cum habeant plerumque censuræ societatum, eis parendum est.

CAPVT XXXVI.

De Academijs & Collegijs literatorum qui liberales scientias & disciplinas proficiunt, eorumque priuilegijs.

Collegia vero quæ in Academijs videmus studiosorum bonarum disciplinarum, suis quoque constant legibus & institutis, quibus obediunt omnes qui illic aggregantur. & ibi præcipiendi authoritas & obediendi necessitas, ex loci constitutionibus religione conscientias obligant, quoad diu illic versari contingit.

Scd

Sed cum instituta legesq; collegiorum, quarum aut ipsi sibi auctores fuerunt, aut quas principes indulerunt, aut confirmarunt traditas à fundatoribus, contra publici iuris formam, non sunt propriæ leges, sed pacta quædam inter ipsos inita, vel privilegia, quibus ipsa tantum astringuntur collegia, cum iis quæ illa continent. Principis autoritas non ita legibus illis alligatur, quin ex causâ non possit contra illas leges aliquid statere, quod ipsi bonum & utile videbitur. Violata instituta illa censerentur non debent, si quidpiam à Principe extra ordinem, contra consuetum morem, aut mandati aut innovati configerit. Absurdum est Principem qui omnium totius regni sui legum est moderator, privati Collegij aut etiam Academiæ, legibus & privilegijs esse adstrictum, ut ex causâ contra eas nihil possit mandare.

Quod ad admonitione vix dignum censerem, nisi scirem adolescentie seruerem, faciliè specie quadam commoueri, quando contra sua privilegia, & collegiorum instituta fieri aliquid conspiciunt acsi Principes illis eisdem legibus essent adstricti, quibus ipsi seipsos obligarunt. Vnde non raro turbatum in vrbibus, tum in Academijs nascuntur ignorantis officij erga summum principem cui licere nolunt, quod sibi permittunt, quoties suas leges ipsi transgrediuntur.

Paucæ Academiæ inueniuntur, quæ turbas, aut cum ciuibus publicè, aut priuatim in collegijs interdum non patientur. seruida iuuentus imperita rerum, pacta duces faciliè commouetur: idq; plerumq; eodem serè verbo, quo imperita multitudo solet, prætextu privilegiorum. de multis vnum ad seipsum exemplum. Ludouicus duodecimus, quem patrem patriæ Galli vocant, initio regni sui restituit in pristinam integritatem quæ corrupta & neglecta esse constabat: iudiciorum formam correxit, & disciplinæ scholasticorum privilegia interpretatus est. Itaque decretum suum rex iussit in Parlamento Senarum atque alijs regni foris promulgari, quæ res scholâ Parisiensem non parum turbauit, ob violationem privilegiorum. conuenere igitur & deliberatum fuit de literarijs exercitationibus deicendis: missum est à rectoribus ad conuentiones, ut plebi indicarent, deinceps cessatum iri à conuentionibus & scholasticis exercitijs. Multa præterea petulantè & impotenter dicta factaq; sunt in ipsum regem & Guidonem de rupe ipsius Cancellarum. Posteaquam primus ille reus deseruississet, auditio regem quæ facta erant iniquo animo ferre, missi sunt legati ab Academia, qui totam rem excusarent, & iratum regem placarent, quibus, ut est apud Gaguinum, Georgius de Ambasia Rothomagensium Primas nomine regis his verbis respondit, *Eruditi viri, non dicitur vobis esse debere se a quissimis rebus de abusibus, qui prætextu vestra libertatis commissi deficiunt, vestris privilegijs limites posuerit. Ipsi pro vestra eruditione nati sunt, quid in his omnibus peccatum in actibus est. Impendare vobis prius decebat, quam attendere sensura iudiciorum. Reges enim sua opinione rectoris, sed prudentiam suorum consiliorum respiciunt, ut a vobis delicta legitime cabibunt, quibus repugnat: vos non oportet irrita se rependunt edictis à vestro studio cessantis, prohibentia distentare pro reclusis populis vobis dicit. Quæ mediocritas factis regem à vobis distat esse qui ignorat & vestra libertatis donatum ire rex noluit. Dolos amouere; fraudes amputare: est arduum; non in vestra quiete aduersarum, aut bonos à literaria lubricatione auertere. Tunc memoria, quam in tranquillitate vos foueritis reges, qui enim præcesserunt: Ratio quæ sunt inuocantur sunt et non commouent Christianitatem vestra. meriti. Sed vestra res seruare est non*

posse, quæ per uersorum abusu, utque illegitimus negotij perturbatur. Ea regis conscientia est, ut paucissimos multis doctrinæ rectæ incumbentes, quàm discolorum incompositam multitudinem. Dade operam uestrorum mores componere ut regis institutionibus audientes, sapientiam, cuius grati à consensu, comparetur. Si hoc ritu conseruabimini, cum Principis gratiam uobis imperabitur, tum priuilegia uestre communitati assueti conferentur. Hæc cum Pontifex dixisset, petentibus legatus, an aliud acciperet rex illi optaretur, inquit, & scholasticis uestris, qui hoc nomine digni sunt, saluare: de multis nulla uultu cura est. At & que petens manus petere, ipsi me, inquit, sui prædicationibus. Hæc dixerunt, illi uicem meritam aliis prædicant. Optimi regis iusta fuit ita, quod ab illis qui ceteris sapientia & eruditione clariore habebantur, & quos omnis modestiæ atq; obedientiæ exemplo præluere populo decebat, publicè profunderetur.

Alienam ab officio grauium & sapientum virorum est, multitudinem quocunque præterit aduersus reges magistratusue concitare, aut apud imperitiam plebem in contumaciam adducere. hunc fructum ab Academijs principes expectant, ut pietatis & humilitatis disciplina manifestet animorum ferociam. Et, ut ne quæ hominum societas in factiones & partes discedat, semper ubique cauendum est: in primis id mali genus præcipua cura uitari oportet ab ijs qui liberales disciplinas humanitatemq; profiterunt. Præcipua pars totius Philosophiæ, in officiorum cognitio uersatur. ea literarum studijs oportet præcipuum adfert, & ueluti cordinem addit. Quid enim prodest diuinitatis & humanitatis studijs maiorem uulgo dedisse operam, & uariam eruditionem comparasse, si nihil quis didicerit, unde multitudine in amicos, in parentes, in patriam, in principem, atque in Deum magis pius euaserit. turpe est eos qui ceteris sunt doctiores, non etiam esse meliores.

Dicant igitur omnes, & in primis sapientia studiosi Christianam modestiam, & hanc ab principibus ac præpositis suis opinionem (nisi forte res ipsa clamet contrarium) habeant, ipsos nihil temere, nihil nisi iustus de causis, extra ordinem facere. Pluris principis uoluntas esse debet constitutumculis, quando quod natura sua ius & æquum est non uolatur: quod si fit, aduersus hoc malum non est uerum seditio remedium, sed potius grauioris mali incendium. Dei sapientia cedendum esse malo docet, & tolerantia bono illud uincendum.

CAPVT XXXVII.

De collegijs & sacerdotibus Prophetarum, Sacerdotum, Leuitarum, Apostolorum, & Episcoporum Ecclesie Christi.

Collegia etiam & coetus habuisse Prophetas in ueteri testamento legitimus, quibus præfati non decens, qui familias Prophetarum regebant. sicut constat Santuelem, Eliam, & Elizeum præfuisse Prophetarum filijs, qui subesse a operare suis doctoribus indignum munere Prophetico non iudicauerunt. Sacerdotes & Leuitæ suos principes quibus subijcebantur, ordinatione diuina habuerunt, etiam in captiuitate & exilio.

In nouo Testamento Seruator noster priuatus quidem uixit, tamen discipulos habuit, qui ei dicto fuerunt obediens: nec tamen more Regum aut tyrannorum huius seculi imperauit. Postea Apostoli quosdam assumptum cooperatio

cooperarios & adiutores in opete Domini, qui ipsorum dirigebantur auctoritate, quibus ceteri Ecclesiarum Presbyteri & Episcopi parebant, quod ex I. 10 & Timotheo, aliisque Apostolorum discipulis clarius est, quam ut probatio ne egeat. Idem de Petro & Matco dicendum est, tamen ad omnes Apostolos dictum erat, Reges gentium dominantur eis, & qui potestatem habent in eos, benefici vocantur, vos autem non ita. quibus verbis si precipienda auctoritas, ita prohibita intelligitur, ut non debeat minister Evangelii precipere alijs Evangelij ministris, namquam ab Apostolo id esse sequitur legitimus, quare ex illis Seruatois nostri verbis, ab ecclesia velle tollere veterem ecclesie gubernationem, nisi quis secus ad temporis locique conditio non fert, meo iudicio non parvus est error.

Si nulla alia esset gubernationis forma, prater illam que est Regum & magistratum civilium; nec alia superioritas, ab ea que est propria huius mundi principibus, valeret argumentatio, que a nonnullis ex verbis Seruatois nostri ducitur, sed ex ijs que diximus, apparet inter privatos ordinem inveniri, qui superiores & inferiores continet, quorum alij imperant, alij parent, a negatione enim vnius partis, ad negationem totius generis, male colligitur argumentum.

Quocirca quemadmodum olim Timotheus & Titus, & alij quamplurimi cum suis ecclesijs paruerunt Paulo, ac ceteris Apostolis: & similiter Timotheo, Titoque alij Presbyteri & ecclesie, sic hodie pari ratione suis Episcopis & Archiepiscopis Presbyteri cum plebe obedire tenentur, in omnibus que concernunt Domini nostri Iesu Christi spirituale regnum.

C A P V T XXXVIII.

In corpora & fontem Christianorum episcopi, nullam habent potestatem, nisi quam a civili magistratu acceperunt.

IN corpora vero & bona fidelium nullam habent potestatem, nisi forte magistratus eis civilem provinciam commiserint, vincula & carceres, aut corporalem coercitionem Apostolis suis Dominus nullam dedit. Leges interdum concedunt plerisque in locis, privatis hominibus, ut ergastulis, & vinculis domesticos castigare possint.

Tamen ministerium Ecclesiasticum, nullum cogendi externa potestatem des Apostolis, aut episcopis Ecclesiarum, eam tamen non posse dari a civili magistratu, si & reipub. & ecclesie interesse videbitur, ex nullo Dei verbo demonstratur. Sed quicquid sit, siue vincula habeant & custodias episcopi, siue nullas, parendum ipsis est in ijs que ad ipsorum munus pertinent; nec leuius hodie peccatum est contemnere Christianum episcopum, quam fuit olim summi, sacerdotis in populo Dei non paruisse iudicio. Verba Domini nostri clara sunt que ad Apostolos est locutus, qui vos audit, me audit, qui vos rejicit, me rejicit, &c. Successisse episcopos Apostolis, & eorum tenere locum alibi fuit disputavimus.

Decollegij Presbyterorum, qui Canonici, olim Decani vocabantur.

Collegia Presbyterorum qui hodie Canonici, olim Decani vocabantur, suos prepositos habent, & adnumeranda his mihi videntur, quatenus nihil, quod ad civilem magistratum pertinet, exercent, sunt enim Presbyteri episcoporum cooperarij in ecclesie regimine. Sed suis decretalibus, privilegijs, & exemptionibus, turbavit veterem Ecclesiarum politeiam, & auctoritatem episcoporum Romanus episcopus labefactavit, ut suam vias stabiliret. Bonus ecclesie ordo postulat, ut omnes alicuius Dioceseos Presbyteri, alijque qui in Clero censentur, sub obedientia sui episcopi degant & ipse ita sub sit regulis ecclesiasticis, ut nemini iniuriam facere possit, etiam si maxime velit. cui rei sacis patrum canonibus cautum est, regumque qui susceperunt Evangelium legibus. Quae ubi vigent, nulla episcoporum tyrannis metuenda est, contra leges usurpata potestas tyrannis est.

In societate sub aequalitatis nomine unam ceteris collegis imperitare, & sibi praecipuum quandam auctoritatem adsumere, tyrannis verius appellari poterit, quam secundum leges unum praeesse & moderari ea, quae ad ecclesiasticum regimen pertinent, praestat enim longè legitimum habere episcopum, quam collegam pati tyrannicum.

CAPVT XL.

De collegijs Monachorum & Cenobitarum.

Superstitiosos greges Monachorum huius seculi, & alias societates fratrum sculorum ego praeterirem, vixote quae verbo Dei & iuri gentium aduersentur, & hodie in ecclesia nihil aliud sunt, quam nefarias coitiones & conspirationes contra filij Dei Evangelium, in regum & magistratum, atque omnium Christianorum, qui ipsis aduersantur, perniciem. Tamen de ijs aliquid quatenus potero patris dicam, duabus potissimum de causis: primum propter veteres Monachos, quorum sanctitas tanquam clypeus veritati objicitur: quum tamen isti praeter nomen, cum illis nihil habeant commune. Deinde propter subordinationem & obedientiam, quam in omnibus rebus suis praepositis magna religione exhibent.

Veterum Monachorum quod fuerit institutum, cum ex varijs veterum scriptorum scriptis, tum in primis ex vno Augustini tractatu de opere Monachorum, quibus potest discere.

Origo prima nata est ex persecutionibus contra Christi Ecclesiam motis: quando pii petierunt solitudines, non opinione alicuius sanctimoniam ex solitudo vitae genere, sed aduersariorum fidei furoris declinandi causa, & tyrannidis quae Christi cultores nusquam ferre poterat. Ita duram vivebant vitam; precibus assiduis & labori manuum intenti, reddita pace ecclesiarum, cum in urbes & cultiora loca possent redire, plerique vita illa a turbis remoti magis placeat: postea huius vitae securus est admiratio, & ad virtutem exercitanti non inutile vita est: ac ita multis pietatis studiosi hoc vitae generis amplexati sunt: qui tamen nulli se vixit, nulli legibus obstringebant: sed quodlibet adimplerant, liberè poterant etiam dimittere. Praepositum habebant, quem Abbatem vocabant; qui non tam imperabat, quam praebat, tanquam ad virtutem doctor & dux. hic conuocatis ceteribus, & ad virtutem & tolerantiam adhortabatur; docebatque; non suas aut aliorum hominum superstitiosas

iosas traditiones, sed Domini Evangelica praecepta. Et in illis suis congressibus, de pietate, de virtutibus, & sacrarum litterarum mysterijs, quae soli fuerant meditati, & ex verbi Dei lectione didicerant, diserebant.

CAPVT XLII.

Priscos Monachos nullis peculiaribus regulis aut institutis fuisse adstrictos.

LEgimus cum quodam die Monachi qui sub magno illo Antonio degabant, simul conuenissent, cum rogasse ut aliquam viuendi normam, & praecepta quaedam eis traderet: sed illum pro isto noui testamenti codice respondisse, En adest regula quam nos sequi conuenit: hic habetis omnia regulae viuendi praecepta: his nihil amplius potest addi. Tamen aetas quae postea secuta est, exercitia quaedam Monachis praescripsit. quum quisque sibi lex esset, & pro viribus & constitutione sui corporis externis exercitijs uteretur, nulla superstitio, aut humi supercilium, exercitia illa contaminabat. Sed ubi admiratio exterorum a exercitijs perpetua emulatione in quosdam potere coepit in illis exercitijs cuiquam inferiores videri, vnde factum est primum ut viribus impares, paria adsumerent onera: deinde etiam ut exigenter tanquam necessaria. vnde & meritorum & operum supererogationis opinio est consecuta.

Sed hoc omnibus fuit commune, ut secundam Apostoli regulam, ex labore manuum sibi victum compararent: sacrilegium credebamur vesci pane, quem labore vultus sui Monachus non quaesisset. ex medicamento aut eleemosynis non vivebant otiosus nec vllum ex paupertatis professione quaesitum capitabant: sed ipsi mendicos & pauperes subleuabant. Nam quicquid de laboris pretio supererat (quod non erat exiguum parca & tenuiter viuensibus) praefectus totum egenis erogabat.

Non censentur in Clero, eundem enim esse monachum simul & clericum inasudium erat. illud vitae institutum cum ecclesiae ministerio non conueniebat. Monachi enim professio solitudinem postulabat semotam à turba hominum: ecclesiarum vero ministeria hominum frequentia viuendum est. Quandoque tunc accidebat monachum ad ecclesiam ministerium eligi, solitudinem relinquebat, & ad vrbes & pagos, ubi erant ecclesiae, se conferrebat. Vulgari eaq; vili veste amiciebatur, sed quae nulla erat deformitas notabilis. Tamen coelibes pleriq; omnes viuere, nulla lex vxoem ducere vetabat. mariti fieri poterant, ac prolem procreare.

CAPVT XLIII.

Nostri temporis monachorum mores & instituta.

HIC vitae generi si ex aduerso constituta vitam morosq; ordo monachorum nostri temporis, veram habetis amicheam. nihil enim magis dissimile, nec magis contrarium sibi potest.

Primo enim vitae institutum adhaec patri aut adolescentuli vetum imperit, qui nec se, nec suas vires, nec illam viuendi rationem satis habent explorata, implicantur, vnde postea regredi nequeunt: idq; ausuati à partibus, qui numerosa prole onusti, ut paucos darent, ceteros in monasteria conijciunt: aut illecebris quosdam attrahit, ac religionis furore decepti cunctis induant.

Alij quorum grandior est aetas, quam ut vlla ignorantia excusare possit, suiq;

suiq; sunt arbitrij, desperatione quadã & imparietia rerum humanarũ, illuc se præcipitant, duplo peiores futuri, quã si, vt ipsi loquuntur, mansissent in seculo.

Nec desunt quos iners otium, & vita mollis, curarũ expers magis delectat, quam labor honestus, & vita sollicitudine & multis ærumnis obnoxia. vt suauiter viuant, petunt cœnobis, tanquam quædam Asyla ignauis, & impunitatis cœnis nequitie.

Hæc turpitudine raræ cuiusdam opinione sanctitatis & præcipuæ religionis velatur, tanquam pallio, ne sit cõspicua vulgi oculis. Quia quotquot hodie instituta vitæ monasticæ amplectuntur, sacramento sese obligant, victuos in paupertate, castitate, & obedientia: (quæ tria creduntur esse cõsilia Euangelica obseruanda ijs qui, ad singularem aspirant perfectionem) nullũ crimen æstimatur in tantæ sanctitatis professores cadere, quod cuiuis è populo facillè potest contingere. Sic mundus fasciatur singulari sanctitatis specie.

Nam si res ipsas quis spectet, inueniet nihil aliud esse quam mera præceptorum Christi ludibria. Ridicula paupertatis professio est, cuius nomine ingentia aut æquiruntur, aut possidentur diuitiæ: & quibus aliàs mendicare turpe esset, sit honestum: & mendicitas vertitur in quæstum, cum magna iniuria eorum qui verè pauperes sunt.

De castitate verò quid dicam? Hanc camarinam mouere nolo, ne teter odor exhaleet insuauis lectoribus. Quod Apostolus de philosophis scripsit, verè & in istos competit: contempti numinis in sese dignam recepisse mercedem.

Obedientia verò quam iactitant, ex diametro pugnat cum ea quam Seruator noster & Apostoli verbo docuerunt & exemplo: quæ in hoc sita est vt omnes parentibus ac alijs summis & inferioribus magistratibus: & vt patri suis parentibus, serui dominis subijcianur. isti autem his legitimis superioribus sese subtrahunt, vt sub-obedientia aut Abbatis, aut Prioris, aut nescio cuius præfecti degant, cui neq; iurè diuino, nec humano quicquam debent, atque ita Regibus & vero magistratui subiectio fidesq; & genitoribus debitus honor negatur: mirum secundum antiquam traditionem quam à patribus suis acceperunt, Corban quod ex me est, tibi proderit ad salutem. Quid dicam? ex cussio Christi iugo Babylonisq; subeunt, & ex liberis sunt serui hominum. quid enim Abbas aut Prior virtute sanctæ obedientiæ imperare non audet? nullus dominus vnquam in seruos maiorem potestatem sibi vendicauit, quam isti vsurpant in homines liberos, nemo facillè recenset ineptias quæ sanctimonix nomine præcipiuntur, vt hæc sunt: scribio haurire aquam, arbores aut stirpea inuersis sursum radicibus plantare; & id generis innumera, stulta, vana, inepta, graua & inhumana, ab omni profusa ratione aliena, quæ hominibus tanquã asinis imponant: experiundi scilicet ingenij causa, domandæq; ferocia eorum quos discipulos assumpserunt, his autem parere præceptis innocentia & integritatis magnũ creditur esse argumentum. hæc fuere, suntq; tudimenta & velut tyrocinia corruptæ obedientiæ monasticæ, in qua præcipuam sanctitatem reposuerunt, quam postea licentia ad omne flagitium consequuta est.

CAPVT. XLIII.

Quibus gradibus Monachi descendunt à prescorum vitæ sanctitate.

Sed quia repente nemo sit turpissimus, videte quibus gradibus ad cumulum omnis nequitie & impietatis peruenerint. primò sanctimonia Christiana;

stianaque primorum Monachorum integritas degeneravit in superstitionem: superstitio autem in hypocrisin, hypocrisis in hæresin & defectionem à fide: ex quibus immensæ illæ opes natae sunt; & ex opibus luxus, otium, & inertia: quæ secum attraxerunt vitiorum lernam, & monasticum statum eò deduxerunt vbi nunc conspicitur.

Sub Monachorum nomine cœnobitas omnes intelligo, mares & feminas, Initio vti diximus inter laicos habebantur, sed postea irreperunt in clerum, propter raram eruditionem, quæ plerique eorû claruerunt. fuit enim quoddam tempus quando litterarum tyrannis penes solos erat monachos, & tunc monasterium condere erat scholam publicam erigere, industriae, & laboribus monachorum, quicquid hodie nobis superest veterum monumentorum, debent litteræ. Sed corruptæ doctrinam de filio Dei, de iustificatione, de libero arbitrio, de operum meritis: deinde purgatorios ignes seminarunt: aurâ gentilibus mutuati sunt: quem errorem spectra ipsis visâ confirmarunt: & ipsi fuerunt præmi qui martyrum cineres & ossa circumuulerunt, otium & hæc tum inde captantes, & imaginum cultus inuexerunt: obseruationibus externis in gestu, vultu, & vestitu religionem mentiri docuerunt, quæ omnia vt cœperunt nati, à pijs Synodis & ecclesiarum pastoribus condemnata sunt.

Verum post aliquot secula episcopis & alijs pastoribus otio stertentibus, ac tepentibus rebus immeritis opinio eruditionis ac sanctitatis, ita monachos commendauit populo, vt potior pars cleri facti sint. vnde mirum in modum eorum creuit potentia, & mundum impleuerunt superstitione & idololatria, & quemadmodum pauperes defraudarunt, sic & paupertatis euangelicæ colore, elemosynis, ita postea clerum decimis & alijs ecclesiarum iuribus spoliarunt, auctore Romano pontifice: quem vt habuere patronum, & ipse vicissim acerrimos fidosq; propugnatores suæ tyrannidis habuit. hinc illæ immunitates & exemptiones à iurisdictione episcoporum sub quibus antea degebant, aliaq; præuilegia, quibus superbire & lasciuire cœperunt.

Exempti enim à ciuiliu magistratû & episcoporum iurisdictione, nemo in ipsorum mores potuit inquirere, nemo punire peccantes, nisi qui eiusdem cum illis esset farinae. Ex hac licentiâ & affluentia omnium rerum, ex otio deniq; & desidia quid mali non potuit nasci? ita factum est vt monasteria quæ quondam omnium virtutum & disciplinarum fuerant scholæ, factæ sint eloacæ omnium turpitudinum: vt monacho nihil fuerit stolidius & ineptius vique adde vt prouerbio dederint causam, & Erasmus de eò qui nihil attingisset litterarum, dici posse monacho indoctior censuerit.

Si quis dissolutæ vitæ monachorum, sanctitatem opponat nouorum hypocritarum Iesuitarum, Capucinatorum, & aliorum huius generis Phariseorum, in ipsas res intueri iubebo: frontis nulla fides, quo isti exterius gestu, habitu, sermone, vultu, sanctitatem magis simulant, minor habenda fides. pigmentis externis veritatis simplicitas nihil opus habet. impostura est quæ huiusmodi operosis vafrauentis indiget. Hypocrita qui dissimulare suam improbitatem, ac simulare sanctitatem nouit, multo peior est miseris illis, qui suam turpitudinem tegere nesciunt.

CAPVT XLIIII.

Obedientiâ & communis vtilitatis studio parvas esse & conservatas monachorum & canonicarum opes.

Sed hoc notatu dignum arbitror, plerofq; omnes duas quasdam raras artes, veritas quàm virtutes, conservandæ & stabilendæ societati celere, nempe parendi præpositis promptitudinem religiosam, studiamq; communis vtilitatis sunt enim ad omnia præceptorum suorum mandata obedientes, & vtilitatis communis magis studiosi quàm privati. Mandatis non paruisse præpositi ipsi crimen perditionis est: & privatum clam præposito possidisse quiddam sacrilegium. Si tantum vera religio in animis Christianorum posset, quantum illa superstitio apud monachos, florent regna & civitates, & principibus nihil esset felicius, qui tales haberent subditos.

Hic videmus quomodo Sasan ludas in rebus humanis, qui ad perniciem humani generis & pietatis eversionem, duas eximias virtutes retinendæ, & stabilendæ societati humanæ, imprimis viles & necessarias promovet, vbi minimè opus est, & ibi, vbi maximè opus est, quantum potest hominum animos alienat & abstrahit. Sed subiectio hæc & communis vtilitatis studium, quæ vigens in illo Pharisaico vitæ genere, & in ecclesiam Christi contra divinas & humanas leges irrepit, ad præsens argumentum nihil pertinet, in quo de imperandi potestate & subiectione tractatur, quas nos Dei sermo docuit, nisi quatenus pudere Christianos debeat, plus superstitionem valere vera religione, permouendis ad officium præstandum animis.

CAPVT XLV.

Transitus ad sequentem librum.

Nunc ergo progrediendum mihi est ad imperia publica, quibus civitates & regna conservantur, nõ secus quàm privati priuatæ societates & familiæ quas recessimus. Sed memores velim esse lectores eorû quæ supra diximus; continent enim rationes & argumenta confirmandis ijs de quibus disputaturi sumus idonea. Conspiciuntur enim in familia tres legitimi monarchici imperij formæ: naturale & paternum in natos, regium in vxorem, herile in servos. Si paterfamilias inclementer imperet, sequaturque contra ius pariter in omnes, aut tantum in eorum quosdam, priuata quædam tyrannis erit: aduersus quædam nullum est remedium, nisi superioris magistratus: qui si suum negligat officium, durum ferendum est toti familiæ, patrisfamilias iugum. Quicquid enim obseruantix ac subiectionis in re priuata vxor viro, & nati parentibus debent, eodem iure idem à subditis in rep. debentur Regibus, aliisque summis magistratibus. & hoc consilio hæc præmissa sunt à me, vt hinc quod subditorum sit erga eos, quos Deus reipublicæ præfecit officium, & quæ pietas esse debeat, omnes nouerint, & subiectionis atque obedientix priuatim ac publicè incredibiles esse commoditates intelligant.

Primi libri finis.

DE IMPERANDI AVTHORITATE, ET CHRISTIANA OBEDIENTIA

LIBER SECVNDVS.

CAPVT I.

Homines multis necessitudinū vinculis deuincuntur, sed illud perpetuum, quod imperio constat.



Hominum genus Deus multis necessitudinū vinculis inter se deuinciri voluit, utpote communi natura, contubernijs, sanguine, affinitate, amicitia, religione, postmodò iuris & legum sub eodem imperio societate. Ex duobus postremis vinculorum generibus, alterum homines in vnam ciuitatem, alterum in vnam ecclesiam colligit. quorum tanta est vis, ut cætera omnia necessitudinū vincula facillè dissoluantur, vbi horum vtrumque vel alterum deesse contigerit. Quamuis naturæ communis societate homines simul colliguntur & lege naturæ homo homini sit deuinctus: non tamen simul omnes quoquoque per vniuersum orbem sunt dispersi vnam ciuitatem, nec vnum regnum possunt efficere. Deus quidem omne mortalium genus in vno conclusit orbe, sed immensis terrarum marisque spatijs, moribus & linguis ab inuicem dissociauit, ut nequeant vno contineri civili imperio, & humanæ vitæ necessarium societatis mutuae fructum, sibi inuicem subministrare.

Sub Noah aliquandiu & tribus humani generis principibus, simul mortales vixisse legimus, donec aucti numero, vna regione non potuere omnes contineri. dispersi itaque sunt per orbem vniuersum, & diuisi ab inuicem locis, moribus, & linguis, peculiaria regna constituerunt.

Deus tamen vniuersum hominum genus in vnum recolligere decreuit, ut omnes quam possent societatem colerent: quæ cum corporum vicinitate, & rerum externarum communione, fieri nequeat, fieret optima eorum parte, viz. mente & spiritu. atq; idcirco Principem ac Regem qui suo imperio omnes contineret, & spiritu regeret, dedit. sed de hoc imperio hic non agitur, nisi quatenus ipsius ministri visibilem & externam quandam habent administrationem, de qua suo loco dicemus.

Sed latissima, quæ legimus imperia vix decimam orbis partem potuerunt complecti. nemo mortalis vnus, monarcha vniuersi orbis, nec vniuersalis ecclesie episcopus, esse potuit. id vni Christo qui Deus & homo est, proprium est. Ad eam magnitudinem Romanum creuerat imperium, ut ab vno Imperatore non potuerit regi, & fuerint coacti collegas assumere eiusdem potestatis, & inter se imperium partiri. Illud tamen quantum fuerit, decima pars orbis ut dixi non erat. Inexplebilis hominum cupiditas & ambitio, totius orbis imperium arrogare quidem sibi potuit, administrare autem, ac

H

tantam

tantam prouinciam sustinere nunquam.

Vicinitas igitur se in vnum collegit, quæ sub vnius, aut plurium potestate, honestum citra cuiusquam iniuriam mutæ societatis fructum perciperet. Deus tamen admirabili sua prouidentia, ad humani generis vtilitatem, varias gentes, cæsq; longè distitas, sæpe sub vno imperio coniunxit, & rursum coniunctas distraxit. vnde ex illis mutationibus, variæ imperiorum formæ natæ sunt, & factum est, vt non semper idem, nec eodem modo imperarint. Hominum tamen societas idcirco dissoluta non est. non enim omne imperium auersati sunt, sed non semper ab vno, aut paucis quibusdam, eadèmq; ratione regi placuit. Societatem continet imperio, ex his quæ diximus puto constare, quæ quò latius extenditur, atque ad maiores res, & magis arduas, opus est, vt illud quoque sit maius.

CAPVT II.

Imperij partes & sunt plures & variæ formæ; sed quæcumque est, summa potestate habet opus.

NOs imperiorum quæ Deus dedit mortalibus publicum secundo loco posuimus, ordinem non dignitatis, sed naturæ secuti. Et publicum, quod tam communi gentium constat iure, quàm cuiusquam nationis proprio ciuili, bifarium diuidimus: & aliud esse ciuile, quod res externas, quæ ad pacem & bellum pertinent, moderatur; (quod vulgò temporale, aut secularè vocant) aliud eclesiasticum, quod religionem, & sacra administrat, & spirituale dicitur. Eam autem partem, quæ in ciuili gubernatione sita est, nunc tractabimus, & ipsius varias formas prosequemur, de sacrorum administratione postea suo loco dicturi.

Cum autem nihil in rebus humanis quod idem semper & vbiq; omnibus probatum fuerit inueniatur: in tanta varietate temporum, locorum, & hominum, nemini mirum videri debet, si eadem regiminis forma non vbiq; semper omnibus placuerit.

Non tamen hanè rem humano regi arbitrio putandum est. mortales non sub eo gubernationis genere viuunt, quod maximè probant, optantq;. Deus est, qui sua prouidentia, regna & imperij formas mutat, & transfert, dat vel aufert vni, aut pluribus, prout ipsi videtur rebus humanis expedire.

Sed quæcumq; vnquam ciuilis regiminis forma extitit, cum multa ei fuerint necessaria, tum imprimis suprema potestate semper opus fuit. vltierus enim quàm illa se porrigit, diu societatem ciuilem retinere est impossibile.

CAPVT III.

Quæ sit & quanta suprema potestas, quòd q; omnes alias quæ sunt in eadem rep. sub se contineat, & quòd legibus exempta leges ferat, & cum maiestate coniuicta sit.

HÆc potestas moderatrix, & princeps est legum ac iudiciorum, aut potius summa quædam lex, quæ ciuilia omnia iura in se continet, iubet quæ faciendâ sunt, vetatque quod fieri nefas, præmissq;, poenissq; in officio ciues continet, facitq; vt iustitiam colant, & sibi sint vtilis, ac societatis mutæ percipiant emolumentum.

Architectonica hæc suprema potestas est, & sub se omnes reipub. partes, & quicquid ad populi salutem est necessarium continet, ei prinxa cura inouabit re

bit religionis, secunda iudiciorum, postrema belli. Legum ratio nulla vnquam fuit quæ à religione non inceptit. est enim Dei cultus omnis societatis & iuris legumque fundamentum; vt eo sublato corruat omnis ciuium societas. & hæc est, ac semper fuit omnium gentium, quæ sensus naturæ non suppressere, sententia. Porro cuius rei cura alicui mandatur, eiusdem etiam potestas traditur; non vt mutet, aut suo arbitrio quidquam innouet, sed vt à Deo traditam religionem & à primis patribus receptam tueatur, ac propaget. Quem admodum quod natura ius & æquum est, nulla plebiscita, nulla senatus consulta, nulla principum edicta, sapientium responsa mutare possunt; ita nec religionem quam à Deo non ab homine didicisse oportet. rerum naturas mutare mortales non valent.

Sicut scientiarum artiumq; liberalium & mechanicarum professores, summo imperio, quod in rep. viget, subiecti degunt; pari ratione pontificum sacerdotumque & ecclesiæ Christi episcoporum, atque pastorum collegia, eisdem imperio sunt subiecta. Nec vlla est ratio cur summum imperium subijci debeat sacerdotibus causâ religionis, alia ratione quàm iuriconsulti in ijs quæ sunt iuris, & belli peritis, in ijs quæ ad bellum pertinent.

Summam hanc potestatem viuam esse oportet, quæ audiat, videat, iusque administret; cui si vltimus aliqua cogitur maior, quæ hanc coercet, iam non amplius summa dici poterit. Pari ratione, ipsa nec consortem æqualem admittit, quæ eam remorari, eique possit obistere. sic enim nec summa esset, quæ parem haberet. Inferiores & superiores potestates bonus quidem regiminis ordo postulat, sed nec in orbem conuerti, nec in infinitum decurrere res potest, ne simul omnes frustrentur, & sint inuiles. Semel ad plures aut vnum est deueniendum, qui sua ipsius potestate non precaria, sit rerum moderator summusque iudex, à cuius iudicio nulla sit prouocatio, etiam si eum errare contingat: id enim pati præstat, quàm incerta & inutilia omnia iudicia iuræque reddere.

Ab hac potestate ius ciuile cuiusque gentis nascitur pendetque, & quisquis hoc summum obtinet imperium, siue is sit vnus Rex, siue pauci Nobiles, vel ipse populus vniuersus, supra omnes leges sunt. ratio hæc est, quod nemo sibi ferat legem, sed subditis, suis se legibus nemo adstringit. Imperium enim est eorum, quæ referuntur ad aliud quidpiam, & inter duo ab inuicem distincta constant, vt pater & filius. Sic qui imperat & legem fert, alius & distinctus sit oportet ab eo, cui imperatur, & lex fertur. Quamuis actiones partium rei compositæ sint diuersæ, sicut apparet in homine, qui constat animo & corpore, non tamen partium dicuntur, sed totius hominis, & hoc modò idem homo sibi imperat & parat. Theologis & Philosophis eundem sibi imperare & parere, pro ratione diuersarum partium, cum ratione constat. Sed in politico regimine idem fieri est absurdum. eundem hominem partiri iuriconsulti nesciunt, vt idem homo sibi imperet & parat. Rex non suiipsum, sed populi est rex, proinde quando legem dat, non sibi, sed populo eam dar.

Pari ratione, nobilitas & populus, quamuis consistit ex pluribus, quod summum imperium atinet, se in vnum colligunt, vnumque constitunt indiuiduum, nempe vnum populum, aut vnam nobilitatem. vt

populus Atheniensis, vnus erat; item populus Romanus vnus; similiter Lacedæmoniorum Ephori, & nobiles Veneti, in vnum veluti corpus conglutinantur. Qui quando leges condunt, non eas sibi vniuersis, sed priuatim singulis; & ita totum à qualibet parte distinctum intelligitur, vt quamuis in toto partes contineantur, tamen separatæ habeantur; & aliæ sint totius vniuersi populi actiones, aliæ singulorum; vt quod populus fecit vniuersis, non censentur fecisse singuli; & quod à singulis est profectum, haud rectè dicitur factum ab vniuersis. itaque vniuersus populus, non magis quàm princeps teneri potest suis legibus, quas non sibi sed singulis tulit.

Si legibus suis legislator teneretur, eas mutare non posset. atqui non minus quam interest reipublicæ, leges mutari, & de legum rigore aliquid interdum laxari: quod ab ijs fieri permittendum non est, qui subiiciuntur legibus. Accidit, leges quæ ad vtilitatem populi latæ sunt, ob temporis conditionem fieri inuiles & noxias; tamen eas infringendi potestatem cuius facere perniciosum esset reip.

Est enim summi imperij & hoc quoque proprium, attemperandi leges commodo reip. potestatem habere. Quapropter nihil temerè à populo Romano factum est, qui suos principes quos reges esse volebant, lege regia legibus esse solutos tanquam reges esse voluerunt: vt nomine populi facerent, quod aliàs per leges non licebat.

Salus reip. ab hoc summo dependet imperio: quod licet Dei naturæque legibus non sit exemptum, in hoc inferiori orbe non agnoscit maius; sed solum Deum quem habet authorem, habet quoque iudicem.

Maiestas cum hac suprema potestate coniuncta est, à qua separari non potest. A magnitudine maiestas dicitur, quod sit dignitatis magnitudo, in eo penes quem est rerum summa potestas. In populari statu populi dignitas maiestas est, & in regno Regis: vbi proceres imperant, optimatum. hinc lege Romana maiestatis crimen definitur, *illud quod aduersus populum Romanum eiusus securitatem committitur: ac minere maiestatem dicitur, qui de dignitate aut potestate populi, aut eorum quibus populus potestatem dedit, aliquid minuit.* Parem esse rationem regum & optimatum, quando cunq; summum imperium obtinent, consequitur. Et in regno maiestatis crimen, aliam definitionem habet aliam in optimato statu.

CAPVT IIII.

Quibus modis hæc potestas acquiritur, & à quo conferatur.

HÆc tanta potestas diuersis modis acquiritur vni vel pluribus hominibus: nempe aut iure naturæ, aut Dei iussione, aut hæreditaria successione, aut donatione, aut iusto bello, aut nobilium populue suffragijs, vel etiam tyrannide, hoc est, vsurpatione, dolo, & fraude, atq; iniusta vi, Deo mundi iudice prosperum successum dante iniquis hominum consilij atque molitionibus.

Sed siue hanc potestatem vnus aliquis obtineat, siue plures, à Deo illant proficisci sacræ testantur literæ. Nam cum nec in belluas homo habeat dominium,

dominium, nisi quatenus à Deo creatore & Domino rerum omnium illud accepit, multo minus in hominem, nisi vllum aut potestatem usurpare potest, nisi Deus det. Salomon in Prouerb. Dei sapientiam inducit hoc modo loquentem: *Per me Reges regnant, & Principes decernunt iustitiam, &c.* & Daniel explicans Regi Nebuchadnezari somnium, ait, *Altissimus habet potestatem super regna hominum, & dat illa cuiunque vult, & constituit super illa vilissimos homines.* Casus nullus habet in hac re locum: siue forte, siue suffragijs, regnum alicui obuenierit, à Dei prouidentia confertur. Sortes quidem mittuntur in sinum, sed à Domino temperantur. Non tantum vtilim in *Solis* & *Marthiae* electione, & in suffragijs decem tribuum, quando Ieroboam rex electus est, id fieri solitum intelligendum est, sed semper, & vbique, quotiescunque res ita postulat. Eadem enim Dei prouidentia totius vniuersi orbis regna dispensat, qua quondam Iudz & Israël. non enim mundi creator Iudzorum Deus tantum fuit, sed est, & fuit semper, eritque omnium gentium.

Successionis & hereditatis iura Deum habere authorem, non vno in loco sacre scripturæ commemorant. exemplis à sententijs sacris probari nihil opus est.

Bellis autem non tam acquiri quam à Deo dari dominationem, nusquam non in Sacris historijs est obuium. vt omnes sciant Deum bellis præesse, eaque moderari & regere, passim vocatur Dominus exercituum. Armatorum præliantur turmæ, sed Deus cui vult parti dat victoriam.

Æquè à Deo sunt illa regna, quæ confert per homines, videlicet, per suffragia liberi populi, vel magnatum, aut per laborem militum; ac ea que per seipsum largitur. non enim minus à Deo regna & imperia reges Assyriorum, Persarum, Græcorum, Romanorumq; vt Salmanazar, Nebuchadnezar, Cyrus, Darius Hystaspis, Alexander Macedonicus, Octavianus, Tiberius, & Nero obtinuerunt, quam Dauid & Salomon.

Danielis verba ad regem Nebuchadnezarem clara sunt. *Tu rex regum es, & Deus celi regnum & fortitudinem & imperium & gloriam dedit tibi, & omnia in quibus habitant filij hominum, & bestia agri, volucres quoque celi, in manu tua & sub ditione tua vniuersa constituit, &c.* Et ad regem Baltazarem idem alio loco in hac eandem sententiam locutus est, inquit: *O rex, Deus altissimus regnum & magnificentiam, gloriam, & honorem dedit Nebuchadnezari patri tuo, & propter magnificentiam quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & lingua tremebant & metuebant eum: quos volebas interficere, & quos volebas, exultabas, & quos volebas humiliabas. Quando autem elenatum est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiam, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est ab eo, & è filijs hominum electus est, &c. donec cognosceret quòd potestatem habeat altissimus in regno hominum, & quemcunque voluerit suscitabit super illud.* Per Ieremiam Dominus vniuersos reges terræ ita alloquitur. *Ego feci terram & homines & inuenta, que sunt super faciem terræ in fortitudine mea magna, & in brachio meo extenso, & dedi eam ei qui placuit in oculis meis.*

Hæc studiosius ad verbum inscro, quod emphasim magnam mihi habere videantur, & ad obediendum nedum bonis regibus, sed etiam tyrannis populos adhortentur, atque à rebellionē deterreant. Et quia mobilis est rerum humanarum status, ne casui aut fortunæ hominumque concilij rerum vicissitudines,

rudines, & magnas mutationes, quas videmus, adscribamus; à Deo eas provenire disertis verbis docemur. *Ipse enim mutat tempora, & ætates, & transferi regna, atque conficitur.* Et Ecclesiasticus, *Regnum de gente in gentem transferatur propter iniustitias, & contumelias, & diversos dolos.*

CAPVT V.

Deum regna dat bonis & malis citra vllum discrimen sexus, ætatis, aut conditionis.

NEc hic personarum conditionem respiciendo, homines debent: boni pariter & mali, Reges tyrannique ab irato aut prooptio Deo dantur, tollunturque. Dominus per Oseam populo suo sic loquitur: *Dedi (inquit) tibi Regem in furore meo, & in indignatione mea abstuli eum.* Apud Iobum Eliud suffragatur, quando ait quòd *Deus regnare faciat hominem hypocritam propter peccata populi.* Et vt modò diximus, *dat illa cuiuscunque vult, & constituit super illa vilissimos homines.* Si enim tantum viri & boni & sapientes ac Regia stirpe orti regna obtinerent, nunquam foemina, nunquam pueri & infantes, nunquam ignobiles, & viles obscuris loco & parentibus orti, cuiusmodi sunt serui & seruis nati, & quod magis mirum potest videri, si non etiam perditè impij & crudeles Tyranni regnarent, tum sapientiæ, sexui, generi, industriæ, & virtuti mortalium regna à Deo deberi crederentur, & hominum virtutem ei esse necessariam ad huius inferioris orbis gubernationem. Sed Dominus homines scire vult, per quosuis non habita ratione sexus, ætatis, conditionis, aut virtutis, aut malitiæ, se scire se (inquam) Deum omnipotentem homines ineffabili sua providentia rectè regere: & ad eam rem se bonorum similiter & malorum ministerio vti nosse.

Quid maiori admiratione dignum, quàm vnus pueruli vagientis in cunis reuerentiâ ingentem hominum multitudinem in officio contineri? Sed Dei (nisi cæci sumus) hoc esse opus confitendum est. Nam volente Deo quàm facile contemptus interueniat contrariæ docent historiæ. Dicant mihi contemptorum numinis doctissimi velim, cur hîc non ibi Regis puerilem ætatem contemni contingat. An sapientiam mihi & fidem ac fortitudinem subditorum allegabunt? At illarum virtutes, vnde apud illos potiùs quàm apud istos? Hîc stupeat humana mens oportet, nisi casu & fortuna versari res humanas, aut hominum regi arbitrio dicere velimus: quod absurdum & impossibile esse, ordo rerum, qui vbiq; conspicitur, conuincit. Regno quod incolumè seruatum iri Regi infanti Deus vult, dabit sapiètes consiliarios, & fides regni ministros, duces belli concordēs, & populum obedientem. Quod si contingat infantem regem quem Deus esse saluum vult, habere improbos consiliarios, eorùm mala consilia in bonum dirigit finem, vt contrà quàm expectandum est profint; aut ea remorabitur, facietq; ne noceant: malorum conatus frustrabitur, & ferocientem plebem constringet, ne seuiat. Sin perdere aut affligere Regem, regnum, & gentem certum sit, horum nihil, sed contraria, quæ perniciem & ruinam sunt attractura.

Priscorum & primi sæculi sapientum vetusta doctrina hæc est: à Deo esse hæc, quæ dicimus omnia. Iob in sua cum amicis disputatione de Dei iudicijs & providentia, ait, *Apud ipsum est fortitudo & sapientia, & decipiens & qui decipitur.*

pitum. Adducit consiliarios in stultum finem, & iudices in superbum. Balthazarum regem dissoluit, & praecipit sume venas eorum. Ducit sacerdotes in gloriosos, & optimatos: super planities: effundit despectionem super principes, & eos qui oppressi sunt: releuat. Idem alio loco, Non auertis à iusto oculos suos, & Reges in solio collocat, & illi eriguntur. Tritum illud est apud Graecos, in 3 diebus.

Nebuchadnezaris Babylonij casum magnos omnes Reges, quos facillè flores rerum status inebriat, & facit vt Dei suiq; obliuiscantur, semper in memoria habere oportet, ne sibi suisq; virtuti ac viribus tribuant, quod solius Dei beneficium est. Sæpius ante præmonitus à viro Dei Daniele fuerat tantum illud imperium non ipsius prudentiâ, non virtute aut militari robore fuisse partum, sed à Deo supremo mundi rectore in ipsum collatum: tamen in hanc cogitationem incidit, vt secum diceret, *Non male est Babilon magna, quam ego edificavi in robore facultatis meae, & in gloria decoris? cum sermo adhuc esset in ore Regis, vox de caelo ruit, inquit, Tibi dicitur, Nebuchadnezar Rex, regnum tuum transibit à te, & ab hominibus eijcent te, & cum feris eris habitatio tua; fenum quasi bos comedes, & septem tempora mutabuntur super te. Non scias quod dominetur excessus in regno hominum, & cuiuscunq; voluerit des illud. Factum simul ac dictum subito euentus secutus est, & regis animus in belluinum sensum est mutatus atq; sic amens inter feras septem annos vixit: donec ad se reuersus, animum & oculos in caelum sustulit: & Deum factorem suum Dominum ac moderatorem vniuersi, qui regna dat & auferit quibus & quando vult, agnouit.*

CAPVT VI.

Summum imperium diuersitatem accipit ab ijs quibus committitur, unde tres legitimi imperij constituantur differentiae.

Sed ne Deus ad rerum humanarum gubernationem credatur indigere Regibus, illis reiectis, summum imperium etiam dat Magnatibus: quos posse concordem rempublicam administrare, nisi Deus inuidiam & excellentiæ cupiditatem frenaret, haud esset possibile.

Et quod multo magis mirandum est, in quo Dei potentia magis apparet, ipsum populum sui moderatorem facit, vt is regat, qui tantum regi natus est: atq; ita contraria simul temperat, vt idem regat qui regitur.

Hinc tres legitimi imperij differentiae numerari solent: prima est vnius principatus, altera optimatû potestas, tertia potestis popularis, quæ vulgè tribus Graecis vocibus, Monarchia, Aristocratia, & Democratia significari solent.

Democratia siue popularis potestas est, vbi penes populum vniuersum, aut eius potiore partem, summum imperium residet. potiore illam partem intelligo, quæ aut capitum numero, aut curiarum, aut tribuum vincit. Difficile enim est (ne dicam impossibile) in magna republica vniuersum conuocare populum, hinc apud Athenienses ciues diuidebantur in populos aut pagos, & parocias, in tribus, in gentes, & in curias: apud Romanos in tribus, in curias, & in centurias. Quæ sunt supremæ potestatis partes iam attingimus, nempe ea quæ est condendarum & abrogandarum legum, decernendæ pacis vel belli, magistratus creandi & exauthorandi qui iurisdictionem quam habent, populo acceptam ferre debent qui eam tanquam depositam ipsorum fidei commisit: proinde factorum potest ab eis rationem exigere.

Aristocrata verò est paucorum in rep. potestas, quæ optimatum dicitur: non quòd semper diuitijs, nobilitate, aut virtute præstent, sed imperij potestate: quòd simul vniuersi vel potior eorum pars imperij summam obtineat. hîc & illic ordinum diuersitas, & honorum varij gradus, summi imperij maiestatem non minuit, quod nec sub regibus fit, qui populo magis dignitatis suæ studiosi sunt. Lacedæmonij habebant suos Ephoros, suos Senatores, & Reges. Romani Consules & Senatores qui dignitate & honore supra plebeios excollebant. Atheniensis populus institutum Thesei in Democratia retinuit; qui nobiles eorumq; munia à plebeis distinxit, vocauitq; Eupatridas, qui iidem erant cum Romanorum Patricijs.

Monarchiam definitio merum & summum vnus in subditos imperium soli Deo subiectum, quod à Græcis *βασιλευς* dicitur. Cuius hæ sunt notæ: Primum, vt fit supra leges, tanquam maior ac superior quædam lex, aliarum omnium moderatrix atque interpret, à qua iura ciuilia dependeant, vt nec veteres abrogari, nec nouæ condi leges possint, nisi ipse accedat authoritas: vt pacis bellique, fœderum, & societatum penes eum sit potestas: vt in regno suo nullius parere iudicio aut fisci, nisi velit, teneatur, eiq; subiectorum nemo inferendi vllam vim aut cogendi habeat potestatem, sed sacrosanctus & inuiolabilis sit, cui Deus tantum dedit imperium.

CAPVT VII.

Summum imperium vni committi non minus tunc posse, quam paucis principibus aut populo vniuerso. Illudq; non esse mensurandum extensione locorum & regionum.

Hanc potestatem sunt qui calumniantur, & eam esse tyrannicam autumant, tanquam Dei & naturæ legibus eximatur monarcha, & ei quicquid pro sua libidine permissum sit: & nulla æquitatis habita ratione, per omne scelus grassari liceat, ius, fas & nefas eodem loco habeat, quod nemo sanæ mentis vnquam adseruit. De principe nihil quoddam nefarium sit cogitandum est, si expectationem quæ de ipso habenda est fallat, à subditis in ordinem cogi non debet. Dei iudicio relinquendus est, cui factorum suorum redditurus est rationem.

Neque enim absurdius est vnum aliquem hominem hac præditum esse potestate, quam totum aliquem populum, aut paucos optimates, qui omnes non secus quam reges, ea possunt abusi. Quicunque hac potestate eminent, semper Deum supremum mundi rectorem, quem habituri sunt iudicem, eos inueniri oportet.

Sed non diademate, aut ornamentis externis, nomineq; regis vel imperatoris Monarcham, vel etiam latitudine regionum, cui imperat, æstimandum iudico: sed sola suprema imperij potestate, in subiectum populum, quocunque nomine censeatur, ducis, iudicis, comitis, domini, principis, æquæ ac Regis & Imperatoris. qua ratione Moyses, Iosua, & alij iudices populi Dei, non minus Monarchæ fuerunt, quam Dauid aut Salomon. similiter Comes Flandriæ & Artesiz, post translatum summum imperium à Francisco Gallorum in Carolum quintum, illarum prouinciarum Monarcha est, cum quo populus æquo iure contendere non possunt, quemadmodum olim consueuerant, quando

quando Francorum Reges, iudices erant inter Comites & populum. Idem iudicandum de cæteris omnibus, quibus data est summa potestas. Arasium vulgò Orangia, parva est civitas, princeps tamen in populum illum summum habet imperium, æquum præterquam vni Deo subiectum.

Ex hac definitione excluduntur reges beneficiarii, qui certis legibus precario regnant sub potentiore monarcha, cuius sunt clientes & vasalli: quibus adnumerò eos, in quos non tam translatus quam cæteri legibus est communicatum à populo vel proceribus imperium, qui sibi retinent supremam potestatem. Qui ceteri iisdem ornamentis omnique splendore utantur, quibus Monarchæ ornari solent: multum tamen maiestate & auctoritate ab eis distant.

CAPUT VIII.

Miseri non posse tres imperiorum formas.

Quia in quavis harum reip. formarum aliquid est quod desideratur, sane qui ex his tribus generibus perfectum reip. statum posse conflare credunt, & hoc pacto quod deest supplere, & quod redundat rescindi. Sed aliena multa ab usu communi, moribus & rebus minime consentanea, in suis disputationibus excogitant, ut quod sibi proposuerant, efficerent. Deus qui sua providentia cuncta dirigit, mentes & animos hominum flexit, ut rei sequerentur naturam potius quam doctas hominum cogitationes, formate republicæ & gubernate sunt, priusquam disceptari cepit, quis esset earum optimus status. & gubernando, non disputando, regiminis formas gentes expressere: ut noriat homines non arte aut humano consilio imperia esse inuenta, sed providentiâ Dei, atque arcana ipsius directione constare, ac gubernari.

Quis non miretur Platonem quem divinum vocant, adeò absona ab omni ratione, usque scripsisse de republ. Aristoteles aliter Philosophorum princeps, qui facillè cæteros omnes acuminè superat, in libris de republ. multa similiter absurdè dissentit, quæ hodiè à nostri temporis hominibus non immeritò exigantur. Cicero vir apprime in reip. negotijs versatus, contra rerum quæ habebat vsum, tradidit tres reipub. formas posse miseris: atque eam statim optimo constitutâ esse republ. quæ ex tribus generibus illis, Regali, Optimati, & Populari confusa esset. Plutarchus melius, qui Herodoti sententiam secutus ait tres præcipuas videri reliquas, intentione aut remissione harum ortas, vitia potius esse & corruptelas quàm formas reipublicæ.

Exempla quæ profertur ad probandam constantem reipub. statum ex tribus generibus propius inspecta, et vicij, aut magis optimotum, aut populi fuisse reperiuntur. Ex antiquis tribus publicis, Lacedæmoniorum credita est ex tribus composita: idem consent quidam de Venetis, quorum reip. certum est à nobilitate regi, & ducent principem tantum esse nobilium. Sparta Regibus summæ potestatis paruit ante Licurgi temporæ deinde regio istentis nomine, status popularis factus est. Sed Ephori qui libertatis populi patropi voluerunt haberi, eandem sententiam totam ad se pertraxere potestatem, ut in ipsos Reges exercerent imperium, ipsi in eum subiecti nemine: quod imperij genus optimatum

optimatum est: Rectè & id à Plutarcho fuit obseruatum, ubi formarum potestatis exempla addit. Lacedæmonum imperio optimates præfuisse: eius verba hæc sunt. *Has principes formæ resp. potētissima gentes delegerunt: Persæ regnum cum mera potestate nullo iure, iudicio; Spartani paucorum optimatum liberam dominationem; Athenienses legibus suis contentam puram populi administrationem.*

Romanam rempublicam qui credunt fuisse mixtam, falluntur, primum quidem honoris locū Patricij tenebant, sed populi maior erat quàm Senatus auctoritas. Quæ sunt summi imperij, notas populus omnes habuit: ut est potestas condendarum & abrogandarum legum, & pacis & belli: atque summorum magistratum creandorum, & distribuendarum provinciarum auctoritas. Deinde populus consilia Senatus impedire, vetare, & inturbare poterat, contra populum autem nulla Senatus Consulū tue erat auctoritas, à Consulibus ad populum erat appellatio, imò & à Dictatore: à populo verò ad Senatum aut Dictatorem nulla. Postremo, siquando Consules ad populum descendebant, fasces & secures insignia sui magistratus demittebant, quæ omnia certissima erant argumenta popularis imperij. Honoris prærogatiua supra singulos, populi potestatem non impedit, sicut nec Regum qui reguntur ab optimatibus. Helueticorum quorundam popularis status, discrimina civium nulla admittit: sed id populi potestatem nec auget, nec minuit.

Has rempublicas formas confundi non posse, rerum natura docet, species enim & formæ rerum non miscentur naturâ, si sit cogitatione, quod inde provenit, est monstrum: cuius generis sunt centaurs & chimæ.

Quicquid componitur ex pluribus, nihil est eorum unde componitur, sed aliud quiddam ex eis resultans: atque ita illa quæ ex tribus formis componitur resp. nec regnum erit, nec procerum, nec populi potestas, cuiusmodi nulla inquam fuit, nec nomen vllum est quo vocari queat.

Natura summi imperij indiuidua est, ut eam comunicari pluribus, qui vnus non constituant, sit impossibile, gratiâ exempli, demus Regem, nobiles, & populū, dico quamdiu tres distincti ordines manebunt, impares potestate, in ijs rebus quæ concernunt summum imperium, coniunctum illud penes omnes nõ esse. In rebus verò quæ ab imperio summo dependent, inæqualitas constare potest: in ipso imperio non potest. Voluant atq. reuoluant cogitando rem, ut libet, versentq. in quamuis partem, semper ad horum trium vnum summa rerum recidet, si quid plus in usus vni dederis, quàm alijs.

Sed quoniam nostrarum cogitationum ea est vis, ut minimè coherentia simul queat cogitando componere, Rex, nobiles, & populus pares cogitentur, in rebus quæ ad summum pertinent imperium, & ita coniunctim illud inesse in tribus, aut in maiori parte, ut non sit in singulis, & in deliberationibus Rex tantum vnus habeat suffragium, nobiles similiter vnus, & populus vnus, nec regius, nec optimatum, nec popularis hic status dici poterit, in regem populus cum nobilitate iunctus tantum poterit, quantum ipse cum nobilitate, in populum, vel cum populo in nobilitatem, duo semper imperabunt tertio: à rege prouocatio erit ad nobilitatem & ad populum, & à nobilitate populū, ad Regem populumq. aut ad Regem & nobilitatem.

Si quis resp. status mixtus ex tribus dici potest, hic est: nec quomodo aliter misceri possit video. Sed vereor ut subsistere queat: nunquam fuisse cenū est.

Trium

Trium suffragijs omne quod in deliberationem veniet decernendum erit, quod si in duas diuidantur partes, nihil erit periculi. Verum ubi eueniet in tres contrarias sententias hos tres distrahis, quid tunc fiet? Rex bellum velit, populus pacem, nobiles inducias. Erin iuuandis socijs vicinis, Rex hunc iuuandū censeat, nobiles alterum, populus neutrum. sexcenta huius generis occurrunt in rep. Consilium huius reip. ex quibus componetur, quod æqualitatem iuris, inter hos tres retineat, multa quidem excogitari doctæ posse fateor, sed quæ potius ad Vtopiam Mori, aut temp. Platonis referas, quam ad vllam rem publicam quæ vnquam extiterit.

Optimatibus autem & populo coniunctum summum imperium dari, minus posse arbitror, propter disensionem quæ facillimè potest interuenire. Quisquis in societatem summi imperij alium admittit, Dominum adsumit. si nobilitas populum adsumat, popularis respublica fiet, vt dignitatem honoris præcipui retineant nobiles, potestatis nunquam retinebunt, vt apparet in Senatu Romano, qui liberos ciectis Regibus, imperium retinuerunt, sed populus id pati noluit: vnde tandem totam rem, ad se Tribunitia potestate petiit. Idè dico de Rege, si summi imperij participes fecerit Regni proceres, regnū mutabit in Aristocratiam, sicut in Romæ imperio quod nunc est, factum esse quidam volunt. Cogitatione vt tres istæ reip. formæ confundantur, re ipsa id fieri nequit, nec vnquam factum est. exempla quæ allegantur, inspecta propius errorum huius opinionis facile producit. Nunc de reip. singulis formis ordine nobis differendum.

CAPVT IX.

Quatuor sunt imperij monarchici differentia.

Monarchici imperij differentias tres partim à personis, partim à diuersa dominandi ratione, statuo contra multorum opinionem. prima est principum patrum humani generis, quos Gentiles dixerunt heroes: altera est Regum: tertia Dominorum; his quarta videtur adijcienda Tyrannorum. sed quia Tyrannis grassatur per omnes regiminis formas, vnâ speciem per se constituere non potest. possunt enim optimates sua potestate abuti, potest & populus, potuere & primi illi patres æquè ac Reges & domini: quocirca necesse est, tot formas tyrannidis inueniri, quot sunt legitimi imperij. De ea tamen quæ vnus est loquemur tanquam de quarta quadam monarchici imperij specie, quod frequentior sit, & magis in oculis omnium versetur, cæteræ plerumq; lateant: vnde etiam minus sunt odiâ expositæ. Quomodo autem hæ quatuor imperij formæ, quibusue notis inter se distinguantur, ex earum definitionibus facile poterit intelligi: nos suis quasq; locis pertractandas hæc omitemus.

CAPVT X.

De primæ imperiorum origine falsa opinionis confutatio.

Quæri enim solet quæ fuerit prima imperiorum origo. eam pleriq; hystoriarum scriptores mihi non satis adsequuti videntur, idque incuria quadam & incogitantia Christianis accidisse reor, potius quam ignorantia primæ originis rerum humanarum, ex qua petenda fuerunt prima regnorum initia.

Ethnicos scriptores incertas sequutos fuisse coniecturas, nemini mirum videri

deri debet ignorari enim que fuerint prima hęciani generis exordia. Op-
nati sunt quidam voluti fungos æternos, primos homines è terra sabos sermo-
nis & rationis fuisse exportos, sicut Horatius in quadam describit Satyra.

*Quos proest servans primis animalia terris
At natam & turpe pecus, glaudem neque cubilia propter
Fugibus & pugnis, dein fustibus, atque ita porro
Engubant arma, quæ post fabricantur at usque,
Dent verba quibus vocas sensusq; morant,
Nominaq; invenere, debim absistere bella,
Oppida capere, munitis, & ponere leges,
Ne quis fur esset, non læro, non qui adulter.*

Rudē itaq; primò mortaliū vitam fuisse & incultam sine Regibus sine certis
sedibus crediturunt, & quondā palantes vagari mortales per agros, per sylvas
& montes solitos, inæperientiq; cæli in amris & turgurijs declinatis. Cuius vi-
tæ imago quedam & apud Hæcærum extat, ubi de Sicilia canit, Odyssæ, &

Ὀδυσσεύς δὲ ἀπὸ τοῦ βασιλέως, ἔτι δὲ παρὰ

*αὐτῷ οὕτως ἔλεγε, ἰππὸν καὶ οὐκ ἔχοντα
ἐν οὐρανῷ, καὶ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ
καθίσταντο καὶ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ.*

Quos quidam ita reddidit.

*Nec sine concilijs, ferunt, nec iudice, tantis
Antra colunt umbrosa, alii in montibus : ades
Quisque suas regis, rixorem, natoq; : nec illi
In commune vocat socias extendere curas.*

Posteaquam prædonum fieri viribus & robore corporis, imbecilliores de-
prædari ceperunt, Reges à populis aduersus iniurias fuisse creatos aiunt atq;
ita qui agrestes erant, & societatis ciuilib legitimiq; imperij expertes, malis e-
doctos illic tandem tanquā ad Asylum recurrisse. Alijs placet à viris sapien-
tibus eloquentiz viribus, feros & agrestes homines ad ciuile vitæ genus fuisse
traductos, de quibus etiam Horatius in arte Poëtica.

*Syluestres homines, sacæ interpretisq; deorum
Cœdibus & victis fædo deterritis Orpheus,
Dicitur ob hoc lenire tigres rapidisq; leones,
Dicitur & Amphion Thebane canidior arces
Saxa mouere saxa et fludinis, & proce blanda
Ducere quæ vellent. Exit hæc sapientia quondam
Publicis priuatis fecerunt, sacra profanis,
Concubitu prohibere vago, dare iura maritis,
Oppida moliri, legesq; incudere ligno.*

Verumq; ex parte verum esse vt concedam, non inde arguitur primos mor-
talis à societate & cultura humanitatis vixisse alienos. Cõstat enim eos simul
habuisse, & vnā tantum constituisse ciuitatem, quæ diu vna regio eas ca-
pere potuit postea diuino quidam iudicio primam illam societatem hominū
dispersam, per vniuersam orbem non ignoramus: sed primæ lux educationis
statim fuisse oblitos non est verisimile.

Belluina illa vitæ post tet sæcula ab hominum restauratione, hodie adhuc
quum

quum in Americis & alijs quibusdam populis conspicitur, argumentum non præbet, primos populos olim similiter vixisse. Nam istos ad nostrum viuendi morem nullo exemplo, nullis præceptis facillè transferres: tantus inest amor ferinæ cuiusdam libertatis, vt isla vis aut necessitas, ad sanam mentem eos queat adducere.

Cultissimi primi humani generis Patriarchæ ac sapientissimi fuerunt, vt pote qui viderant prius seculum omni disciplinarum genere, iisque omnibus quæ humanæ vitæ tum commodum, tum ornamentum adferunt, ex cultam. Quocirca longè magis verisimile est, honestam & cultam viuendi normam exemplo & sermone tradidisse nativis & nepotibus, quæ postea propagata ad posteros perueniret, quàm ferino ritu vixisse: & quicquid humanitatis & scientiarum hodie in vniuerso hominum genere extat, à primis illis patribus vsque ad nos emanasse, ijs tantùm immutatis, quæ temporum conditio mutari postulat.

Ex tribus humani generis Principibus vbi innumera populi multitudo nata fuit, vt vnus locus eos non caperet, nouas sedes quaerere coacti sunt. Vnde lapsu temporis factum est, vt inclementia cæli, locorum asperitas, latrocinia, bellorum vastitas, & mali mores induxerint feritatem & barbariam: atque ita qui remotius habitauerunt ab ijs qui cultiores erant, degenerauerunt à prima patrum institutione. Asia verò, Assyria, & Ægyptus disciplinas atque humanitatem quam acceperant à patribus studiosius retinuerunt colueruntq;: & ab eis ad cæteras gentes deriuasse memoriæ proditum est. Quemadmodum igitur post diluuium humanum genus à primis patribus fuit restitutum, ita etiam bonis moribus fuit informatum: nec omni ex parte falsum est quod de aureo seculo scripserunt Poëtæ.

Aurea prima sæta est ætas, quæ vindice nullo

Sponte sua, sine lege fidem rectumque colebat.

Parsa vero sique aberant, nec verba minantia fixo

Aere ligabantur, nec supplex turba timebat

Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tuti.

Quæ omnia certè de agresti illa vita non possunt intelligi. Quatenus tamen vera sunt, velim Christianum lectorem apud se expendere, & innocentiam priuati seculi non fuisse nullam credere, non tantam tamen sicut versibus illis significatur. Comparatione illius primæ ætatis cum posteriorum seculorum moribus, innocens & sancta maiorum vita videri potest. Illa secula fuerunt foeliciora nostris, in quibus innumera ad peccandum illecebæ obijciuntur, quæ illa prior ætas ignorauit. Quod fidem rectumq; dicuntur coluisse sponte, sine lege, intelligendum est, sicut ipse Poëta interpretatur, quando addit, nec verba minantia fixo ære ligabantur: quia tunc nullæ fuerunt leges, nulla edita quæ supplicij metum incuterent: non enim negat salutaribus præceptis homines fuisse institutos, in omnibus ijs quæ ad hominis officium pertinent. Idem enim ingenium fuit patrum & nostrum, eadem naturæ conditio, & tam homo homini similis est quàm est aqua aquæ. Nisi ad virtutem formati fuissent, nunquam eam sine lege sponte coluissent. Rectores igitur & directores habuerunt. At erant sine iudice tuti, nec supplex turba timebat iudicis ora sui: & hoc intellige, ad eum modum, qui nunc est, si fiat comparatio, iudicis metum

metum nullum fuisse, quia qui iudex erat, idem erat aut pater, aut avus, aut patruus, aut frater natu maximus.

CAPVT XL.

Ex sacra historia docetur vera imperij origo, & quod non hominum fuerit inuentio, sed Dei & nature constitutio, & prima imperij fuisse paterna.

Mirum est Christianos errorem gentilium potius amplexos fuisse, quam veritatem Mosaicæ historiae & Propheticae doctrinae, quæ Deum primum humanæ naturæ & imperiorum faciunt auctorem. Nam ex Genesi notum est, summam potestatem cum ipsis simul hominibus incepisse, quando primis reparatoribus humani generis, statim ab initio post diluuium gladius ultoris pericidiorum Deus tradidit, & paulo post derisi patris poenā seruitus fuit instituta. vnde cæteras omnes iuris gentium partes synechdochicis licet intelligere, atque natura cum ipsis hominibus prima imperia esse nata: & cum homines subiecti nascantur parentibus, accepisse Principes, non elegisse. Seriem sacrae historiae qui considerabit attentius, primos hominum progenitores primos quoque fuisse Reges facillè inueniet. Nam illos tres Noahî natos, Sem, Ham, & Iaphet (quos multa constat vixisse sæcula, & populosas vidisse ex sese natas nationes) iure naturæ, natorum & nepotum suorum fuisse Principes & Dominos negari non potest.

Princeps totius orbis Noah fuit, & natos pares autoritate esse voluit: nec in fratres imperium vni dedit. in tres partes inæquales vniuersum mundum diuisit: & Semo natu maximo maior & melior pars orbis terrarum contigit, ac sic prærogatiuam honoris iure natiuitatis accepit. minor pars Europa Iapheto cessit: nisi quod in tabernaculis Sem habitauit, & partem Orientis quæ vergit ad Septentrionem obtinuit. Ham enim vel Hamon (quo nomine Gentibus notior est) Affricam & Ægypto vicina loca, Palæstinâ, Tyrum, Sidonem, & reliquam totam terram Canaan possedit, cum illis regionibus quas per tyrannidem Nimrod vsurpauit. Qui ab his tribus Principibus commemorantur nati, Reges & duces primi fuerunt gentium, paræ dignitatis & potestatis sub suis patribus, sub quibus recensentur.

Ne mirum cuiquam videatur me æquare nepotes patruis, adoptatos à Noaho ego fuisse arbitror, sicut de filiis Ioseph factum ab Israële legimus: qui à patribus exemplum desumpsisse videri potest. non enim fuerunt primi vererum iuris signari, sapientissimos fuisse constat. cum ipsorum sapientia si nostram conferamus, nostra infantia est. Horum neminem certum est potestatem accepisse a populo, sed eam natiuitatis iure, & patris voluntate ipsis contigisse. morituri verò eam non legarunt populo, sed natis reliquerunt, quos aut successores suos esse voluerant, aut quibus gubernationis prouinciam se adhuc viuus mandauerant. summæ potestatis est collegam adsumere, aut vnum vel plures successores designare. Nec statim primis Patriarchis mortuis, facta populis est elegendi Regis cui parerent potestas. primogenituræ prærogatiua principatum cum sacerdotio coniunctum dabat maximo natu, nisi parens, penes quem summa erat potestas, aliud statuisset.

Omnes consentiunt in hanc sententiam, primas hominum societates paruisse Regibus: & pro legibus fuisse ipsorum arbitria. *Omnes antiqua gentes* (inquit

(inquit Cicero) *Regibus quondam paruerunt. Quod genus imperij primum ad homines iustissimos & sapientissimos deferretur. Deinde etiam deinceps posteris probabatur, quod in ijs etiam qui nunc regnans manet.* In hoc à veritate sacre historice aberratur, quòd vnde primum regia potestas initium habuerit ignoratur, quãdo à populis primos creatos fuisse Reges creditur: ac si primi mortales nullis fuerint orti parentibus, nullumq; eorum imperium in natos, nullaq; natiuitatis prærogatiua. Nascendi lex & ordo, primos legitimos Reges dedit: populù verò electio primos tyrannos inuexit, qui primum illud verum & legitimum paternum imperium perturbârunt, quando adhuc primis patribus superstitionibus ab eorum obedientia recessum est, & seorsum sub Nemrodo regnum constitutum, vel potiùs noua quædam tyrannis.

Prima nomina gentium regionumq; quæ nobis Moses reliquit, testantur primos gentium populorumq; authores, primos quoq; fuisse Reges. Ex Iapheto quindécim regna populiq; narrantur; ex Semo viginti septem; ex Hamo vel Hamone triginta vnum. Capita illa familiarum naturæ lege fuisse dominos ac Reges natorum ac nepotum suorum Moses apertè indicat: & horum tantam fuisse apud suos autoritatem & reuerentiam; vt eorum populi & regiones assumpserint nomina quibus Moses temporibus & multis postea seculis regiones & populi nuncupati sunt, & ab inuicem discreti; & in sacris literis hodie non alijs nominibus distinguuntur.

Hi sunt illi Baalim quos tanquam quædam numina Israëlitz coluerunt & gentiles Heroas & Deos indigites vocârunt. hos etiam primos fuisse Reges mortalium, Poëtæ & alij scriptores agnoscunt: à quibus longa serie qui fuere procreati regna tenuerunt. Belli Troiani principes suum genus ad Behum aliqueum, aut ad Iouem, aut alium quempiam deorum posse suum referre genus magni ducebant.

Hinc discere possumus quæ fuerint regnorum initia, & primi Reges: ac falsam esse opinionem eorum qui credunt primos populos palantes incertis sedibus, more bestiarum, in antris & syluis, sine lege & Rege vixisse: & postea à sapientibus hominibus, populos ad cultioris vitæ genus fuisse adductos: quorum suffragijs contrà vim & iniuriam tandem Reges fuerint creati. Nam vt societas simul cum hominibus nata est: sic etiam ea quibus conseruatur omnia, vt sunt imperium, sacerdotium, pietas, iustitia, fides. Nihil Deus primis parentibus quod ad constituendam ciuitatem esset necessarium deesse voluit.

Hoc igitur certo tenendum est, patriam potestatem regiam, hoc est, summam fuisse apud primos humani generis authores, siue secula prioris æui ante aquarum inundationem spectemus, siue quæ post secuta sunt sub Noaho, & ipsius natis ac nepotibus: & Patres illos iure naturæ principes fuisse eorum quos procrearunt: ac proinde eodem illo iure subiectos ijs vixisse natos & nepotes: à quorum potestate seiplos emancipare, atque alios Reges eligere; aut nouam formam reipublicæ constituere, inuito patre, nefas fuit. Vnde necessariò consequitur prima imperia fuisse Monarchica & paterna, quæ neminem superiorem præter Deum agnoscebant, naturâ solo Deo authore comparata.

Hoc imperij genus mire ac elemens optimum & æquissimum fuisse, atque sine

sine vlla vi aut coactione liberum, haud est ambigendum. Tamen si durum & iniquum fuisset (nam & homines illi patres fuerunt) ferendum erat: nulla tanta iniuria, nullum tantum patris in natos peccatum esse potuit, quod eos ab obedientia & subiectione paterna liberaret. Nati & nepotes nullum ius coercendi habuerunt in patrem, qui summus magistratus erat: is quando aduersatur, quia superior iudex ad quem recurratur nullus est, Dei expectandum est iudicium.

CAPVT XII.

Paterno imperio successisse regnum, non electione populi, sed hereditaria successione.

HÆc gubernationis ratio, sicut cum primis gentium progenitoribus incepit, cum illis similiter finem accepit. quæ secuta sunt imperia, quamuis in illa patria potestas deriuata sit, paterna dici non possunt. eadem quidem regiminis autoritas retenta est, sed diuersitatem à personis accepit, & regia facta est. Quæ tametsi à paterna, tanquam ab exemplari omni ex parte absoluto sit desumpta, ac ejus sit æmula, non nihil tamen ab ea deflexit. Princeps optimus ille censetur, qui ita gubernat, vt pater suorum subditorum verius quam Dominus dici mereatur. Principes (inquit Philo) sunt publici parentes ciuitatum & gentium: & quotquot boni sunt, non cedunt pietate naturalium. Nam hoc tantum inter patrem & Regem interest, quod ille naturâ sit princeps, hic (vt ita dicam) adoptione & legibus. Quod naturam æmulatur ab ipsa differt: quocirca regum imperium diuersum sit oportet à paterno, quamuis eadem autoritas vtrique sit communis, & beneuolentiam & animum paternum erga subditos induat, natura tamen pater non est.

Hos Reges qui proximè successere patribus, non populi certis pactis & conuentionibus sibi elegerunt, sed ab ipsis patribus acceperunt. Primogenitura; ius tum cepit & sacrosanctum fuit. & nisi ille, penes quem summa erat potestas, iustus de causis aut transtulisset ad alium, aut inter natos & nepotes illud partitus esset, manebat apud natu maximum: sed pater ex quota parte filios heredes esse vellet, constituere potuit. Hinc tanta primis illis seculis fuit Regum multitudo, vt singulæ ferè vrbes suos haberent Reges. Quocirca hæc duo consequuntur, primum imperiorum potestatem non à populis mansisse ad Reges, sed à Regibus iusto Dei iudicio transisse tumultu & seditione ad populos, vtrius autem, Regumue an populi peccato, an potius vtriusque, videmus postea.

Alterum est, prima illa imperia fuisse paterna, quæ gentium scriptores vocant Heroica: & transmissa ad natos & nepotes aut iure natiuitatis, aut voluntate patris, lapsu temporis tandem facta esse regia. vnde efficitur iure hereditario à Deo conferri regna, similiter & testamento ac voluntate eius, penes quem est rerum summa potestas, etiam vbi nulla subscribunt populi suffragia: sicut postea factum ab Isaac & Iacob & à Dauide legimus, qui sua autoritate primogenituræ ius transtulerunt, & legarunt testamento. Dauid, post habitis natu maioribus, Salomonem Regem creauit. Nicomedes filius Nicomedis Philopatoris Bithyniæ rex, moriens sine liberis, regnum populo Romano testamento suo reliquit. Attalus similiter populum Romanum heredem Asiæ scripsit. Hinc Romanos imperatores & collegas adsumpsisse, & successores adoptasse

adoptasse legimus. Constantinus Romanum imperium tribus filijs partitus est: idem fecere alij plures. Carolus Magnus occidentis imperium adeptus, eadem potestate tres filios eidem præfecit. Exemplorum multitudine superfedo, quibus & regna legitime parata, & posteris distributa fuerunt, nulla interueniente populi auctoritate, sed sola illius, penes quem tota erat, aut parata legitimo bello, aut à maioribus accepta.

CAPVT XIII.

De ijs qui summum imperium proximè à Deo acceperunt, nominationem ab ipso Deo vocati, in quos populum vllam habuisse potestatem dici nulla ratione potest.

Cum tribus alijs præterea modis perueniatur ad legitimum regnum, nempe immediata vocatione Dei, populi procerumue electione, & iusto bello, præteriri non debent à me. legimus enim proximè à Deo Reges quosdam constitutos; vt Moyses, Iosuah, Dauid, & Saul. Regis nomine eos omnes complector (vt antè dixi) qui merum, & absolutum habent Imperium, nulli nisi vni Deo subiectum, etiamsi non vocentur Reges, nec caput habeant redimitum diademate. Regis verò maiestas (vt supra dixi) in potestate imperandi, non in ornamentis sita est. & hac ratione mihi Moyses, & Iosuah, & reliqui Iudices populi Israelitici æquè Reges, & monarchæ sunt, ac Dauid, aut Salomon. Tametsi inter reges & iudices dispar fuerit imperij ratio, & externa gubernationis forma diuersa, par tamen fuit auctoritas.

Hoc regium imperium medium est, inter paternum & herile, nonnihil ad dominationem desectens. Sed iudicum potestas nulla in re libertatem populi minuebat, merèq; paternum erat officio, sine vlla magnificentia, quam reges habere conuenit, Iudex parùm differebat à cæteris è vulgo primoribus, Imperium illud simile nonnihil erat Dictaturæ apud Romanos, antequàm oppressa libertate populi in regium dominatum transfirer, & hoc excepto, quòd potestatem iudices proximè à Deo acceperunt, eamque perpetuam; Dictatores verò, & ad certum tempus, & à populo, à quo & exauctorari poterant. vniuersus enim Romanus populus Dictatore maior manebat: populus autem Israeliticus suis iudicibus, sicut etiam regibus inferior erat, non secus quàm suo patre tota familia.

Quemadmodum summa fuit primorum Principum humani generis potestas in naros, nullis terminata legibus, nisi Dei: ita etiam pari ratione Regum quos ipse Deus per se supra populos constituit. & sicut natis in illos nulla fuit potestas, ita nec subditis populis in hos, de quibus loquor regibus. Quiddam hodiè huic Regiæ potentia (odio tyrannidis) aded sunt infensi, vt eos quos ipse Deus in reges elegit, & vngi iussit, populi subijciant arbitrio & electioni: ac tum demum ratum fuisse quod Deus constituerat, si populus comprobasset, disputant: vt hac ratione populi auctoritatem in suum regem stabiliant. Qui certè quid regia sit potestas, quantumuis sint magni iuristconsulti, aut nescire, aut scire se dissimulare mihi videntur. Ex vna specie vniuersum genus definit non potest, sicut nec homonymon omnium regum non est eadem potestas: tot sunt ferè regnandi leges, quot sunt regna. Regis nomen multis est commune, quorum in subditos non est par auctoritas.

K

Mihj

Mihi omnes differentias quæ ex varijs pactis, & conditionibus nascuntur, recensere non est propositum: quia nec eas omnes novi, & hic inferere quas ex varijs scriptis colligere possum, auget opus in immensum. Summatim attingisse capita satis est. Absurdum, & ab omni ratione alienum est, Reges quos Deus ipse vocavit, & populis præfecit, populis vlla in re subijcere. Moysen, Iosiam, Dauidem, & Salomonem in arbitrio populi non fuit rejicere; sed horum seruatorum Dei tenebantur subire imperium. idem de Saule dico, qui quamuis iniquus Rex, & Tyrannus euaserat, animaduertendi in eum populus nullam auctoritatem habuit. Solius enim Dei relinquendus fuit iudicio. Psalmus secundus iræ Dei denunciat omnibus, qui audebant imperium detrectare eius, quem Deus Regem constituerat. Et quamuis de Christo ille Psalmus, vt alij plerique intelligantur, habuere tamen etiam suam veritatem in typo.

Quam in Regem potestas nulla fuerit olim subditis, exemplum, sententiæque Davidis pluribus in locis docent, qui innocentem eum non fore pronunciat, quisquis in Regem manum ausus esset iniicere. Consiliarij tamen & hortatores tum non decrant, vt aut ipse Regem feriret, aut ab alio percuti sineret. At quantæ causæ, quàm iustæ iustæ necis in Saule poterant allegari? primò quòd iusta esset aduersus Tyrannum innocentia defensio, qui Dauidi genero fidissimo, ac optimè tum de ipso, tum de toto Israël merito, non ob aliam causam infensus esset, quàm quòd in tripudijs chorus puellarum sibi occineret, à Saule quidem mille casos hostium, à Davide vero decies mille: & quòd sciret à Deo eum successorem regni esse designatum. itaque non Dauidi, sed Deo impiè bellum inferri, cuius decretum irritum facere conabatur. Deinde qui clemens & misericors contra Dei mandatum voluerat videri parcendo Regi Agago impio, & hosti populi Dei, quem Deus necari iusserat. immanem etiam sæuitiam in Dei sacerdotes & multitudinem innoxiam exercuerat, quando Abimelechum summum Dei sacerdotem, & alios eius comites 84. numero, nihil mali meritos crudeliter odio Davidis mactari iussit: quorum nec sic sanguine satiatus, crudeliùs insuper in totam urbem Nob, citra vllum sexus, ætatisue discrimen defæuijt, vt ne iumentis quidem pepercerit, clementior in Dei hostes quàm in Dei sacerdotes. Præterea fœdus cum Gabaonitis à Deo comprobatum, vt gratificaretur populo perfidè violat, & totum Israël iræ Dei fecerat obnoxium. Quis magis idoneus tot paricidiorum vltor Dauidesse poterat, si populo, aut inferiori magistratui potestas coercendi Regis vlla fuisset? Deus Dauidem Regem designauerat, ipsèque inter proceres, & præcipuos belli duces non postremus erat; Regem tamen suum violare nunquam ausus est. Is qui se iactabat interfecisse Saulem, & qui Isboseth iugularant, mortem ab ipsq̄ tulerunt sui paricidij præmium. quod haud rectè factum esset, si in Regem Tyrannum animaduertendi apud Israël proceribus, aut populo potestas fuisset.

Propheta liberè tam populi quàm Regum ac inferiorum Principum peccata reprehendunt; nusquam tamen taxantur, aut inferiores magistratus, aut ipse populus, quòd in suos Reges Tyrános, & in Deum impio non animaduertent. tã enim in reatu est, qui cõnuet ad impietate, aliaq; flagitia, quibus opponere

opponere se debet, ac ille qui perpetrat. Reprehendunt quidem populus, quòd Regum impietatem imitatus est, non autem quòd ab illis non defecerit, aut non coniuravit in eorum vitam: quod dubio procul à Prophetis factum fuisset, si Regem Tyrannum, & à cultu vero Dei recedentem, ius coercendi habuissent. Nemo in Reges Iudæ, aut Israëlìs à perduellionis crimine immunis fuit, qui coniuravit, aut aliquid tentavit, nisi forte à Deo speciale mandatum ad eam rem accepisset. Rex enim augusta illa dignitate, quam à Deo habet, sacrosanctus est, & inviolabilis subiectis, non secus quam parens naturà natus.

Præterea si propter tyrandem, deficiendi à Rege potestatem, eumq; cogendi armis ad officium remansuram in populo Samuel intellexisset, quando iura fisci regij recensuit, quo cum iniuria & populi oppressione vsuros Reges prævidebat, non adiecisset, & clamabit in illa die ad dominum Deum vestrum, & non exaudiet vos, quibus verbis necessitatem subeundi tyrannicum iugum denuntiat, contra iniustam illam vim leges & cautiones non est auctor, ut adhibeantur, quas si transgressi fuissent, desinerent esse reges. Vir Dei non ignorabat, facile quidem fore cum Rege pacifici; sed quia sine pernicie reipub. Reges non posse cogi vidit, de seruitutis iugo excutiendo spem sustulit.

Ad has rationes regiz potestatis inimici effugia quæerunt, quæ vix vlla responsione digna sunt: & sanè nisi imperitis sacrarum literarum imponerent, silencio illa præterirem. magis ingenuè Buchananus agit, qui sacris historijs in hac re nullam facit vim, nec falsum affingit sensum. utinam similis vbiq; sibi mansisset, sed fateatur, quod res est, Iudæorum Reges à ciuibus non fuisse punitos, & eorum exempla dicit ad Reges nostri temporis nihil pertinere, qui quicquid habent potestatis, à populo acceperunt, cum illi non à ciuibus fuerint creati, sed à Deo dati. Itaq; (inquit) *optimo iure qui honoris eius eras auctor, idem & parricidarum suis exactor.* Quocirca liquere arbitror ex his quæ diximus, populum Israëliticum in suos Reges nullum habuisse ius: nec ipsorum autoritate multitudine fuisse maiorem.

CAPVT XIII.

Gentes nihilo plus potestatis in suos habuere reges, quam populum Dei.

Nunc videndum est, num quid potestatis amplius gentium populi habeant in suos Reges, quam habuere Israëlitz. Nulla causa adfertur cur gentibus licere plus in suos Reges, quam Israëlì Deo voluerit. vtròiq; enim par obedientiæ & subiectionis ratio: & vtròiq; Deus Reges dedit iisdem legibus, etsi non eodem modo. Notum est Babyloniorum, & Perfarum Reges, similiter & Græcorum, in populum Dei accepisse à Deo imperium. Et quando populus postulauit Regem qui more aliorum Regum imperaret, non fuit eorum mens, ut plus autoritatis sibi vsurparet, quam vicinij Reges tunc temporis habebant in subditos. Communi ergo quodam iure intelliguntur Asiæ, ac totius ferè orientes Reges imperasse, & eam quæ fuit Regum in populo Dei potestas, fuisse etiam vicinorum Regum, qui monarchicum obtinebant imperium.

Si vnctioſi aliquid in eſſe priuilegij credunt, qua figurabatur Dominus noſter Ieſus Chriſtus; (nam id metum inculſiſſe Dauidi ne Saulem auderet attingere, quando dixit, Propitius ſit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo *Chriſto Domini*, vt mittam manum meam in eum, quia *Chriſtus Domini* eſt) dico hoc non eſſe nihil. ſed cum eam Reges habuerint communem cum ſacerdotibus, & prophetis, qui eo nomine ſimiliter reuerendi erant, nec tamen idcirco eximiebantur à pœnis debitis ſceleribus, ſi quid animaduerſione dignum commiſſent, tutos à ſupplicio Reges non reddidiſſet, ſi vindicari à populo aut à proceribus eorum peccata Deus voluiſſet. ſacra enim vnctio flagitijs contaminata, immunitatem à pœnis peccato debitum non adferebat. Sed vt Deus oftenderet aliarum gentium regna, regéſque non minùs ſibi eſſe curæ, quàm populi ſui, Elias iubetur Hazælem in Regem Syriæ inungere, & Iehu in Regem Samarie: & Cyrus nondum natus, *Chriſtus* Dei futurus ab Eſaia prædicatur. Vnde liquere arbitror parem dignitatem, & poteſtatem gètilium Regum in ſuos populos fuiſſe, quæ fuit Regum Iſraëlitarum: nec plus conſeſſum auctoritatis nationibus cæteris in ſuos Reges, quàm Iſraëli, aut Iudæ in ſuos.

Cùm mundus hodiè eadem prouidentia regatur, qua olim; nihil ad populum referre arbitror, regnum quomodo Rex à Deo acceperit, an extra ordinem proximè ab ipſo vocatus ſit, an per homines, per quos Deus regna conferre ſolet hominibus, illud acquiſerit. Bello legitimo comparari regna magna non eget probatione, quæcumq; enim hodiè ſunt regna, ſi inquiratur eorum prima origo, à bello incepſiſſe, belloq; parta inueniemus. vnde magnus eorum error apparet, qui omnia legitima regna referunt ad populi ſuffragia, & tyrannidis accuſant quicquid armorum vi partum eſt, & inuito populo poſſidetur: ac ſi diſcrimen nullum eſſet, inter legitima bella, & ea quæ temerè, & cum iniuriâ ſuſcipiuntur. Multum autem intereſt quomodo hoc vel illo bello regna parta ſint. Propter peccata quæ tum Reges, tum proceres, populùſque committunt, regnum de gente in gentem transferunt. Hoc modo Deus vlcificitur hominum impietatem, cædes, adulteria, inceſtas & fœdas libidines, ac oppreſſiones pauperum, peregrinorum, viduarum, & pupillorum, & omnia ſcœlera quibus hominum ſocietas, & iura gentium multis modis violantur, vt ſunt iniuriæ, damnâque vicinis & ſocijs illata, contumeliæ, periuria, fœderum & pactorum violaciones, hoſtiles nullo denunciato bello inuaſiones.

Si Rex quiſpiam laceſſitus prior atroci iniuriâ bellum moueat hoſti, eumq; vi & armis regno deturbet, illudque occupet, aut ſuperbum populum domet, ac ſibi ſubijciat; tyrannus nullo iure dici debet aut haberi, quamdiu vindicta non eſt atrocior accepta iniuriâ. Hunc Regem Iunius Brutus (aut ego vehementer fallor) non dicit nullam habere poteſtatem in deuictum populum, quam ab eo non acceperit, neque eum faciet populi, procerumque beneficiarum & clientem. Victoris eſt victis imponere leges quas volet; ſibi que videbit viles. Si autonomiam ipſis conceſſerit, & libertatem ciuilem, ſibi que ſummum ſeruet tantummodò imperium, magna debetur clementiæ victoris gratia; qui, cum iure belli ſeruos habere potuerit, liberos eſſe malit. ſapiens ille victor eſt qui victoria clemèter vtitur, non eſt facile nouas populo dare leges. qui

qui saluum cupit populum & firmum imperium, nihil nouabit, nisi quod Principis victoris, auctoritatem mineat, causamque præbere potest rebus nouandis.

Hoc principis beneficium potestatem nullam populo facit, qua postea principem in ordinem cogat, eique imperium abroget. legum priorum ius à noui principis voluntate vim & robur accipit, in quibus nihil admittum à victore debet intelligi, quod ipsius authoritati derogat, nisi perspicuis verbis sit expressum. Quisquis malam, imò audeo dicere bonam causam, armis disceruit, si succumbat, & in potestatem aduersarij veniat, sit seruus victoris, cui occubus, iusto tamen Dei iudicio est traditus: eiq; bona fide seruire tenetur, nisi seipsum redimat. quod si nequeat, seruitutis iugum subeundem est. & vbi victor posuit arma & pacem dedit, rebellare contra fidem datam, aliudue moliri in perniciem victoris domini, crimen perfidiæ, & perduellionis est. Quod si libertatem victor concedat, æquitas quæ Patrono libertum obligat, hic locum obtinet, hæc pluribus postea demonstrabimus, hoc autem me nunc probasse sufficit, populum iusto bello deuictum, in victorem nullam habere potestatem: qui quicquid consecutus est imperij, soli illud Deo debet.

Tamen victorem temperare victoriam, & vbi obtinuit quod bello quaerebatur, victis pacè & pristinam libertatè æquis conditionibus reddere, summa laus est. Hæc moderatio necessaria est, eis qui tyrannidis & crudelitatis notam cupiunt effugere. Non enim quod cupiditate rapiendi aliena belligèritur, iustum est, sed quo propria recuntur, aut intolerabilis vindicatur iniuria: quæ qui est consecutus, ulterius progredi non debet. victoria abuti ad occupandum aliena, victori non licet, nisi fortè adeo atroces fuerint belli causæ, & cum hoste huiusmodi, qui pacta fidemque seruaturus non sit, quique restitutus non possit quiescere.

Tanta intendum sunt Regum populique peccata, tam enormia, & iniuria, ac konsumeliæ tam ingnes, & toties repetitæ, vt victor erga victos non debeat, nec possit citrà magnam iacturam, & regni periculum, vti clementiæ, cogaturque, si sibi, regnoque suo consultum velit, aut gentem delere, aut eam sibi subijcere, ac illius reipublicæ formam mutare: sicut à Dauide factum legimus Philistæis, Ammonitis, Moabitis, Edomitis, & Aramitis, quos partim tributarios fecit, partim Regibus sublatis per gubernatores rexit. his populis iusto bello domitis, nemo sanus in Dauidem potestatem vllam attribuet: nec tamen idcirco tyrannicum fuisse dicet, quod violentum imperium in illos exercuerit.

CAPVT XV.

Reges interdum certi legibus eliguntur, in quibus non transferunt imperium, sed a suis communiatur, immo non vultis in potestate subiecti imperio.

Nunc de rege videamus quem proceres, populusue liber sibi præficiunt; (nam in hoc ordine vertitur controversia) quo loco sit habendus; æquid præcipuus potestatis in hunc populum proceresue habeant præ cæteris de quibus locuti sumus Regibus. Diximus supra suffragiorum directio-

rem esse Deum, & summæ potestatis, quam in imperiis necessariam docuimus, Deum esse authorem, quocunque modo ea obueniat.

Sed error hic facile interuenit propter tradendi imperij diuersam rationem. quod qui non attendunt tribus fieri modis, perniciosè miscent, & confundunt politiesas, aut enim mandatur, aut tantum communicatur summum imperium; aut illud abdicando totum transfertur in alium. Quando Senatus, populusq; Romanus summum imperium sine vlla prouocatione mandabat Dictatoribus, similiter quando Reges omnem suam potestatem delegant Proregibus, nihil à se illi abdicabant, sicut nec hi abdicant. Nulla enim tanta potestas mandari potest, quin maiorem qui mandat sibi retineat. Populus Romanus in suos Imperatores imperium suum transtulit non semper abdicando illud à se, sed communicando, quemadmodum & ab ipsis etiam factum est imperatoribus, quando collegas adsumpserunt.

Proterea populus in creatione noui Regis, si summam potestatem certis legibus tantum regi communicant, sicut legimus olim factum Spartanorum Regibus: Rex tantum summus magistratus est subiectus maioris potestatis imperio: nempe aut populi, aut magnatum, aut vtriusque. Nam est Regium nomen, & ornamenta tradantur; quod præcipuum est in vero Rege negatur, aut accidit. Vnde fit, vt status illius populi, potius Aristocraticus, aut Democraticus censi debeat, quam regnum, aut Monarchia. Sin populus in Regem quem eligit, potestatem illam superantem ita transfert, vt à se abdicet, eam habere definit, atque ita cum prius vniuersi fortè maiores, aut pares essent cum illo quem creauerunt Regem, omnes & singuli fiunt eo inferiores, & subditi. Ipse autem tam in vniuersos, quam in singulos potestatem accipit: non secus quam si totum imperium successori Rex traderet, ipse ex se exiit, & illum induit, sitq; prius, & subditus ei, cuius ante fuit dominus. Sed si tantum communicaret summum suum imperium, illud ipse habere non desineret, non amplius monarcha esset, qui collegam haberet paris secum potestatis.

CAPVT XVI

Populus Romanus iudicauit reges esse solutos legibus, quando decretum, quo summum imperium tradebat Imperatori, legem vocauit Regiam.

Populus Romanus proprium esse Regis iudicauit, omnibus esse solutum legibus, quando decreto suum Principem omnibus legibus exemit. Regia lex idcirco dicebatur, quia potestatem Regiam, hoc est, absolutam dabat Imperatoribus. Vlpiani verba hæc sunt, *quod Principi placuit legis habere vigorem: ut patet cum lego Regia quæ de eius imperio lata est, populus ei, & in eum omnia imperium ferunt, & potestatem concessit.* Quædamque igitur imperator per Epistolam & subscriptionem status, vel cognoscens decretum, vel de pluri inuoluntate est, vel edito præcipio, legem esse sanctas. Titus Iulius lib. 34. legem hanc simul cum ipsa verbenam esse dicit. Hæc lex fuit sub Augusto reperiata. Ex Strabo libro vltimo ait. Imperatoribus principatum incurribus, recitari solum.

Legem eam nusquam extare rotam dolendam est. sed ex crebra ipsius mentione in iure ciuili, & fragmento quodam tabulæ anæ quæ in Lateranenſi Basilica dicitur extare, & parte legis regiæ, quæ de imperio Vespasiani lata fuit, continet, colligere licet, quæ fuerit: & singulis principibus qui voluntate Senatus, populique creabantur, fuisse leges regias latas, nec semper easdem, sed diuersas.

In fragmento hæc leguntur.

Fædissime cum quibus uoles facere, ita uti licuit Dno Augusto, Tiberio, Iulio Casari, Augusto, Tiberioque, Claudio, Iulio Casari, Augusto Germanico, utique Senatum habere, relationem facere, remittere Senatûs consulta per relationem, discessionemque facere liceat. uti licuit D. Augusto Tiberio, Iulio Casari, Augusto Tiberio, Claudio Casari, Augusto Germanico.

Utique quum ex voluntate auctoritas eue iussu mandatione eius, presentem eo, Senatus habebitur omnium rerum ius perinde habeatur, seruetur, ac si è lege Senatus edictus esset, habereturq.

Utique Coss. magistratus potestatem, imperium, curationemue cuius rei potentes seruatus, populo que Romano commendauerit, quibus ius suffragationem suam dederit, promiserit eorum Comitij, quibusque extra ordinem ratio habeatur.

Utique ei sine pomarij proferre, promouere eam è repub. censetur esse licet, uti licuit Tiberio, Claudio, Casari, Augusto, Germanico.

Utique quacumque ut usu reipublica, maiestas diuina, humanar. publicar. primarumque rerum esse censetur, ea agere facere ut possitque sit, ita uti Dno Augusto, Tiberioque, Iulio Casari, Augusto Tiberioque, Claudio Augusto, Germanico fuit.

Utique quibus legibus plebi sue scitis scriptum fuit, ne Dnus Augustus Tiberioque, Iulio Casari, Aug. Tiberioque Claudio Casari Aug. Germanicus tenerentur, his legibus plebi sue scitis Imp. Casari Aug. Vespasianus solutus sit, quæque ex quaque lege rogatione Dnum Aug. Tiberiumue, Iulium Casarem, Augustum, Tiberiumue, Claudium Casarem Aug. Germanicum facere oportuit, ea omnia imperatori Casari Vespasiano Aug. facere liceat.

Utique quæ ante hanc legem rogatam acta, gesta, decreta, imperata ab imperatore Casare Vespasiano Augusto, iussu mandatione eius à quoque sunt, ea perinde iuxta rata sunt, ac si populi plebi sue iussu acta essent.

Sanctio. Si quid huiusmodi legum ergo aduersus leges rogationis, plebi sue scitis. Senatûs consulta fecit, feceritue, sive quod cum ex lege rogationis plebi sue scitis Senatûs consulta facere oportebit, non fecerit huiusmodi legum ergo, id ei non frandi esto, neque quid ob eam rem populo dare debeto, neque ea de re apud eum agi finit.

Videre viri sapientes, quanquam libertatis essent amantissimi, summum imperium intra legum angustias si coercerentur, non posse cum utilitate publica exercei; proinde cum leges omnes interpretandæ sint, pro ratione locorum, & temporum, ac personarum, & occurrant multa quæ legem aliis iustam, & utilem reddunt iniquam & inutilem, ad Dictaturæ, & Imperatorum ius in omni re dubia sibi recurrentum iudicarunt.

Et profecto ita res est, non tantum in repub. sed etiam in regno, si enim ducum quibus magna, & ardua prouincia commissa fuit facta, Magistratus,

Regiæ

Regiæ ad legem exactam normam veli exigere; reos capitis facile erit quosvis fortissimos, ac etiam ipsi patriæq; fideissimos peragere. Nemini tutum erit magnas res aggredi pro salute publica. quocirca prudentis principis, & æqui est conari ad multa quæ necessitate quadam contra leges in re accipi pro salute publicâ commissa, vel omissa sunt. Regnum bene administrare res est omnium difficillima. quare qui Reges legibus subijciunt, ne quid præclari pro rep. gerere audeant, impediunt, & calumnijs improbiissimi cuiusvis exponunt. Aliud est violare leges, aliud violare ius; ius inquam, ex quo leges natæ sunt, non quod faciunt, illud natura constat; hoc voluntate, & arbitrio hominum.

Grauiissimas habuisse causas oportet Romanum populum, cui libertas vitæ potior erat, quando summum suum imperium legibus solutum, in vnius cuius potestate esse voluerint. quod Dictatori vt res postulabat fuit temporarium, Imperatori & Regi oportet vt sit perpetuum: nimirum id regni statu exigente.

Crescunt & stant ciuitates & regna summi imperij reuerentia. plena turbatum, & motum Romana respub. fuit, & procul dubio in certum exitum erat ruitura, nisi maiestatis summi imperij obseruantia eam rebus fluctuantibus sustentasset. Quicquid seditio discordiæque ciuilib destruebat, vnus imperium rursus erigebat. proseriptiones & ciuium cædes si quis mihi obijciat, respondebo partem perire fuisse necesse, vt tota seruetur respub. tyrannides igitur laudas? minimè. sed grauius malum vt vitetur, minus perferendum iudico. Si ea prudentia fuisset in Flandris, & Brabantis, contra hostem stare poterant: sed perijt libertatis amore malè defensa libertas. ergo ipsis accidit, quod omnibus euenire necesse est, qui nec imperare, nec parere norunt.

CAPVT XVII.

Natum esse debes penes quem sit summa reip. potestas: summam imperium nullis potest legibus tradi quæ illud tollant.

Sunt interdum Regiæ potestatis abufum cautiones quædam adiectæ in Regum inauguratione, quæ regiam eneruant potentiam, summumque eis imperium adimunt; quod tamen nec populo nec proceribus tribuunt, sed incertum relinquunt, penes quem sit rerum summa potestas. verbis quidem penes principem eam esse profitentur; cum re ipsa si pactæ leges seruentur, sit penes populum & proceres. Quæ res discordiæ ciuilibs seminarium est, dum incertum relinquit, cui potissimum sit parendum. Dolo malo quippiam fieri dicitur, quando aliud est factum, aliud simulatum. hic verò aliud sit aliud simulatur. summum imperium tradi videri volunt Principi, cum illud sibi retineant. In pactis & transactionibus conditiones quæ rem de qua transigitur euertunt, aut pro non adiectis habendæ; aut ita sunt interpretandæ, vt sit id de quo agitur. Qui summum imperium tradunt, nullas leges addere possunt, quibus quod datur, tollitur. Si populus proceresque suum beneficium esse voluit, quod conferunt imperium, aut dilectis verbis expressum id oportet, aut ex ipsa tradendi ratione notum fieri: sicut in inuestitura feudorum fit; vt nouerit beneficiarius quòd potestatem superiorem debeat agnoscere.

Sunt

Sunt qui disputant, utramvis imperij potestatem populis à se non posse abdicare, hæc simul audire. Quod cum aut imperator Regem aliquem creas, saluo semper summo imperio id facit, aut Rex, puta Francus, cum exarato, vel etiam fratri, filiove ditionem regendam possidendamque tradit, casus regios, animaduersionem regiam, & supremum dominium perpetuo excipit, quin etiam minus in formulâ inuestituræ, fiduciarie expresserit, ipso iure excipisse putantur. Unde concludunt, populum proceres, tradendo imperium, vel regnum summam potestatem retinere imperij. Sed hæc ratio nihil aliud probat, quàm liberum populum, aut proceres, tradendo imperio non illud abdicare: sicut nec Romanus populus fecit, creandq; Dictatores, vel etiã imperatores perpetuos, sed hoc nihilo magis euincit, imperium non potuisse abdicari à populo, & totum transferri in imperatorem vel in Regem, quàm imperatorem, vel Regem non posse deponere imperium, & illud totum transferre in alium, siquid, priuatum, vt veteri omittam, Carolus quintus nostrâ ætate & imperij insignia deposuit, & principibus Germaniæ remisit, & filio Philippo regna Hispaniarum & ceteras omnes ditiones tradidit, & factus est priuatus.

Deinde liber populus & ipsi magnates suis in Deum & homines peccatis, & libertatem, & imperij maiestatem non secus quàm Reges amittere possunt, & quidquid de se, & suis rebus priuatis possunt singuli, de publicis possunt etiam vniuersi. Quæ admodum Dominus feudi, si vasallo iniuriam insignem intulerit, & Patronus libertis, excidum suo iure, similiter vasalli & liberti, malus populus interdum Regi suo rebellis fit, eumq; iniuria afficit: proinde eodem iure iactura libertatis potest multari, postremo summum imperium nunquam à Deo fuisse populo demandatum me demonstrasse reor, fed aut exactis Regibus usurpatum, aut deficientibus, necessitate ad eum deuolutum.

Conditiones, & pacta inter Regem & populum scribere, quæ si violentur, Rex esse desinet, & sacramento ac fide qua tenetur regi, liberatus censetur populus, facilius est, quàm vt iliter sine magno reipublicæ damno, illis vt Reges iurata fidem seruare tenent, nemini sano dubium esse potest, sed si eam non prestauerint, & pacta conuenta violauerint, atque id à se factum negent, nolintq; se iudicio sistere, annon ad dubiam Martis gleam confugiendum erit, bellumq; civile mouendum, cuius incertus futurus est exitus: euentus plerumq; civilium bellorum mali sunt, & semper exitiales populo. Quorum fit tædio auct timore, Principem suum ab illis pactis, & conuentionibus liberum esse velit, prudentius meo iudicio, & magis è re sua id fecerit, quàm vt incerti belli sit expositus discrimini.

Quibus Principis vnus suspecta potentia est, & legibus eam quibusunque possunt accidere, perinde faciunt, ac solent ij qui alas auium arrodunt, ne nimis altum volent, easque in sua potestate non habeant, isti ita subijci volunt, vt etiam ipsi subiectus sit Princeps: & quo minor eius est potentia, ipsorum fit maior, quod vbi magis toti est in commune reipublicæ vtile, quàm priuatum paucis, bene est, nihil dico, Sed vereor ne Regij, imminuto imperij, regnis & rebus publicis Christiani orbis magnam aliquando cladem adferat. Olim vna tantum fuit regnandi lex: hodie tot sunt quot regna habemus, de quâ re hoc locutus sum.

De Regenobis est sermo, cui summum imperium populus, pro se ius in

se, & omnia sua considerant, ut quia quod Rex non tam beneficentia iudicatur accipere, quam si dare, perinde ac illi qui supposito in seruos deditur, aut adoptans deditur danti, sicut & nulli quæ vitæ tribit, beneficium non dant, sed accipiunt. Et quemadmodum vinculum necessitudinis, quod vtrique inter istos ita tenet, inæqualis obligationis leges continet sic diuersa est mutua inter reges & subditos obligatio. Debet quidem ille iustus, & clementer esse Rex, qui sub iustis subditos defendat, & in officio malis contineat, ac ius cuique suum conferat; hi vero debent suo Regi omnem fidem & obsequium, quæ ei negare non possunt, & infra non præterboni Regis officium. Quamuis namque creantur seruus, filius, & vxor, ille malum dominum, hic durum patrem, illa maritum improbum, non ideo liberantur, nec sui iuris fiunt, vt deserant dominum, vel patrem, vel maritum, ita nec statim populus, si in malum Regem incidere, iustus causas deseruit, aut rebellionis habebit. Sæpe serui, quam populi melior est conditio, vnum ubi leges atrociores iniuria in seruos committi non patiuntur, ad quas serui possunt confugere, & iudicis implorare auxilium: populus vero contra Regem præter Deum neminem habet iudicem, ad quem recurrat affectus iniuria. Id quibusdam durum & iniquum videtur, idcirco supra Regem in regno ipsius iudices somniant: atque ita pro populo contra Reges disputant, ac si soli in populum peccarent; & non contra, populus in Regem, vtrique peccari scio, sed meo iudicio facilius, grauius, & periculosius à multis peccatur in vnum, quàm ab vno in multos: & quod tyrannidem atinet, multorum grauior est, quàm vnus.

Quod populi sit ingenium, optimi populi, sub optimo duce, sacrae literæ nobis exemplum proponunt Israëlitas sub Mose. vnde de cæteris omnibus populis, facere iudicium licet, & ex vno discere omnes. Fieri enim potest, vt populus falsè se credat accepisse iniuriam, & malè interpretetur, quod bene & ad vtilitatem reipub. à suo Rege factum fuerit. Quocirca offensæ populi procerumque Regem exponere libidini, aut eorum arbitrio, quos iudices darent; per absurdum & iniquum est. Proinde vt seruis natisque, vbi leges eos totos in potestate dominorum & patrum relinquunt, si inique vinciantur, mutentur vel etiam taceant, nemo iudex, vindex futurus est, nisi Deus: ita populo subiecto Regi, qui superiorem iudicem habet neminem. Præstat enim seruos & natos iniuriam pati, quàm patres aut dominos ab eis violari. eadem ratio suadet, satius esse populum iniuriam pati, quàm Regiæ maiestati à subditis vim ullam inferri. Multa contra hæc disputantur, quæ infra suis iustis discutiantur: & quæ veri falsitæ contineant, explanabimus: exposuisse quæ sit veri Regis auctoritas hoc loco sufficit.

CAPVT XVIII

Quod heriti imperium sit iustum, et seruis sub eo non sit natura sua iniusta.

Est de Rege qui heritem in subiectos habet potestatem nobis quoque differendum. Tametsi enim Rex Dominus sit proprietarius regni sui, agri tamen ab eo sunt vtendi, fruendiq; dati subiectis: & liberum eorum ac perpetuum vsum cuique largitur, vt retinere, alienare, vendere, dare, & legare, prout ipsi videri possunt: quod sub heriti dominio non licet, vbi omnia

omnia in potestate & arbitrio sunt domini; nec illis quis fundi sui est possessor; quam placet domino. quocumque possiderit emendi, vendendi, comparandi; & alitandi seruis domini voluntas lex est.

Qui regie potentie sunt inimici, & tyrannidis eam insulant, dominum nunquam ferrent. Tamen interesse hominum, totas gentes hanc feruitatem seruicij Deo vitium est illis non fieret, nec seruitur per suos prophetas iuberet. Quis salus populi summa lex habeatur. & aliqua gentes ingenio ita comparate sint, ut neque ipsi vel libertatis, seruire eis est vitium quam liberos penne. Paradoxum quidem scio libertatis amatores id videbitur tamen res ipsa; & exépla ita esse cogunt faten, gentes esse, quæ non tantum Rege opus habent; sed etiam domino. Mothouitarum princeps subditorum suorum legitimus est dominus: nec inter tyrannos numerari debet, quædam moderate, clementer; dominationem exercet; quia salus illius populi id postulat. Si quis vbi nulla causa est, eandem potestatem usurparet, tyranni notam non euaderet.

Non enim magis est iniquum, vocum aliquem populum seruum fieri; quam vnuquempiam hominem; qui suo peccato; aut alio quouis casu, in seruitutem incidit. Seruitutem legitimam, & herile dominum, non tantum in populo illo agnosco, cui magis seruire expedit, quam esse liberum, sed etiam vbi que gentium, quæ in aliorum perniciem abutuntur libertate, & suis peccatis meruerunt in seruitutem redigi. Videmus enim liberas gentes, in id & eam quam peculiariter Deus sibi adoptauerat, libertatis amore in suum exitum proruisse; quando seruitutis iugum, quod Deus ipsis imponebat, subire recusarunt. Propter peccata iratus Deus in seruitutem sæpe populum suum hostibus tradidit. Dauid & Salomon vicinas gentes iugum seruitutis subire coegerunt. Eos opimor nemo Christianus tyrannos fuisse dicit. Quod Deus Dauidi concessit, alijs Regibus non negauit.

Omnes propemodum Orientis populi suis Regibus seruiuerunt, si subiectionis ratio comparatur cum ea quæ fuit apud Macedonas, & Romanos, & hodie apud nos in vfu est. Quidam id accidisse putant, quod Asiaticæ gentes sint seruili ingenio magis quam Europæ; eorumque Reges fuerunt tyranni, neque apud eos legitima fuerint imperia. Quam autem vera & probabili ratione id dicatur, viderint ipsinos propheticæ literæ contrarium docent, quæ Syriæ Reges mandato Dei vinctos fuisse tradunt; & Cyrum Persarum vocant *Christum Dei*: & alios Orientis monarchas quibus ipse Deus imperia dederat, seruos suos etiam vocat, quem ab ipsis & agnitum, & cultum fuisse eorum edicta testantur.

Humanissimi olim fuerunt omnes Asiæ populi, & præter cæteras omnes nationes ingenio liberali, a c mansueti. Vnus Tullij de hac re testimonium vice multorum nobis esto; in epistola ad Quintum fratrem ait, *Asiatcos esse ex hominum omni genere humanissimos: non modò in quo ipsa sit, sed etiam à quo ad alios peruenisse putetur humanitas.* Imperia quæ apud illos floruerunt, præ imperiis Occidentis excelluerunt, quantum aurum & argentum præstant ære & ferro. Barbaries siqua hodie illic conspicitur, aut obliuione præcæ patrum virtutis accidit, aut crebra irruptione Barbarorum, aliunde potius importata est, quam ibi nata. Malè iudicant qui mansuetudinem, & cæteras mitiores virtutes, quæ se ad imperium alterius facile flecti patiuntur, seruire quiddam esse putant, &

peruicacem atque indomitam ferocitatem imperij; imperioſam, altitudinem animi & libertatis amorem. Quò bellus efficacior, minus cicurari poteſt, minusq; disciplinari, mansuetæ verò animantes, & cicures faciliè formantur ad hominum vſus, ſuauisq; ſibi & dominis viles: ſic homines quos Deus alieno imperio vult ſubefſe, quò magis illis virtutibus præditi ſunt, quæ verum hominem decet, facilius inſtituantur ad obſequium & obedientiam imperij eius, quem Deus ſuperiorem conſtituit.

Populus Iſraeliticus ad eam crevit multitudinem, vt ſuſpecta fieret Ægyptiis. Cum ſexcentorum millium hominum robur non parum terroris potuiſſet incutere Regi, duram & iniquam quamvis ſeruirent ſeruitutem, de rebellando nunquam cogitauerunt: non tamen minus erat facile Deo armare populum ſuum contra Ægyptium, quam contra Canaanem, & illuſtribus victoriis, in libertatem eos aſſerere, quam prodigijs & miraculis. Sed vt Deus offenderet ſe eſſe omnipotentem cæli & terræ Dominum & reſtorem, iubebat quidem ſuum populum liberum dimitti, ſed certo & admirabili conſilio fugere populum ſuum, non concedente Domino noluit. Idcirco toties mittitur Moſes ad Regem, vt ab eo impetraret populi dimiſſionem. Poteſt Deus mandafſe vt ſpero tyranno abirent: ſed publicum ordinem, cuius ipſe author eſt, ſeruari voluit, ne ſerui crederent fas eſſe, fugere dominos, aut in eos inſurgere. Conſtituta in Iſraële republica per iudices, quos extra ordinem excitauit, vbi ſatis ſupplicij dederant, & peccatorum ſuorum, atque in Deum impietatis eos poſtulatebat, à ſeruitute armata manu vindicauit. Sed hoc extraordinarium fuit, vnde lex quæ ſequenda ſit, non eſt colligenda.

Seruire poſteà iuſſi ſunt Regi Babylonio; contra quem rebellafſe non ſunt impune. ſinito tempore ſeptuaginta annorum, quod Deus captiuitati & exilio conſtituerat, in Perſarum & Medorum poteſtatem venerunt, ſine quorum venia, ad propriam remeare patriã, & ſeruitutis excutere iugum non ſunt auſi, Iudicarunt expectandum donec ipſi à rege redeundi fieret poteſtas: in manu Dei norant eſſe corda Regum, qui ea mutat & dirigit quò vult. Poſteris verò eorum qui poſt Chriſti vixere aduentum, ea defuit modèſtia, inuitis enim Deo & hominibus liberi eſſe voluerunt, ac Romanorum excutere iugum: vnde tandem factum eſt, vt propemodum ad internecionem totus populus deletus fit, dum perſuaſionibus Iunij Bruti ſimilium inducſi, in libertatem aſſerere ſe conati ſunt. Si quis obijciat exemplum à me de Babylonica ſeruitute allegatum eſſe particulare, & inde non probari omnibus tyrannis eſſe parendum: nec ego infero, quorumvis tyrannorum ſubeundum eſſe iugum: ſed eorum duntaxat quibus re ipſa Deus aliquem populum ſubiecit. Plauſibile eſt libertatis nomen, & ſuauis eius fruitio, ſi quis ea rectè norit vti: & id eſſe hominibus vtile Deo videatur. Quare cauendum eſt ijs quos Deus ſeruitute aut punit, aut exercet, ne nimio libertatis amore, ſeſe in grauius malum dent præcipites.

Turcorum imperator hodiè more orientalium Regum imperat, & non tantum Rex, ſed Dominus etiam ſuorum ſubiectorum eſt. Si iuſto bello ditiones & regna illa quæ poſſidet, occupafſet, inter tyrannos non ideò d numerandus eſſet, quia quod placuit ei dominium deuictarum nationum, ſibi reſeruaui: ſed initia & progressus illius imperij ſunt huiusmodi, vt à tyrannide excuſari non poſſit. de qua ſtatim quod ſentio declarabo, ſi prius qua nota herilis dominatio diſſerat à regio principatu, & à tyrannide, dixerò.

CAPVT XIX.

Discrimen inter dominationem regiam & horilem.

IN regno nulla vis in tributis, & alijs reip. oneribus interuenit contra cuiusdam voluntatē, & consensum tacitū vel profectum. Pro ratione tēporis pacis, bellicę; tributa, & alia subsidia, noua & vetera, vestigalia, & capitationes exiguntur & remittuntur vniuersali approbante populi consensu. A domino verō imperantur, & capiuntur ab inuitis & nolentib. circa vllā iniuriā non enim opus est vt accedat eorū qui serui sunt consensus. proprietates enim & vsus omnium rerum quas possident ad dominum pertinent, suntque in eius arbitrio, & dispositione.

Si queritur nū Rex non idē ius habeat in fortunas suorū subditorum; respondeo habere quidē, si id regni aut ipsius personę extrema quaedā atq; extraordinaria exigat necessitas: aliās minimē. Lege Dei & iure gentiū fides in omnibus rebus, dictis, & factis, seruanda est semel concessa, data, transacta in perpetuū duratura, irrita fieri, aut reuocari non debent à Rege, nisi fortē causę adfint, quibus illa omnia debeant cedere, qualis est (vt dixi) extrema quaedam reip. necessitas. In herili dominio hac consideratione nihil opus est. Gratia exempli, Achabo nō licuit Nabotum vineę possessione deturbari: nec Dauidi possessiones suorū subiectorum inuadere, aut aliās exactionibus, & tributis non necessarijs gravare. At Ammonitarū, & Edumæorum (quorum erat dominus) agros & possessiones in sua potestate habebat: & ea auferre, mutare, conferre, à quibus, & quibus, & quādo lubebat, iure gentium potuit, vt pote victor, qui victis tributa inuitis & nolentibus imponere, etiam si ipse nō egeat, potest: sed horum nihil pro libidine, sine iusta causa. Quāuis in seruitute non spectatur domini necessitas, sed vtilitas: & seruitus referatur ad vtilitatē dominicam abesse debet crudelitas. At in libera subiectione, & officijs Regi, & regno debitis, in consideratione veniunt Regis dignitas, & publica necessitas. Dominus cauet, ne populus quem seruire oportet, opulētia lasciuat, & fretus diuitijs nouas res moliat. Rex studet suorū subditorum commodis: vt securi ab hostibus pace, & omnium rerum copia fruantur.

Huius seruitutis status, & conditio paulō antē notata fuit: cuius & 18. cap. lib. 2. Reg. v. 31. 32. exempla, in abductis decem tribubus in Assyriam, & Iuda in Babylonem, habemus. Hęc seruitus cōmunit fuit tunc temporis omnibus deuictis populis: quorū alij durius, alij clementius tractabantur. Diuersa tamen ista seruitus debet intelligi ab ea quę est mancipiorū, in quibus iura & leges nullam ciuilem actionem concedūt. poterant enim isti vendere, emere, dare, legare, permutare merces, seiplos ac sua obligare, vocare in ius, & causam dicere, accusare item & defendere: sed erant veluti relegati ad certa quędam inhabitanda loca, vnde migrare non licebat: & ad quoduis domini ministeriū quod imperasset, tenebantur obligati. Nō admodū dissimilis hęc erat cōditio, seruorū, qui glebi sunt adscripti.

Hoc domini genus cūm verbū Dei nusquā tyrannidis accuset, nisi vbi seruitus aut immerentibus imponitur, aut durior quā in æquum est imperatur, damnare magnę est, ne quid grauius dicā, temeritatis, & imperitię. Nunquam ita viri Dei prophete, aut apostoli iudicauerunt, non theologi, non iuriscōsulci nisi quos animi aliqua perturbatio in hunc errorē induxit. Ex aere belli seruitutes natae sunt, in quo nihil fortuito, aut casu accidit. Dominus exercitiū bellorum est director: & in hostiū potestatem tradit, quos morte, aut captiuitate sue exereendos, sine pœnando iudicat. In victoris potestatem venit victus, & quę sunt eius omnia: quę

aut vendere, aut sibi retinere potest, & corporis vti seruitio, ad quodcunq; volet obsequium, quod ei negare religio & æquitas ratio non sinunt, quamdiu nihil imperatur quod sit impium, aut iniquum.

Initia ferè regnorū omnium huius ætatis cœpere à dominatione, aut iusto bello parata, aut tyrannide nata. Sed clementiâ Regum, & Principum Christianorum violenta cessarunt imperia, & seruitutes abolitæ sunt, & in civilem & liberam subiectionem commutatæ. Cuius beneficij memoriam perpetuam retinere siles gratosq; populos oportet, non abusi principum gratia, & beneficio, ad subiciendum eos arbitrio eorum, quos in perpetua retinere seruitute, si libuisset, poterunt. Si dedicatione facta certis legibus conuentum sit, nec hoc potestatem facit illius populi maiorem eâ, quæ est victoris principis, ad cuius fidem confugere metus maioris mali coëgit. Si mihi res esset cum ijs qui Christianis credunt bellare non esse licitum, de bellorum æquitate ac necessitate pluribus mihi esset differendum, & quæ sint iura belli explanandum. sed hæc tota disputatio instituitur contra eos, qui classicum canunt, & populum, inferioresq; magistratus ad arma vocant contra suos principes: populisq; potestatem supra ipsos Reges extendunt, & omnia regna in Democratias, & Aristocracias transformant.

CAPVT XX.

Regia dominatio suam quandam similiter adfert seruitutem.

Quod subiectionem liberam posuimus sub Rege, seruilem sub domino, non ita velim accipi, quasi regium imperiū seruitutem nullam adferat, quantum enim à paterno regimine recedit, tantum ad dominationem vergit. Regi subijci, seruire est; & passim in verbo Dei subiecti vocantur serui. Omnes liberi populi rem quoq; ita accipiunt. Nec hoc cuiquam mirum videri debet, aut contrarium ijs, quæ diximus. Nam & vxor marito, & liberi parentibus seruiunt, & homines liberi mercede alijs famulantur. sunt enim hæc diuersa seruitutis genera: & alia est seruitus, quâ subijcitur Regibus, alia quâ serui in potestate sunt domini.

Eam quæ sub Regibus futura erat, Samuel exposuit populo petenti Regem: *Ius (inquiens) regis qui imperaturus est vobis hoc erit: filios vestros tollet, ac ponet in curribus suis, facietq; sibi equites, & præcursores quadrigarum suarum, & constituet sibi tributarios, & quinquagenarios, & aratores agrorum suorum, & messorum segetum, & fabros armorum, & currum suorum, filias quoque vestras faciet vnguentarias, & focarias, & panificas, agros vestros, & vineas, & oliuæ optima tollet, & dabis seruis suis. Sed & segetes vestras, & vinearum redditus addecimabit, vsq; det Eunuchis & famulis suis. Seruos etiam vestros, & ancillas & inueniet optimos, & alimos, auferet, & ponet in opere suo. Greges quoque vestros addecimabit, vosq; eritis ei serui. Et clamabitis in die illa à facie Regis vestri quem elegistis vobis, & non exaudiet vos Dominus in illa die.* Sunt qui non hic putant legitimum ius Regis describi, sed oppressiones & iniquas exactiones tyranni: ego vtrumq; primum ius sibi, quotiescunq; iusta causa esset futura Regibus hæc quæ recententur exigendi: & simul tyrannidem, quando temerè ad luxum, & auaritiâ Regum, & aulicorum satiamdam extorquerentur. Ius sibi communis theologorum & iurisperitorum sententia probat, illud ergo prætereo, tanquam minime controuersum.

Quicquid hic à Samuele commemoratur, à Dauide & Salomone factum legitimus; & fieri à laudatissimis principibus nemo sanus damnat, quotiescunq; aut regni publica, aut ipsorum priuata postulat necessitas. Quomodo enim bello

rempe.

temp. defendat, & subditis factas iniurias vilescitur, nisi nullam subditis imperare possit, & delectum habere militum: & ad sarcinas aliaq; impedimenta transferenda, populi vehiculis & seruis & iumentis uti? Præterea cum more aliarum gentium sibi dari Regem peterent, sine illis opibus & ornamentis, quibus regia illustratur maifestas, esse nõ debuit. Aule magnus est apparatus, & famulitium magnum, & splendidum. Sordebat iudicium frugalitas. Regium splendorem ad existimationem suæ potentia: terrendis hostibus, & totius gentis honorem, apud vicinos necessarium arbitrabantur, se contemni credebant, quia Regem nullum habebant. Et profecto ita res est, si ingenia hominum spectemus, qui Deum nõ respiciunt, sed à rebus externis pendent, regia ornamenta purpuræ, auri & gemmarum sunt necessaria, sine illis enim regia apud vulgum vilescit authoritas. Vanitas humani ingenij rebus vanis pascitur, & mouetur plus quàm veris. Qui Regē vult, & quibus habere est vtile, & necessarium, horum sumptuum ferre partem necesse est. Quod agros, & vineas, & fundos esse usurpaturos Reges prædicuntur, id ex multis regio fisco adiudicandis est intelligendū; sicut apparet ex Nabothi historia, cuius vinea Achabus eo inuito inuadere noluit, aut eū vi possessione perturbare, sed oppresso per caliniam Nabotho vinea iure fisci ad Regē est deuoluta.

Hæc futura populo assueto libertati grauias & molesta propheta præuidebat, qui tandem concludit ipfos fore seruos, respiciens tam ad iustas seruitutes, quas subiecti omnes debent suis Regib, quàm ad iniquas exactiones malorū Regū, qui medicritatem in ea reseruaturi non erant. Salomon tamen discrimen magnum constituit inter Israëlitas, & denicatas nationes, quas ipse, aut ipsius pater tributarias fecerat, & loco seruorum habebat. *De filiis autem Israël noluit seruire quemquam* (ait scriptura) *sed erant viri bellatores, & ministri eius, & principes, & duces, & perfecti curruum, & equorum.* Magna tamen oportet fuisse tributa, quæ Salomon populo suo imposuit, quando defectionis occasionem decem tribus inde acceperunt. Imperata tributa illa fuerint autoritate regia, an impetrata à populo, scriptura incertum reliquit. Nulla est res quæ ad defectionem citius populū excitat, quàm extraordinaria tributa, & grauiora quàm aut possit, aut velit ferre. hic inprimis (sicubi vsquam) prudentia Regibus opus est, ne nimis suum ius vrgant, aut latius, quàm par est, extendant, si beneuolentiam & amorem subiectorum velint retinere.

Sed Reges & Dominos cauere oportet, ne grauiora õnera subiectis, aut seruis imponant, quàm commodè ferre possint, alienum hoc est ab humanitate & clementia, siquidem nec auias, nullius clitellarijs maiores sarcinas muliones imponunt, quàm eorum vires ferendo sunt pares: multo minus hominibus, qui eisdem confortes sunt nature hominem iniquum esse conuenit. crudeliterat in belluas Deus omnium creator in lege sua improbat, qui seruitutem tamen admittit, modò ea sit iusta & clemens, qua mensura quis mensas proximum suum fuerit, eadem metietur ei.

Marcus Antonius triumphat per luxum ducentis talentorum millibus, quæ ab Asiaticis acceptas abstulit, exhaustus pecunia, altera ducenta millia imperabat. Ibi Hybræas quidam orator nobilis huiusmodi oratione vsus esse dicitur. Si potes (inquit) õ Antoni alterum vestigal eodem anno exigere, illud etiã posse te æquum est, binas vt ætates binõsq; etiã autumnos habeamus, ducenta tibi talentõ millia Asia jam pependit: hæc si tu non accepisti: exige ab ijs qui acceperunt, sin cum acceperis jam non habes, quid nunc cause est, quin ipsi perierimus?

Hoc sermone magno pre flexis Anonium Hybræas, cui acquieuit, & exigere nomen vœtigal desinit. Magnum quidem discrimen Regem facere continent inter liberum populam, & eum cuius ferociam armis domuit, & in iustam seruitutem rededit; na tamen vt humanitatis, & clementie vbique & semper meminerit, & se hominem vti hominibus, non belluis. Reges scire conuenit se patres esse suorum ciuium, & eam erga subiectum populū charitatem retinendam, quæ est parentum erga liberos, quos omnibus in rebus quantum possunt iuuant, & ipsi quàm sibi plus thesauriant: de quorum salute, opibus, & felicitate non minus gaudent, quàm de sua. ad celsitudinē & nobilitatem pertinet imperij, libere imperare hominibus, qui amore, non seruis, qui coacti timore parent. excessi est animi malle amari quàm metu. amor studio & benevolentie coniunctus est, timor odio & inuidia. Quidquid alij arguentur, amore nullum validius est vinculum, timore nullum imbecillius, malis diuturnæ castis custos est timor.

Herile dominium eo infirmius est regio principatu, quòd illud seruorum metu contineatur, hic charitate ciuium. id dico, vbi populus seruituti non est adfectus, nec salutis eius interest seruire. Nam ijs qui ad seruitutem iam olim occalluerunt, & consuetudo eius sensum abstulit, & tempore reddidit suauē, ipsa sub moderato domino libertate, populari est potior. Sed si res ipse spectentur, quemadmodum de Regum imperio dixi, illud tantum ad dominationem vergere, quantum à paterna recedit charitate, tamē propriè dominatio non est. idē de herili dominio dico, quantum à regiā clementiā recedit, tantum inclinare ad tyrannidē. tyrānis tamen nec est, nec dici debet, si legitime parata est, & se intra iuris limites cōtinet.

Tria igitur hæc moribus, & legibus distincta sunt, regis principatus, herile dominium, & tyrannis. priora duo constant æquitate: sola tyrannis cum iniuria coniuncta est. Itaq; audito quid inter Regem, & herilem dominum sit differentie, & quæ diuersitas sit seruitutis sub vtroq;, de tyrānide nunc nobis differendū est, vt quid sit nouerimus, & quantum distet à rege, & domino, tyrannus.

CAPVT XXI.

Quid tyranni vocabulum significet.

Tyrāni vocabulum sunt qui deducti volunt *ἀρχὴν τυραννίδος* & *τὴν ἰσχυράν*, quasi sit *τύπος* & *τύπος*; ab arcibus & turribus, in quibus Reges & tyrāni habitare solent. odiosum apud veteres non fuit vocabulum, nec iniustæ dominationis, sed honoris appellatio. ijdem enim fuere Reges & tyrāni. Plato in literis ad Dionysium, eum tyrannum salutat: & ipse eodem se inscribit nomine: & Virgilius *Aeneid.* 7. de *Aenea*, quem & Regem & pium appellat, canit:

Pars mihi pacis erit dextram vestigisse tyranni.

Cur autē postea nomē tyranni in odium venerit potius quàm Regis, & hoc blandius illo est factum, cum poëtarum vetustissimi passim Reges vocent *ἀρχαίους* & *δυναστεύους*, nulla certa causa potest adferri, præter hanc vnam, quòd vsus, quem penes arbitrium est, & vis & norma loquendi obtinuerit, vt tyrannus crudele quiddam, ac inhumanum significaret, & lenius Regis nomen sit visum, quemadmodum vtriq; vocabulo promiscuè olim significabantur ij penes quos rerum erat summa potestas omnibus soluta legibus.

Erant qui tum demum regis & tyranni nomen putant cepisse fieri diuersum, quando quidam eorum legibus subijci cœperunt, (quod nunquam in vera monarchia factū est) qui soli reges dicti sunt, & ijs qui solui manserunt, tyrāni: sed quando regia potestate abijt, & eam per scelus inuadere nullus fuit metus, illi,

qui

qui iniuria grassabantur soli tyranni, qui moderatè se gerebant, vñ & consuetudine reges appellati sunt. Vndè Seneca lib. 1. *De Clementia ad Neronem* ait, Tyrannum distare à Rege factis, non nomine. species enim ipsa fortunæ, ac licentiæ par est, hoc est, uterque solutus est legibus.

CAPVT. XXII

Tyrannidis mala definitio resollitur.

Tyrannidem definiunt, aut definire vulgò creduntur Plato & Aristoteles, *Vnius dominationem referentis omnia quæ agit ad suum commodum.* Quæ definitio non mihi probatur duabus potissimum de causis. prima est, quòd plures æquè possunt exercere tyrannidem, ac vnus: deinde cum Princeps queat citra reip. iniuriam, omnia quæ agit ad suum referre commodum, hæc nota non satis apta videtur, quæ constituat discrimen inter Regem, & tyrannum, nisi aliud quippiam accedat, quòd sit atrocius.

Tyrannidè verò à multis exerceri, tres viri Romani docent, & exemplo ipsæ Athenæ esse possunt, quæ crudeliter tyrannidem passa est sub triginta tyrannis, quam vnquam antea sub ullis regibus. Et apud Lacedæmonios, nullus Rex sæuiorem crudelitatem exercuit Ephoris. Cùm itaq; plures æquè ac paucos inuadere contingat imperium fraude, dolo, vi, aliisque malis artibus, ac in conversari cum iniuria, & ciuium oppressione, totidem sunt formæ tyrannidis, quot esse constat bonæ & legitimæ gubernationis. Ea quidem prima est species, quâ vnus aut per scelus acquirit imperium, aut benè partù crudeliter, & iniquè administrat, aut vtrumq; Secunda, paucorum iniqua dominatio. Postrema vniuersi populi, in quo peior pars vincit meliorem, tenuiores & pauperes ciues cum numero superent, ciuitatem totam non raro trahunt quòd ipsis lubet: & ditionibus, ac melioribus dum inuident, ex eorum oppressione & damnis sua quærunt commoda. Postremæ istæ tyrannides tanto grauiores sunt, quo intolerabilius est à pluribus opprimi, quàm ab vno, & remedium aduersus iniuriam difficilius.

Tyrannides definiti eorum qui imperant comodis, vel vnius Regis in monarchia, aut optimatum in Aristocratia, aut multitudinis in Democratia non intelligo, nisi etiam addatur aut intelligatur violatio iuris, & detrimentũ totius reip. & aliorum ciuium iniuria. Alias omnes ferè, quot quot ab orbe condito (paucis exceptis) rerum tenuere gubernacula, tyrannidis (quòd graue est) ierunt accusandi. Non ignoro fuisse viros qui neglectis rebus suis, cum earum iacturâ, & propriæ etiã vitæ, summam salutis, & vtilitatis publicæ habuerunt curam, quam est fateor esse oportere primam, & præcipuam tam in regibus, quàm in omnibus alijs, penes quos summum imperium Deus esse voluit, aut qui aliquo funguntur in rep. magistratu: non tamen statim inter tyrannos numerandi sunt, qui hanc tantam tamq; raram virtutè non sunt perfecte consecuti, quamdiu à vi & iniuria ciuium se continent, nec vilius magni mali causam cuiquam rerum suarum studio, aut sua ignauia adferunt. Cicero ac alij quamplures *Suicis* hyperbolis delectati magnificè, & vt decet philosophos de virtute loquuntur: quæ leuiori interpretatione ad communem vitam transferendæ sunt. Magna est virtutum & vitiorum inæqualitas, quemadmodum pares virtutes non sunt, ita nec æqualia sunt omnia peccata. Verum quidem est & iustum, quòd Platonem secutus ait Cicero, *Eos qui reip. præsumt, ad ciuium vtilitatem se teneri, vt quicquid agant, ad eam referant, obliuisci suorum commodorum.*

commodorum. Et tertio de finibus; vir bonus & sapiens, & civilis officij non ignarus, utilitati omnium, plius quam unius alicuius, aut suæ consulit. nec magis vituperandus est proditor patriæ, quam communis utilitatis & salutis defensor, propter suam utilitatem aut salutem: esse quo laudandus sit, qui mortem pro repub. appetat. hæc acutè & præclare dicuntur, sed parùm accommodatè ad naturæ humanæ imbecillitatem, & corruptionem morum quæ inter homines obtinuit. Tyrannus quidem omnia quæ agit ad suum refert commodum; sed non idcirco quisquis omnia ad suum refert commodum tyrannus est. Nemo est fur, aut fœnerator, aut peculator, aut sacrilegus, nisi qui avarus est: tamen inde non fit cōsequens, eum qui pecuniæ est avidior, aut furem, aut fœneratorem, aut sacrilegum esse. nam sordidus & tenax esse potest, qui rem habet lautam & amplam, in quem nihil horum verè dici potest.

Patriæ proditio, & violatio principis, execrandum crimen est in ciue & subdito, sicut in rege est tyrannis. sed non quisquis sibi, aut alicui priuato potius studet, quàm reip. aut Principi, statim in crimen, aut proditionis, aut læsæ maiestatis incurrit. ipsa ergo res ponderanda venit: nempe quæ, & quàm atrox. Nam non quoduis præteritum à ciue reip. commodum, aut acceptum per eius negligentiam damnnum, sicut nec quæuis Principis offensio, pondus habent aut patriæ proditionis, aut læsæ maiestatis. ad legum enim civilium rationem hæc exigenda sunt, non ad Philosophorū præcepta, aut diuinas regulas, quibus conscientiæ instituantur, & perfecti formantur mores. Quocirca idem dico de regibus, & cuiusvis reip. Principibus: Iniquum nempe esse negari regibus, quod ciuibus indulgetur. Omnes enim vulgò videmus esse suarum rerum magis studiosos, quàm aliorum aut reip. At regis est pluriæ facere utilitatem publicam suis commodis. Fateor; & quod amplius est, addo, cum vitæ suæ dispendio salutem publicam debere redimere. Sed hæc patriæ charitas infimos pariter ac summos obligat. quis enim est qui non seipsam torum, & vitam suam debeat patriæ, & suo principi, si res postulet? Quisquis igitur publico bono suum præfert, siue rex sit, siue ciuis, siue subiectus, eius peccatum non excuso, sed odiosius, quàm æquum est, non excuso. ex ipsa enim re faciendum de crimine est iudicium.

Denur regi proceres, detur populus, qui posthabitis suis commodis tantum regni regisq; sui quærant emolumenta, & qui nullos honores, nullasopes sperent à rege, aut à republica, præmia laborum suorum pro salute publica, quibus hoc vnū sit præcipuū præmium, in re honesta placuisse Principi, & publicæ profuisse utilitati (hoc enim æquè iustum est præstare ciues & subiectos, ac regem tantum spectare temp.) & ego similiter regem illum tyrannum definiam, qui cum subditos habeat tam fidos, tam ipsius amantes, tam sollicitos ne quid ei depereat, aut quicquam desit, sua nihilominus plius quam subditorum quærat commoda. Sed quia non cum perfectis viuunt hominibus; præclare nobiscum agitur, si contingat cum illis viuere, in quibus harum virtutum, & aliarum quæ tuendæ hominum societati sunt necessariæ, quædam apparent simulachra. civiles actiones ad perfectam virtutis normam non sunt examinandæ.

Quemadmodum igitur nemo perduellis haberi vult, aut damnari maiestatis, qui sua commoda pluris facit, quàm sui regis & reip., & qui non plius gaudeat, quicquid exterius simulet, dissimulet, quod publicum obeat munus, propter

propter utilitatem quam inde sperat, quàm quòd prodesse poterit reip.; bonus tamen civis & fidus suo principi subiectus habetur, quamdiu se intra legum fines continet: sic idem regi dari æquum est, nec tyrannus habendus, propterea quòd omnia referat ad sua & familiaris suæ còmoda potius quàm reipublicæ, quamdiu id citra cuiusquam facit oppressionem, & iniuriam.

Esto igitur: potius administrationis regni scopum habeat rex suum, & suæ familiaris commodum, quàm civium; peccat quidem dum aberrat à vero, qui esse debet, virtutis sine: sed quamdiu nemini nocet, nemini iniustam vim infert, tyrannus dici non debet. Differt rex à tyranno factis, non animo, aut intentione, discrimè ea facit apud Deum, inter probum regem & improbum. Animus, & ea quæ intus versat, ac intendit, Dei solius sunt referenda iudicio. Apud homines qui ex virtute vitam instituunt, boni viri nomen non merebitur: sed tyranni vitant infamiam. Quemadmodum civis amans honesti, semper publici commodi studiosior erit, quàm privati, nec ex iniuria akerius emolumentum captabit: multo minus rex cui virtus cordi erit. Tamen cum proprias commoditates nemo civis negligere teneatur, quin siuctum possit sperare & percipere, qui iure ex quovis honesto labore, etiam ex magistratu (si quo fungitur) prævenit, similiter rex, absque vlla infamia utilitatem capere potest quæ regni iura adferunt. Quòd si sola Lucri cupiditate feratur, à virtute quidem aberrat: sed quamdiu à vi & iniuria abstinet, tyrannus non est. Non enim Reges magis sibi subiectis civibus secundùm virtutè tenentur vivere.

Charitas Christiana non querit quæ sua sunt, sed ab ea eiusq; perfectione quantum homines absunt, tantum sui amorem dominari necesse est. Divinus ille homo sit oportet, qui se, non sua commoda, suamque gloriam præferat aliorum, imò totius reipublicæ. Plerique omnes qui ad rempublicam accedunt, aut opes aut honores habent sibi proposita præmia: quorum si è reipublica spem tollas, perinde facies, ac si supplicia, & poenas tollas, atque sine spe & metu, sola virtute iubeas homines vivere, quod optandum magis est, quàm expectandum.

CAPVT XXIII.

Alia definitio mala tyranni confutatur.

NEc illa mihi placet definitio, quæ tyrannum nominat eum qui principatum non voluntate populi, sed vi inuadit, vel fraude intercipit. Iusto bello supra docui principatum acquiri, & vi, atque iniuito populo iure occupari. Sæpe legitimus hæres regni, aut dominus iniquitate populi electus, cogitur bello, aperta vi, dolente regnum recuperare, inuadere, intercipere, & retinere.

Satis mirari nequeo in scriptoribus, qui potestatem regiam aut penitus sublata, aut diminutam, aut ad populi redactam arbitrium volunt, eos ita loqui, ac si semper populus esset *imperans*, reges verò nunquam; & soli reges iniuriam populo facerent, & populus regibus nullam.

Est & hoc absurdum, quòd quidam tyrannos legitimos fuisse disputat, nempe Dictatores apud Romanos, Æsymctas apud Græcos: tyrannos quia legibus potentiores erant; legitimos, quia populi consensu electi. Quàm hæc sibi consent, vt idem principatus dicatur legitimus, & tyrannis, quem ipse illegitimum principatum definit; videant alij. Ego Dictaturam nunquam tyrannidem à Romanorum sapientissimis dictam audiui, abusum

quidem illius potestatis in tyrannidem abiit, sed nullo populi, aut senatus consensu. Si populi salus summa lex est, quando ea Dictatorem postulauit, qui rectè ad reipub. utilitatem Dictatura usus est, nullo modo tyrannus dici debuit. Si idcirco quia legibus erant potentiores Dictatores, fuerunt tyranni, & hoc sit esse tyrannum, esse legibus potentiorum, iusti quibus lex nulla constituta est, & omnes primi reges gentium, quorum arbitria populis pro legibus erant, fuerint tyranni.

Nec minus illud absurdum est, quòd idem author populi suffragijs legitimum & illegitimum metitur imperium, tanquam populi voluntas in hac re iuris & æquitatis sit regula, & regna populi sint beneficia, non solius Dei dona. Discrimen inter regnum & tyrannidem constitutum à Socrate apud Xenophontem mihi magis placet. βασιλεία ἢ ἐπικρατία ἀρχὴ πῶς ἴσθι, διαφέρει ἢ ἀνάλογον εὐμῆς, πῶς δὲ τὸ ἐπιβουλεύοντες αἰδέσθων, ἢ ἐπὶ νόμους ἢ πάλιν ἀρχῆς, βασιλεία ἴσθι, πῶς ἢ ἀέτιον, ἢ μὴ ἐπὶ νόμους, ἀλλ' ὅπως ὁ ἄρχων ἐβλάτω επικρατία. Hic videmus in legitimo regno præter populi consensum, ius legum requiri, à quo si deuiet populus, non regem sed tyrannum ipsius consensus facit. tyrannidem non constituit Socrates in eo tantum, quòd principatus inuaditur, aut tenetur iniuris ciuibus, sed addit contra leges, vt tyrannis iudicari non debeat principatus inuito populo iure tamen occupatus, sed is tantum qui contra leges inuaditur, & contra leges administratur. Quamuis enim legum vinculis non astringamus regem, vt pote qui ipse sit summa quædam lex, & omnium legum fons, & moderator; non eò valet, vt leges iuraq; protecat, sed vt ea conseruet, ac tueatur.

Neminem moueat quòd Socrates in vtraq; definitione duo quædam diuersa ponit, reges & consensum populi; quasi reges legitimi esse nequeant, quantumuis regnum iure ipsis debeat, nisi accedat populi consensus: & illud demum ius sit, quod populus ratum habet. sic enim superflua foret clausula adiecta, ἢ ἐπὶ νόμους ἢ πάλιν. Vir sapiens quum populi malitiam, leuitatem, & petulantiam non ignoraret, & quàm rarò quod bonum est probetur multitudini, non ausus est legitimum regnum consensu populi definire: sed consensus vagam libertatem sustulit, quando eam intra legum, iurisque cancellos includit. abundat igitur (inquies) quod de populi consensu insertum est; minime. Quoniam ad officium populi pertinet, in eum consentire regem, quem leges, iuraque ipsi dant.

Præterea non exacta regni, vel tyrannidis definitio ibi traditur: sed quid regno, quid tyrannidi sit proprium, & qua in re differant, indicatur. Xenophonticus Socrates hanc de populi voluntate habuisse non videtur opinionem, iuri & legibus eam semper fore consentaneam: vsu rerum aliud competentum habebat. Quare in regno aut in tyrannide non est spectanda quæ sit populi voluntas: sed quid ius velit, & quid leges statuant. In prophetis & sacra historia notaui creati tyrannos, quando sua fretus autoritate neglecto Deo populus regem sibi elegit. Ingenium populi ignorasse mihi videntur, aut saltem illud ipsis non venisse in mentem, qui tantum populo tribuunt. Graue crimen tyrannis est, nec eius labes temerè cuiusquam principis aspergenda nomini.

Reges homines sunt, vt alij mortales, qui in suo munere labuntur, quod ipsis tanto procliuus est, quo locus in quo stant, est pronior in casum: atque eò magis

magis lubricus, quo plures eos circumstant ad peccandum illicebat. multa concurrant oportet terrima flagitia, antequam regia maiestas tyranni commaculetur infamia.

C A P V T XXIII,

Quis verus tyrannus, & quid sit tyrannus, & quot ejus partes.

Tyranni extremum significat omnis iniuriæ & crudelitatis, collucis omnium flagitiorum & scelerum est, ex quodam incurabili morum & ingenij morbo contracta, in totius reipublicæ perniciem proruens: vt vulgò omnes hortescant audito tyranni nomine. tyrannis enim tota est *tyrannia* *reipublicæ* est conflata.

Extat tyranni elegans descriptio apud Platonem in 8. & 9. Dialogis de rep. cuius hic paucis summa capita tangam. Tyrannum necessariò esse, fierique propter imperium, insidum, prodigum, profusum, libidinofum, auarum, iuris & legum contemptorem, populi oppressorem, ferum, crudelem, impium, sacrilegum, nemini amicum, qui in perpetuo versetur metu, qui oderit bonos, suspectosque habeat, fauceat aduleturque malis.

Aristoteles in Ethicis disputat, quasdam esse virtutes, quæ communem mortalium facultatem superant, & paucis quibusdam, ac in primis Deo charis contingunt hominibus, easque Heroicas vocat: quibus non solum in hac vita ad tempus homines nobilitantur, sed supra cæterorum hominum sortem euehuntur, atq; in Deorum referuntur numerum, eorumque memoria immortalitati consecratur. Et contra flagitia quædam similiter inueniri, à quibus omnes natura abhorrent, & qui ea perpetrât, omni se humanitate exuunt, degenerantq; in feras, & in quædam naturæ monstra: adeò vt inter huiusmodi homines, & forocissimas belluas, ac reprobos spiritus parum, aut nihil intersit.

Quemadmodùm igitur rarè illæ & diuinæ virtutes, homines ad cælos euehunt, & faciunt vt vniuerso orbi sint admirationi: sic tetra illa flagitia, & humani generis pestes, suos autores Deo & hominibus exosos reddunt, eorumq; execrabilem memoriam. ad hæc extrema non peruenitur, nisi per media, nam vt nemo sit repente optimus, ita nec turpissimus. Sed sicuti eximie, ac diuinæ cuiusdam virtutis Princeps, quem inter Heroas referas, rara quædam res est; similiter deploratæ, ac perditæ nequitie, qui tyrannus haberi mereatur, infrequens, nesciunt enim homines omni ex parte boni, aut mali esse, vtrumq; esse volunt, prout ipsos cupiditates diuersè trahunt.

Sunt tyrannidis plures partes, & variz formæ; nec vna in re semper versatur. alius alio tyrannus est immanior. Prima tyrannidis pars est immodicum excellendi supra cæteros omnes desiderium. Secunda omni pudore posthabito contemptus iuris & honesti consequendæ gratiâ dominationis. Tertia, crudelitas & contumelia. Quarta, luxus & profusio in cibo, potu, venere, largitionibus in voluptatum ministros, vestitu, lusu, atque opum & diuitiarum insana ostentatione. Quinta, iniusta bella, ac tam vicinorum quam ciuium iniquæ oppressiones. Sexta, inexplebilis plura habendi cupiditas, vnde varia exactionum genera, noue rationes vndique habendæ pecuniæ, & sacrilegia. Postrema, qui supremus est gradus omnis nequitie, est intolerabilis fastus, atque in Deum impius. Ex his partibus, veluti quibusdam membris, perfecta tyrannis absoluitur: quæ contra naturam omnium rerum, quæ symmetria iustarum

partium pulchritudinem nasciscuntur, maiorem turpitudinem ex complemento harum partium contrahit, & deformior ac monstrosior efficitur: & ex earum defectu, deformitas, ac turpido imminuitur.

CAPVT XXV.

Primus ad tyrannidem gradus est supra ceteros excellendi amor.

HÆc ut fiant clariora, pluribus rationibus, & exemplis rem paulo fustius explicabo. De prima tyrannidis parte Cicero hanc habet sententiam notatione valde dignam. *Ut quisque (inquit) animi magnitudinē maximè excellit, ita maximè vult princeps omnium esse, vel potius solus esse: difficile autem est, cum præstare omnibus concupiueris, seruire a quietatem, quæ est iustitiæ maximè propria.* Enthusiasmo Cicero hic euectus pestem totius humani generis ac calamitatis nostræ fontem attigit. Excellentie enim dulci veneno primus parens illectus, æqualitatem Dei concupiuit: quam assequutus solus esse Deus voluisset. Non alio peccato diabolus è cælo corruit.

Quam malè consulunt ciuitati animarumq; saluti, qui gloriolis pueritiam inebriant, & honoris cupidine tanquam aculeo ad virtutem incitandam censent adolescentiam: ac si nemine etiam impellente non satis ipsi vltro prauitate naturæ eò proruiamus. Nihil est quod virtutem magis enervat cupiditate honoris & gloriæ, ipsa sacrilegè Deum debita pietate fraudat, & dum charitati nullum relinquit locum, omnem virtutem contaminat. Qui puer didicit, eminare supra ceteros esse pulchrum, & ab alijs superari turpe; cui non inuidebit adultus? vitata crudelitate, & sæuitia, quæ teneram ætatem in desperationem agit, & non tam flecitur quàm frangit, prima cura esto ei, qui primam adolescentiam vel pueritiam formandam suscipit domandæ ferociæ, qua contra Deum & homines efferrantur homines. instillantur modestiæ & humilitatis præcepta tenellis animis: doceantur præferre se nulli, aliorum obsequi studijs, melioribus cedere, & eos admirari ac sine inuidia imitari.

Excellenti amor, & studium certissima pestis est mortalium: qua non tantum nobiles belli duces abripiuntur, sed quotquot aliqua in re eminere soli cupiunt, quicumque illi sunt, siue Philosophi, qui acutè de virtute disputant, siue sint theologi, religiosi, & sanctuli, nihil interest, qua in re quis solus appetat videri, pulchrumque ducat digito monstrari ac dici, *hic est ille.* Quacumque in re quis alios omnes ambitiosè vincere cupit, siue id sit in sacrorum voluminum interpretatione, siue in ipsa vitæ externæ sanctimonia & religione, improbus est, quia cum alijs æquitatem nunquam seruabit. ab hoc hominum genere odia, & æmulationes, bella, & dissidia nascuntur: inuentæ ab eo sunt arma ferro nocentiora, calami tincti virulentia, quibus non secus armanatur in suam, & aliorum perniciem, quàm ferro barbari milites. Et isti sunt qui ecclesiam, & respublicas scindunt in sectas, & factiones, ex quibus innumera mala sequuntur quæ hinc narrare longum esset, notasse satis est. hac via certum est ad tyrannidem quandam aspirari, quatenus ea honoris contentio iustitiam non seruat, & eminere sola desiderat. Hoc modo à duobus episcopis Romano & Constantinopolitano tyrannis vniuersæ ecclesiæ exitialis inuecta est. & hæc de prima tyrannidis parte dicta sufficiant.

CAPVT

CAPVT XXVI.

Regnandi gratiâ inris violatio secundus ad tyrannidem gradus.

QUæ deinde sequitur est impudens legum omnîq; iuris contemptus regnandi gratiâ. Quam impudentiam elegâter in persona Ateoclis Euripides expressit, quando eum introducit impudenti ore sic loquentem *ὁ μὴ γὰρ ἀδυνατὶ γὰρ, τυραννίδος ἀπὸ γούνοιο ἀδυνατὶ, τίνα δ' ἄρκον γὰρ.* quos versus Latinè Cicero sic reddidit, *si violandum est ius, regnandi gratiâ violandum est, ceteris in rebus pietatem colas.* Quod si verum est, ea impudentia fuisse Cæsarem, ut hos versiculos semper habuerit in ore, atque ita fuerit comparatus animo; quæ per necessitatem gessisse videri potest, excusari non possunt a tyrannide.

Plutarchus ait, quemadmodum Geometrarum non omnia docent, sed quædam sibi dari postulant, quæ vocant *ἀρτήματα*; ita tyrannos desiderare quædam sibi etiam esse concessa: quorum vnum est hoc quod modo diximus *ἀπὸ γούνοιο ἀδυνατὶ*, aliud *ἀναγνῶσις τῶν ἀδύνατον*, & alios quosuis, ut ne ipsi quidē progenitores sint liberi. Quid multis opus est? qui ita sunt affecti obtinendi retinendiq; regni causâ, violare omnia iura diuina, & humana, sibi fas esse volunt.

CAPVT XXVII.

Quæ sit tyrannorum crudelitas.

ET hinc nascitur, quem tertium dixi gradum, in homines immanis crudelitas, & de qua mox dicturi sumus, in Deum impietas. inuisi sunt tyrannis quotquot ipsis obstare credunt: ut sunt ad quos regni ius pertinet, aut quibus displicet per scelus occupatum imperium; omnes denique à quibus se magis memi, quàm amari sciunt.

Abimelech septuaginta suos fratres interfecit potiundi regni causâ; quod ipsius pater modeste recusauerat vltro sibi oblatum. Abfolon dominandi libidine incensus patri non pepercit, cui & vitam simul cum regno eripere conatus est: quod scelus perfecisset, nisi Deus hominem in ipso conatu opprefisset. Saul postquam à Dei spiritu destitutus in tyrannum degenerauerat, crudele odium in Dauidem de toto Israële optimè meritum concepit, & optimo viro genero suo mortem machinari nunquam dum vixit destitit, implacabilis est tyrannorum ira. Qui vetante Deo clemens & benignus voluit videri, & minister diuinæ vltionis contra impios Amalechitas esse noluit, in Sacerdotes Dei octuaginta quinque viros nihil commeritos crudeliter defecit, quorum non exsatiatus sanguine, conuertit rabiem in ipsam Sacerdotum vibem, *perossusq; viros, & mulieres, & paruos, & lactentes, bouesq;, & asinum, & ovem in ore gladij.* Exemplorum huius generis plenz sunt historiae. Cædes & proscriptiones Romanorum ciuium factas à Mario, & Sylla, & à Triumviris quis commemoret? Tyrannis ludus est, innoxium fundere sanguinem, & optimos quosque citra delectum ætatis, sexus, conditionis, aut sanguinis de medio tollere. Vna Ottomanorum domus satis exemplorum nobis ministrat. Selimus in thalamo suo cum imagine sui, filio hæredi Solimanno hos versus scriptos reliquit, ad dextram tabulæ Græca lingua.

*Tutus ut imperij Principi sibi sceptrum capessat,**Anxia ne dubio corda pavore premas.**Ne putet esse nefas, cognatum haurire cruorem,**Es nec fratrem, constabile thronum.*

*Iura, fides, pietas, regni dum nemo superfit
Aemulus, haud turbens religione animum.
Hæc ratio est, quæ sola queat regale sveri
Nomen, & expertem te sinat esse metus.*

Et ad sinistram lingua Sclauonica :

*Te semel aduersus peccantem, mihi haberi
Ne studeas, pœna vindice tuus eris.
Protinus ense recidendum, putrescere si quid
Incipies, clemens Rex malè sceptræ gerit.
Ad veniam facilis peccati porrigit ansam,
Qua se sustentans ad nomen damna ruas.*

Hic Selimus haud dissimilis istis præceptis fuit moribus: patrem imperio deiecit, veneno fratres sustulit, & fratrum filios aut neci dedit, aut in exilio morti coëgit. Sed hoc iam olim à primo Ottomanno solemnè fuit illi familie, vt nemo extiterit in hunc vsque diem, qui aut paterno, aut fraterno, aut natorum, non tinxerit sceptrum sanguine.

C A P V T XXVIII.

Tyrannorum luxus & libido.

HAusto humano cruore furij animus exagitatus, in omnem fœdicitatẽ se protulit, & delijs, ac luxu animi tormentum lenire cupiens, huic illuc oberrat, vt animo sedato & tranquillo atque à metu libero, quic scelerum conscientia parit, esse queat. qui cum nouis sceleribus non minuat, sed indices magis magisque augetur, frustra inde petitur remedium. Quo circa quarta pars tyrannidis noua voluptatum subinde genera excogitat, quorum nonnulla aded sunt tetra, adeo obcæna, vt animus meminisse horreat. vna Romanorum historia abundè exemplorum nobis suppeditat. incestus, supra, libidines omne genus priorum Cæsarum, vsque ad Vespasianum, notata scriptoribus recensere particulatim nihil opus est. satis hoc sit, fuisse tyrannos, inter quos, vt Caligula, & Nero principatum tenuerunt, ita sese in omnium turpitudinum cæno volutarunt: quibus nihilo meliores fuere plerique alij, qui postea imperarunt: vt Domitius, Commodus, Bassianus, Caracalla, Heliogabalus, & quotquot præterea tyrannidem exercuerunt. siue illi inter Gentiles, siue inter Christianos numerentur, omnibus vna & eadem descriptio conuenit, quam de Gildone Africæ tyranno Claudianus cecinit. Sunt enim tyranni omnes sibi perimiles: diuersi moribus esse nequeunt, quibus eadẽ ingenium.

— *pars tertia mundi.*

*Vnius prædonis ager distantibus idem,
Inter se visis circum, quocumque profunda
Træsis auaritia, luxu peiore refundit.
Infat terribilis diuis, morientibus hæres,
Virginibus raptor, thalamis obsænas adulter.
Nulla quies, pricitur præda cessante libido,
Diuitibusque dies, & nox metuenda maritis.
Quisquis vel hecuples, pulchra vel conjugæ notat:
Crimine pulsatur falso, si crimina desunt.*

*Accius comina peris, mors nulla refugis
 Artificem; varios succos, spumasq; requirit.
 Serpentum virides, & adhuc ignota nouercia
 Gramina. Si quisquam vultu praesentia damnet,
 Liberis suo gemat, lapibus crudelis in ipsis
 Emicat ad natum stricta mucrone minister.
 Ficus quisque toto tacita formidine libas
 Carnifices epulas, incerti aq; pocula palleas
 Haurit; & intenos capiti circumspicit enses.
 Splendet tartareo furialis mensa parata,
 Cede madens, atrox gladio, suspecta veneno,
 Ut vino calefacta Venus, sum sa uxor ardes
 Luxuries mixtis redolens unguenta coronis.
 Crinios inter famulos, pubemq; canoram
 Orbatas iubet ire nurus, imperq; peremptis
 Arridere viris. Phalarim, tormentaq; flammae
 Profuit, & Siculi mugitus ferre iuuenti,
 Quam tales audire choros: nec damna pudoris
 Turpia sufficiunt; Mauris clarissima quaeq;
 Fastidita datur; media Carthagine ductae
 Barbara Sidonia subeunt conubia matres.
 Aethiopem nobis generum, Nisamona maritum
 Ingerit: exteret cunabula discolor infans.
 Hu fretus socijs, ipso iam principe maior
 Incedit: peditem praecurrunt agmina longae,
 Circundant equitum turmae, Regesq; clientes,
 Quos nostris ditas spolijs. Perturbat auita
 Quemq; domo, veteres destrudis rure colonas.*

Luxum ac libidinem enarrare tyrannorum longum esset: paucos tamen nominabo libidine & luxuria insignes, quibus orbis quondam paruit. Antonius & Cleopatra flagitijs & tyrannide pares, quos morum turpitudine conciliârat, tandem non tam viribus aduersarij, quam luxu & libidine perierunt. Superbus nauium apparatus exitio regibus fuit. aliud erat pugnare cum hoste, aliud in cæna contendere, quantum vno hauustu posset absorbere Cleopatra. His adderem amicum & inimicum Herodem Iudæorum tyrannum, qui nulli fuit inferior, nisi quod prudenter in hac parte insanire visus est. De Caio Caligula adferit Suetonius, Negotiis eum sumptibus, omnium prodigiorum ingenia superasse: munus balnearum usum communitum, & portæ ossifera genera ciborum atque cænarum: ut pretiosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet. id enim à Cleopatra didicerat, cuius & Antonij in nauibus fabricandis imitatus est infaniam, quando Liburnicas drâpis extruxit gemmatu puppibus, versicoloribus velis, magna thermarum, & porticum, & tricliniorum laxitate; magnâque etiam vitinum & pomiferarum arborum varietate; quibus discumbens de die inter choros ac symphonias, litora Campaniæ peragraret. iacere in mare moles, excindere rupes, vallibus requare montes, quicquid aut arduum, & non nisi immensis stantibus, aut ne vix quidem fieri poterat, fieri voluptas erat. in epulis nihil palatum eius

R

sapiebat,

sapiebat, quod facile parari poterat. quod ab anni tempore erat alienum, & è remotissimis orbis partibus allatum, Celo dignum erat. Neronem ei sceleribus & sanguine propinquum non absurdè subijcio, qui divitiarum & pecunie fructum non alium putabat, quam profusionem. Laudabas mirabarurq; amiculum suum, nullo magis nomine, quam quod ingens à Tiberio relictas opes in brevis spacio prodigisset. Quadragesimi in punctum sestersij: aleam ludis. Piscatus est aurato vni. purpura coccoque funibus textis. Nunquam carnis munda mille fecisse iter traditur. soleis malacrum argenteis, canisinas mulionibus, armillata & phalerata cum Mazacum turba, æque cursorum. pluribus exemplis morari lectorem nolo. quid luxum consequatur videndum est.

CAPVT XXIX.

Tyranni prodigi sunt & avari.

OMnibus innatum est tyrannis, vt qui sunt prodigi, simul sint & avari. fieri enim potest, vt quispiam sit avarus, qui non sit prodigus: sed non contra. in luxu profusus, qui nec modum, nec rationem ullam tenet sumptuum, postea cogitur nouas conficiendæ pecuniæ rationes excogitare, ac sine modo & ratione per scelus & vim vindique corrådere, rapere, ac spoliare quod profundat; ciuium opes & pecuniam, quarum quietam possessionem tutamque, bonus princeps defenderet, sisco, prædæ, ac libidini militum & aulicorum calumnijs exponere: vt amplas possidere opes, perduellionis & læsæ maiestatis sit crimen: auri sacra fames eò impietatis adigat, vt nemini parcant, vt nec ab ipsis sacris rebus Deo atque religioni dicatis, manus abstinere queant. Qua in re primas tenuere Romani episcopi, quibus sacra omnia venalia habere nulla est religio: de quorum tyrannide quid dicam? hæc tantum leuiter tango, quæ tamen sæpius ad mentem reuocata, atque inculcata cupio, vt attenuis secum cogitent tyrannorum qui haberi vindices volunt, quibus monstris Deus homines subiecerit, & parere voluerit.

Prædandi studio atque aliena inuadendi bellum mouere, tyrannidis est proprium. supplicijs, cædibus & sanguine, spolijs, prædâq; pascitur tyrannis, vt boni principes regna & republicas erigunt & fouent, & depulsis malis, multis beneficijs afficiunt: ita tyranni proterunt, & vastant omnia.

CAPVT XXX.

Tyranni sunt in Deum impij.

Colophonem addunt tyrannidi, qui mortalitatis suæ oblit, pro numine se coli expetunt, templa sibi dicari, sacerdotibus constitui, statuas & aras erigi, atque litari. Quod nihil aliud est, quam Deo insultare, atque gigantum more ipsi bellum inferre.

Huic sacrilegæ impietati adfinis est ea, qua verus Dei cultus reijcitur, & fictitius erigitur, & falsus Dæmonum aut Diuorum stabilitur, vera doctrina de Deo, & de filio Dei, de operum meritis, de peccatorum remissione deprauatur. Exempla qui cupit, illos ipsos ad mentem reuocet, quos supra nominavi. Alij in hac re alijs fuere modestiores, quo autem tyrannus fuit truculentior, fuit in Deum ipsum eo magis blasphemus.

Caligulâ nihil fuit insolentius, in templum Dei suam imaginem collocari,
ac se

ac se pro numine coli iussit. Antiochi sacrilegium qui antea Iouis signum in locum sanctum intulerat, minus habuit impietatis, nisi quod verum Dei cultum funditus abolere conatus est.

Horum numero accenseo Machumetam apertum & professum Christianæ religionis hostem; nec excludo Romanum episcopum, qui in hac reprobæ mentis infania, non modo quos dixi æquat, sed eo magis antecellit, quod in ecclesia omnipotentis Dei, & Domini nostri Iesu Christi, tanquam alter quidam Christus sedet, ac iura diuina, & humana suæ subjicit potestati, falsa inflatus opinione summi sacerdotij, & imperij in ea quæ Deus sibi soli, filioq; suo reseruat.

Hinc discere possumus quanta sit immanitas tyrannidis: & qui in tyrannorum numero sunt habendi. malus Rex, aut durus, & inclemens dominus, non statim meretur dici tyrannus. Domini & Reges homines sunt, qui more vulgi in ijs quæ ad eorum pertinent munus, multis modis peccare possunt, is demum æstimari debet tyrannus, qui omnibus notis illis quas diximus, aut saltem præcipuis est insignis: qui in Deum, & homines est impius, & crudelis: qui contra ius inuadit imperiū, ac contra leges diuinas & humanas ex libidine sua cuncta moderatur: qui populum opprimit, quem defendere ab iniuria deberet; in summa, qui pernicius est, & exitium, nec esse desinit, suæ reipublicæ.

CAPVT XXXI.

Vnde primùm nata sit tyrannis, & quis primus in orbe fuerit tyrannus.

VNde autem primùm tyrannis orta sit, & quis primus fuerit in orbe tyrannus, quamuis ex ijs quæ dixi possit intelligi; paulò plurius tamen edisseram. Quæ vulgò credita sunt heroum regna, illa fuisse primorum patrum, à Deo naturæ ordine constituta, quibus proximè succedere regia, diximus. quomodo autem ab optimo illo imperij genere recessum sit, & quis primus perturbarit, coniectare rem tam veterem, & à memoria nostrorum seculorū remotam, haud esset facile, nisi Diuinus Moses historiz primi seculi non ignarus prodidisset. Alij historiarum scriptores Ninum autum genitum regnandi morem mutasse, ac violenti imperij primum fuisse authorem.

Mutationis regnorum generales, ac communes quædam sunt causæ tam in Deo, quam in hominibus. hinc regnandi libido, & horrenda flagitia punienda flagitijs sunt causæ omnium motuum, qui accidunt regnis, & rebus publicis: sed vindicis Dei iusticia prima & præcipua est. Quemadmodum propitius Deus bonos dat Reges, sic etiã iratus dat tyrannos. Virga furoris Dei fuit Assur. quot enim sunt tyranni, tot sunt flagella Dei. Atrilam non puduit se *flagellum esse Dei* palam profiteri. Tamerlanus cuidam qui ei familiaris erat interroganti, cur in turbam puerorum, & puellarum impuberum, quam citius cum oliuarum ramis & clauibus vrbis ad eum miserant, sese eius dedentes fidei, equites immisisset, qui misellos conciderent, & pedibus equorum protererent, respondit, Non humani consilij suas esse actiones, sed vlticis iræ Dei.

Mixtus fuit fortè, & lenius paternum imperium, quam vt puniendis natorū, & nepotum peccatis esset idoneum. magnus interim erat numinis contemptus, & præfracta rebellio, atq; inobediencia. Itaque mollia securæ perage-

bant oīa gentes, sub indulgentia patrum & auorum, cum ab austro subito exoritur tempestas, quæ Aquilonis & Orientis peruasit partes, suoque subiecit imperio.

Partici antea inter se fuerant vniversum terrarum orbem tres Noahi filij: & Oriens Semo, Austus Hamo, Iapheto Occidens cum Septentrionis quadam parte cesserat. Sed Hami nepos Cusi filius, illa non contentus sorte quæ parenti ipsius obuenerat, Semi & ipsius natorum fines inuasit: quod pericere non potuit, nisi à multitudine adiutus. Ipsius fratribus, cuique in sua gente vel familia regnare satis fuit. Nemo vterius fines imperij extendere sibi tas esse ducebat. Natu minimus filiorum Cusi, collecta perditorum hominum manu, quos in otio ex venatione & præda viuere delectabat, potius quam ex agricultura, & alio quouis honesto labore, primus bello alienos inuasit fines; & ita per vim Rex creatus est. Sacræ literæ indicare videntur, hanc societatem primo ad venationem ferarum coisse, sed vterius postea ad latrocinia fuisse progressam.

Quod creditur nouæ condendæ vrbs, & turris extruendæ Nemrodus fuisse author, non mihi probatur, cum Moses disertè dicat, non vnus mandato aut consilio id esse factum, sed communi totius multitudinis consensu. In Phaleci tempora, & turris ædificatio, & linguarum diuisio, ac proinde participio terræ incidit: quoto vitæ ipsius anno scriptura non dicit. Nec mihi placet quod regnare Nemrodus dicitur incepisse à diluuiio centesimo trigesimo anno: cum fortè tunc nondum natus fuerit. Tempora vitæ solius Semi, & ipsius stirpis numerantur, non Hami & Iapheti, nec eorum qui ab eis sunt orti. Quare definiri certum tempus principij regni Nemrodici non posse arbitror. Post conditam Babylonem, & orbis terrarum diuisionem regnum inchoasse, inde apparet, quod Assur è terra illa quam occupauit Nemrod, dicitur exiuisse, ac condidisse aliam urbem Niniuem: quippe qui ab eo aut fugatus fuerit, aut eius tyrannidi cesserit. Quoto verò anno aut à Babylone condita, aut à diluuiio, cum non sit scriptum, intra centum annos plus minùs, errare facile erit ei, qui definire certum volet tempus.

Sed hic esto huius limes sermonis; Nemrodum primum fuisse tyrannum, & contemptis Dei & naturæ legibus, improbæ multitudinis fauore ad regnum fuisse euectum: nec aliter potuisse fieri. Mitto dicere hunc fuisse, quem Babylonium Saturnum gentes dixerunt, & plura huius generis, huic argumento sufficit, à populo non primos manasse Reges, sed tyrannos, demonstrari. Quod & alio confirmatur argumento. Israel electus ille Dei populus nullos sibi vnquam elegit Reges aut Iudices; sed à Deo datos & designatos accepit. Quando autem sibi Abimelechum septuaginta patricidam fratrum constituit principem; non legitimum Regem, sed tyrannum creauit. Similiter quando decem tribus reges creauerunt, Deus ipsis per Oseam exprobrat, non ex ipsius sententia id esse factum, & principes constitutos ipso non consulto; sicut quando Ieroboamum regem sibi elegerunt, & Zambri, Amri, & Thebni, quod à Deo Ieroboamus regno destinatus erat Israël ignorabat; neque obsequendi Dei voluntati gratia eum secuti sunt, sed vltiscendi sese de Roboamo vero suo rege. Facessat igitur eorum opinio, qui ad populum

populum referunt creationem priorum regum, vt eos multitudinis procerum-
ue arbitrio, libidinèq; exponant, si videbuntur exercere tyrannidem, quando-
quidem stultæ plebis est, vel barbari militis, vel vtriusq; adfiscere tyrannos.

CAPVT XXXII.

Tyranni puniendis hominum peccatis sunt mundo necessarij.

Quemadmodum vix dum benè reparato mundo, tyrannus fuit punien-
dis hominum peccatis necessarius, ab illis temporibus crescente indi-
cies magis ac magis hominum malitia, eorundem aucta est necessitas.
Si enim alia ratione humani ingenij ferocia posset domari, & mundi impie-
tas, ac iniustitia puniri, ac Dei iudicia exerceri; Dei prouidentia tyrannos
nullos toleraret. Sed cum multis modis magno viti & bono sint in huius infe-
rioris orbis gubernatione, ferendum est quod malis est necessarium, & bonis
non inutile. multa sunt Dei iudicia, quæ non nisi per malos commodè pos-
sunt executioni mandari; siue Deus suos velet exerceri, siue populi peccata
vltisci. Tyrannos puniendis hominum peccatis, & vltiscendis tyrannis, Deus
iudicat in primis idoneos, euertendæ Ierosolymæ, temploq; exurendo, & in-
grato populo affligendo, pius princeps aptus non fuisset. inuentus itaq; est
rex Babylonius Nebuchadnezzar.

Ecquis fuit Octauius? eumne legitimorum principum catalogo inscri-
bemus, an tyrannorum? satis sit dixisse regnandi grati à iura legesque violasse,
patriæ nefarium bellum intulisse, ciuium multorum innoxio sanguine & ar-
morum vi oppressa libertate principatum sibi comparasse, Senatus demum
populq; Romani consensum extorisse. Tametsi enim libertate, illa seruitus
populo Romano, adeoq; orbi vniuerso fuerit vtilior; Dei opus hoc fuit, non
Cæsaris beneficium. Qui cæteris gentibus seruitutem iniecerant, qui suam
libertatem diutius ferre non poterant, iugum eos pati seruitutis æquum, &
vtile fuit. At sub quo domino? nempe sub eo, de quo populus vniuersus quo-
dam ludorum die, maximo assensu, comprobauit verum in scena pronuncia-
tum de gallo matris. Deum tympanizante, *videsne? cin ad us orbem digito tempe-
rat.* verum qualis qualis ille fuit, necessarius Romanis totiq; imperio tyran-
nus fuit. bellis ciuilibus finem imposuit, pacem rebus dedit. Quamuis per in-
iustam viam principatum inuaserat, postea bellum nullum non necessarium
mouit.

Mirandum non est, si potior pars orbis sub tyrannorum semper potestate
fuerit. Quo magis ad senectam inclinabit mundus, & corruptiores mores
futuri sunt, verendum est ne eo plures & crudeliores surgant tyranni. Quam
grauem vnus episcopi tyrannidem Christianus orbis hos sexcentos & am-
plius annos pertulerit, præteritorum temporum historię docent, & qui hodie
viuunt, sentiunt & lugent, nec finem vllum adhuc vident.

CAPVT XXXIII.

Magnum est inter tyrannos discrimen.

Inter tyrannos quoniam magnum discrimen est, & iniquitate sunt valde
impares, innumeras magis & magis differentias constituunt. Quæ ad rem
præsentem

præsentem non conducunt, eas pertransco: alias ad tria capita reuocò. Tyrannorum enim alij sunt qui humana tantum iura violant, alij tantum diuina, tertij qui diuina pariter & humana contemnunt: quibus nihil est sanctum, nihil inuiolatum. Isti omnes & ab inuicem in hoc diuersi sunt, quod alij iure quidem obtinuerunt principatum, sed in tyrannos degenerarunt: sicut apparet in Saule primo Israëlitarum rege: & non rarò vsu venit. alij sunt qui per scelus quamuis ad imperium peruenerunt, postea tamen rectè & ex utilitate reip. regnum administrant. Alij verò sunt, qui tyrannidis suæ nec modum statuant, nec finem faciunt: & principatum quem iceleratè adepti sunt, sceleratius gerunt, in suam & totius populi perniciem.

Quemadmodum legitimus principatus principis vitio mutatur in tyrannidem, & de rege fit tyrannus: similiter quædam tyrannides mansuescunt tempore, ac transeunt in legitimum principatum: nimirum cessante iniustitia, & iuris legumq. oppressione. Quando enim ipse tyrannus aut ipsius hæredes desistunt ab iniuria, & regnum moderantur æquitate, & clementia; desinunt esse interdum tyranni. Nam non rarò reipub. interest rerum summam ad vnum aliquem deuolui, atque remanere apud eum qui tunc principatum occupat. non semper est facile principatum etiam usurpatum deponere, aut in aliam formam mutare, cum salute publica.

CAPVT XXXIII.

Quædam tyrannides ubi transseunt in legitimum principatum, nefarium est violare tyrannos.

Hic tyrannorum generi, initio quando primum ad tyrannidè affectant viam, resistendum fortiter ab ijs quibus reip. salus commissa est. Exempli gratia: Iulio Cæsari, Pompeium auctoritas Senatus, populiq; Romani opponere potuit. nemo iure Pompeium, Catonem, aliòsue, qui Senatum secuti sunt contra Cæsarem, culpæ potest, tanquam iniustum bellum susceperint. sed à victore repub. composita, & in tranquillum statum adducta; victos, quibus Deus necessitatem parendi imposuerat, priuata coniurasse auctoritate in victorem nefarium fuit. Bello enim pax queritur, quò tandem deueniendum est. & quicquid bello dirimendū suscipitur, victori decidit: cuiusq; proinde iudicio standum est. quum enim casu victoria non contingat, sed Domini exercituum prouidentia detur, ipse, vt victori victus obediat, se velle re ipsa satis indicat. belli leges subijciunt victori corpora, & res externas eorum, qui victi sunt.

Quoquo modo igitur Cæsar dictaturam fuerat adeptus, & eam retinuit, non fuit priuato consilio, à priuatis necandus: peccarunt eius interfectores contra temp., quia quod publica auctoritate stabat imperium, priuata non erat demoliendum; & tantum abest, vt quæ obtendebatur sint consecuti libertatem, vt in maiorè calamitatem coniecerint temp. Quàm non probâte Deo facinus illud perpetratū sit, euenus docuit. illius enim authores coniurationis omnes malè perierunt, & reip. obfuerunt. incredibile est, quanta mala sint mortè Cæsaris consequuta. Malo præsentis non medetur qui grauius accessit.

Octauus etiam in numero eorum haberi potest, qui ex tyrannis sunt principes legitimi. Ex vsu erat Romani imperij vnum principem auctoritate & potest.

& potentia eminere. eo procerum opes & factiones creuerant, vt bellorum ciuiliu nullus aliter futurus fuerit finis. pleriq; ferè omnes ita comparati erant, vt neq; pares neq; superiores ferre possent.

CAPVT XXXV.

Sunt tyrannides que mutari in legitimu statum nequeunt.

Sed sunt alie tyrannides que mutari in meliorem statum non possunt, cuiusmodi sunt illæ que cum perpetuâ coniuncta sunt iniuriâ, vel impietate, vel cum vtroq;. Pyratu potentia, que latrocinij toti mediterraneo mari infesta erat, & non tantu maria, sed vrbes, ditiones, & insulas occupauerat, in legitimu imperium durante iniuria transire non potuit. Seruorum item sexaginta millia ab impostore quodam collecta, toti Romano imperio incussere formidinem. Manus illa bello victrix castra Romanorum imperatorum cepit & diripuit, Prætores fugauit, & insequuta est.

Alius Athemo pastor ouium Syro illo non minorem cladem atulit. Gladiatorum etiam non modo in libertatem se, sed regnum sibi vindicare iusto exercitu conati sunt. Istorum duces purpura, & auro induti, ac diademate caput redimici regum more incedebant. Verum quidem est, non diu durasse, & pœnas latrociniorum suorum statim dedisse. sed quid si diutius durassent, nos tyrannides & legitima imperia non foelici rerum successu, nec diuturnitate temporis metimur, sed iure aut iniuria. Potuit Deus istis latronibus latrocinandi tempora longiora dedisse. Proinde falsum est, quod quidam verum esse audet affirmare, quod pyrata captus, ad Alexandrum ductus respondere est ausus, nihil se differre ab eo, nisi quod ille magno exercitu, & magna nauium copia mundum deprædaretur, ipse autem vnica nauicula. Plurimum enim interest inter reges qui potestate sua abutuntur, & latrones qui nullo iure sulti gladium arripiunt, vt quosuis deprædentur. Aliud esse nemo ignorare debet, gladium à Deo acceptu stringere in eos, in quos minime oportet, aliud vsurpare & abuti ad latrocinia. Quare merito hostes humani generis habendi sunt, quotquot sibi hanc vsurpant potestatem. ad quos opprimendos, omnes accurrere, tanquam ad commune aliquod incendium, debent. vsurpata gladij potestas, gladio coëncenda est; vt pereat gladio, qui contra ius gladium accepit.

Potestas tamen illa etiam à Deo ad tempus conceditur puniendis hominum peccatis: cui nonnunquam non tam religione, quam necessitate parendum est. Quamuis Deus ataxiz non sit author, & iniquitati rerumq; perturbationi obsequi neminem velit, & in tali hominum perditorum colluue, nihil ordine, nihil iure fiat. latronum tamen & sicariorum turmæ cum nullo iuris vinculo consociantur, inter potestates, quas Deus ordinauit, vt eis obediatur, censendæ non sunt. nemo inter eos rex, aut qui à rege sit missus, aut ab alio aliquo summo imperio: tamen quia homines sunt, quos Deus nobiscum vult viuere, humanæ societatis vinculum quamdiu viuunt, manet. eis officium, fidemque debere negare non audeo: vt si quid istis priuatiu aut publicè cogente necessitate promissum fuerit, interueniente nominis Dei sacramento, non sit seruandum.

Si quis ab istis captus sese redimat, pretium quod promisit dimissus ea lege, soluere, si habeat, tenetur: quia plurius esse debet nominis Dei reuerentia, & vita cuius ipsius, pecuniâ. quodd si fides negetur seruanda, perniciem adferet omnibus, qui in latronum incident manus, & ad desperationem eos adiget.

Si publica fides detur, eis non fraudi fore, si arma posuerint, & deditos vita donatum iri, idque iudicatum sit vtilius reip. quam desperato furori ciuem aut militem exponere, sacrosancta seruabitur ab ijs quibus sacramenti religio inuiolabilis est. Ludere homines periurijs, & fidem datam fallere, hominis est perditè impij. A Pompeio fides Pyratibus seruata est cum magno Romanæ reipublicæ commodo. Istæ tyrannides quoniam nullo fultæ sunt iure, sed à Deo politicum ordinem constitutum euertunt, in legitima imperia non vertuntur, quamdiu eam vitæ rationem duces sequuntur. si mores mutant, & iure gentium, ac legibus viuere incipiant, latrocinium mutatur in imperium. quod addo propter eos quibus initia regni dedere latrocinia. Latronum coitiones aut per se dilabuntur, aut opprimuntur: diu perstare non possunt, nisi formam imperij mutant, & iure gentium viuere incipiunt. Obcipientia vero eis non debetur, rebellare, & coniurare in eos, opportunitate data fas est, iubente, inuitante, atque opitulante legitimo magistratu, cui Deus gladium dedit.

Athalix tyrannicum regnum in Iuda legitimum nunquam fieri potuit, nec Asmoneorum principatus contra Davidis hæredes præscribere. Ioiada fides Athalix non fuit, nec debuit. ipsa enim occisis regni hæredibus, regnum sibi retinere cogitabat, & iam quinque annos regnârat, quando ipse regni hæredis auspicijs coniurationis author primoribus regni fuit, eosque ad inaugurandum, & sacrandum regem hortatus est. fidelis enim Athalix sine iniuria veri & legitimi regis sui esse non potuit, functus igitur est cum omnibus qui eum adiuuerunt officio boni viri, & in patriam ac regem fidelis & pij subditi.

Tamen in Asmoneos aut in Herodem huiusmodi nihil tentatum est, nec fuit meo iudicio tentandum: Davidis stirps tota iacebat humi, sine viribus erigere se non poterat. Est in talibus actionibus temporis, locorum, omniumque; quæ incidunt habenda ratio. vbi pares causæ & agendi opportunitates non concurrunt, pares actiones non sunt, nec parem merentur laudem. temerarij conatus prosperos successus raro sortiuntur. cæca est temeritas quæ petit casum ducem. Temerarij autem sunt conatus, quoties supra humanas vires, non auctore Deo, nec auxilium promittente, quippiam aggredimur.

CAPVT XXXVI.

Impij: regibus etiam est obediendum, nisi quidpiam iubeant, quod diuinis aduersetur mandatis.

Tyranni, quos secundo loco posui, à quibus violari tantum iura diuina dixi, sunt illi, qui ignorantia veræ religionis, aut autò errore, aut nouo ac recenti assumpto persequuntur veros Dei cultores, eosque affligunt, in cæteris rebus iura ciuilibus societatis timentur, ac rempublicam rectè gubernant isti ferendi sunt: & orandus est Deus vt eorum misereri velit, & ad veritatis noticiam vocare dignetur. Nullum patrum nostrorum extat exemplum, nullum

nullum diuinū est præceptū, quod subditos à principe suo deficere, aut minùs ipsius dicto obsequentes esse doceat propter circa cultum Dei errorem. fit sæpè, nobis occulto Dei iudicio, iusto tamen, vt circa pietatem turpiter errent principes, cætera egregij, qui non secùs quàm pij sacrosancti habendi sunt.

Solomon & plerique alij in Dei populo reges se impietatis duces præbuerunt, qui & pios persecuti sunt, & innoxium abrepti idolomania fuderunt sanguinem. nemo tamen vnquam propheta, vel sacerdos sacerdotumue princeps cum nobilitate suas esse partes æstimarunt, vim inferendi regi, eumque cogendi in ordinem. iusto quidem iudicio Deus interdum domi ex ciuibus hostes excitauit qui malos reges affligerent, quos omnes scriptura improbat, præter eos qui iusti ab ipso id aggredi ausi sunt. Christiana gens inde à Christi Domini seruatoris temporibus multos pertulit principes veræ pietatis inimicos, tum gentiles, tum Christianos hæreticos, in quos coniuirasse neminem Christianum legimus, ante Episcopi Romani tyrannidem, cuius hoc proprium est, subditos contra suos armare principes.

C A P V T XXXVII.

Tyrannides quedam ab impietate in Deum nate sunt, & cum ea se coniunctæ, vt eis parere nemo queat, quin fiat impietatis particeps.

Postremi sunt illi, quibus non satis est humana iura violare: ipsi Deo bellum indicunt, & desperata quadam audacia veram assumunt Dei religionem oppugnandam: sicut Mahumetes, & alij qui eum sunt sequuti, quorum etsi non fuerit par malitia, idem tamen fuit furor. Tyrannis Saracenorum, Calypharum, Mammelucorum, impium Christianæ religionis odium profitebatur. Ottomanorum imperium iisdem vestigijs infisit.

In ecclesiam Christi quæ irrepsit tyrannis Episcopi Romani, in omnem Christianum populum, atque adeo in ipsos reges & summos orbis Monarchas, pariter & in omnes omnium ecclesiarum Patriarchas & Episcopos, tam impia & iniqua est, vt nemo ei parere queat ac subijci, quin particeps fiat sceleris, & impietatis.

Iohannes Leidanus rex monasteriensis, & quotquot falsæ & impie religionis obtentu, ad tyrannidem aspirant, in hoc numero sunt habendi. Quamuis impie istæ tyrannides inuito Deo nequeant existere (nam nulla est potestas, quæ à Deo data non sit) non tamen cuius citra delectum parendum est. Excipienda semper est illa, cui subijci, ac parere citra sacrilegium, aut proximi iniuriam, nemo potest. Mardocheus potius capitis periculum subire voluit, quàm vt impio Hamano incuruaret sese. Mahumetes magnus ille impostor, fuit tyrannus, cui parere, eique se subijcere, honorémue vltim habere, Christianus nullus liquidò potuit. idem sentiendum de Calyphis, qui ab eo manarunt. honor nefarius illis ac profectis Christi delatus hostibus, aut obedientia, non est ab impietate immunis, nisi contrà testari, & Dominum profiteri liceat. abnegationem enim Christi Domini nostri tacitam in se continet. Romanus Episcopus in eodem (vt dixi) versatur crimine, qui se

○

cum

cum Domini nostri contumelia, & principum magna iniuriâ, honorari expetit, & subiectionem atque obedientiam non debitam, ab omnibus Christi fidelibus superbè ac arroganter exigit: quam ei reddere, est characterem nominis eius accipere, eumque adorare: quod facere in Iohannis Apocalypsi vctamur.

Magnam merentur laudem principes qui se populumq; suum vindicant ab illa tyrannide. contra hoc tyrannorû genus æternum ius est omnibus, quos Deus gladio armavit ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum. priuatis autem hominibus, quicumque illi sunt, tam qui illorum subiecti non sunt imperio, quàm eis qui subditi sunt, potestas nulla est, vt in eas manus iniiciant, vimq; inferant.

CAPVT XXXVIII.

Quibus sub Ottomanico imperio vivere datur, sine impietate ab eo deficere aus eum proderè non licet. Iure Scanderbeius ab Amurathè defecit, eiq; bellum intulit.

DVo sunt genera Christianorum sub Ottomanorum imperio: alij sunt, quos pietatem retinere, Deumq; colere more maiorum sinit, alij blasphemare Dominum & Christianam religionem coguntur, illis causa nulla est detrectandi imperij, hi quouis tempore, quauis occasione possunt, imò debent ab eo deficere, nulla enim sacramenti religione potest se quis impietati alligare.

Scanderbeium puerum cum fratribus à patre Iohanne Castrioto Epeirotarum principe, Amurathes abstractum, Tarcicis moribus ac Mahumetica superstitione in aula sua institui curauerat, sed is post præclaras victorias, auspicio tyranni partas, non potuit Christianæ religionis, nec patriæ charitatis obliuisci. defuncto ergo suo patre, tyranno illiuit, & magna prudentia, ac fortitudine paternam ditionem recuperauit, ac contra Ottomanos defendit. Patris sui solus erat hæres superstes, detentæ ditionis, ac per fraudem occupatæ recens seruebat iniuria. ipse gladio à Deo princeps natus, armatus erat; patria seruitute oppressa suum legitimum postulabat principem, & tyrannus vana spe paternæ hæreditatis iuuenem ducebat, eum necandi opportunitatem expectans. itaque apud tyrannum cum nec sine impietate, nec sine vitæ periculo diutiùs manere posset, iure ab eo deficit. At fidem iurant Amurathi. Equidem eam frangi non probarem, nisi fœdera pacta tyrannus violasset prior, eique cui Deus æquè ac ipsi gladium dederat. iura diuina & humana pro Scanderbeio milibant: nec temerè quicquam aggressus est, quando vim à se & patria sua fortiter propulsauit. vnde laudem fortissimi herois, inter principes Christianos meritò obtinet. In re simili principibus ius idem est, ac semper fuit. De priuatis hominibus, populòque quibus ius gladij Deus non dedit, vel quondam datum abstulit, aliud iudico.

Ianizari autem baptismo Christi tincti nullo sacramento se possunt astringere, vt in fide Turcici imperatoris maneat, quæ ad impietatem compellit, atq; eos in ea retinet: percutere tamen tyrannum quamdiu sub eo militant, nec transferunt ad alium principem, penes quem est legitima coercendi malos,

los, & necandi tyrannos autoritas, religio non finit.

Cæteris, à quibus nihil exigitur Christianæ religioni contrarium, in fide data, & in pactis ac fœderibus cum tyranno initis est manendum. Daniel & eius socij Babylonio Regi fidem seruarunt, & in omnibus dicto audientes fuere, quamdiu nihil imperauit, quod esset impium.

Sunt enim duo quædam distincta ab inuicem in tyrannis confideranda, primum est imperij potestas, quæ à Deo est, bona, utilis, & necessaria conferuandæ societati humanæ; alterum est improbitas tyranni, qui aut potestatem illam malis artibus est adeptus, aut ea male vitur. Qui potestati illi parent, rei bonæ & Dei ordinationi parent. nihil eis nocere potest peccatum tyranni. gratia exempli, Saul, Ahab, Nero, quodd fuerunt tyranni, ipsorum peccatum fuit, id neminem contaminare potuit. Regia potestas data tyranno Dei donum fuit, cui qui paruenerunt, Deo obtemperarunt, non tyranno.

CAPVT XXXIX.

Fidem suam Romano episcopo nemo obligare potest, quodd sine impietate quis ei subiici aut tanquam episcopo, aut tanquam principi nequeat.

Verùm ubi illa potestas inniuitur sacrilegæ blasphemiz, quæ ad impietatem & iniquitatem impellit; iusto Dei irati iudicio concessa diabolo & membris eius, tenebrarum potestas est: & illi potestati qui se obsequentem præbet, se sceleri atque impietati deuouet. mori ergo ac quæuis extrema pati præstat, quàm impietatis fieri cultorem. Tyranni qui tali potestate sunt præditi bis sunt miseri, & ipsa ambitione, & ambitæ rei possessione.

Romano Episcopo fidem suam nullo sacramento Christianus obligare potest, in ijs quæ dominationem illam concernunt, quam sibi sub nomine vicarij Domini nostri Iesu Christi vendicat, quoniam mendacio nititur & sacrilego errore, mentitur enim se eum esse, qui non est, & errant qui ea potestate quam iactitat, credunt esse præditum. Si tamen res esset media, & impietatis expert, & vnius tantùm temporis, reuerentiæ nominis Dei non nihil tribuendum ducerem. Posteaquam autem ita res est, vt fides ei seruari sine impietate nequeat, nulla obligatio tenet. eo enim ventum est, vt veri Dei cultores apud eum aut blasphemare cogantur, aut mori; alia conditione secum eos viuere non patitur. Sicubi autem conuietur, contra ipsius voluntatem fit.

CAPVT XL.

Christianorum principum & Episcoporum, qui ciuilem potestatem exercent, imperio parere nihil habet impietatis. Pape Romani, Mahumetis, Calypharum, & Iohannis Leidani, alia est ratio.

Pincipum, qui meretricis magnæ poculo sunt inebriati, & cum ea scortantur, alia est ratio, habent enim potestatem ciuilem, quæ nec sacrilego errore

errore nec mendacio nititur, sed ordinatione diuina & iure gentiū: cui se subiicere liquidò possunt Christi fideles citra Christi Domini iniuriam, vllam pietatis Christianæ violationem. Idem iudico de Episc opis, qui duces aut comites sunt, & feuda illa cum imperio ciuili coniuncta, accepta ferunt veris & legitimis summis imperijs imperatorū, regūmque. Si patiantur cum alijs suis subiectis viuere Christi fideles, fides & obedientia inuiolabilis est eis seruanda, non secus quàm alijs principibus. Si verò persecutionem contra veros Christi fideles ob papisticam idololatriam moueant; nullum tamen ius est priuatis vim illam armis repellendi, quòd viri ecclesiastici sint, & ciuilis potestatis vsurpatores habeantur.

Nam à Romano episcopo diuersi sunt, quod ciuile illà potestatem non miscant, tanquam iure diuino debitam, ecclesiasticæ suæ functioni: sed se habeant in temporalibus more aliorum vassallorum, qui superiorem & dominum agnoscunt, si dēmq; debitam præstant. proinde non fas est subditis in hos tyrannos aut coniurare, aut arma capere. Deo permittendi sunt, qui simul cum Papatu hos euertet, tantòque citiùs, quo se crudeliùs gerent erga innocentes.

Nam id audeo prædicere diutiùs, ibi Papatum duraturum, vbi veri Christiani viuere pari iure cum cæteris ciuibus permittuntur, quàm vbi omni suppliciorum genere in eos sæuitur. In Sodomis si inuenti fuissent decem iusti, illæ vrbes permansissent incolumes, malis à Deo propter bonos benefici: interitum autem sibi accelerabit crudelitas pontificia. multum semper profuit, prodest, ac proderit imperijs, pios viros habuisse in gratia & fauore, eorum fides in suum principem etiam tyrannum syncerior, & obedientia promptior est, quàm cæterorum subditorum. Ioseph Ægyptijs seruator fuit, & prouentus regis sui auxit. Nebuchadnezarī Babyloniorum, Daniel cum socijs suis magno vsui fuit. Esdras, Nehemias, Mardocheus, Perfarum regibus ob virtutem & fidem gratiosi fuere, & magno in pretio habiti. Israëlī Elias currus & auriga fuit: Elizeus ei successit, per eos sub impijs regibus Deus restitutiōne veræ doctrinæ, & pluribus reipublicæ commoditatibus populum suum recreauit; illis cæcis calamitas, receptis statim Dei benignitas præstò fuit. In fide & obedientia Israëlītæ regum suorū manere potuerunt, quamuis ab eis in religione dissentirent, & Deum Hierosòlymis colerent, alia res erat regnum; alia res diuini cultus deprauatio. In Israëlē nouum regnum defectiōnem à vero Dei cultu peperit, non defectiō regnum. stare regnum incolumè potuit sine Ieroboami impietate, quamuis ei & successoribus aliud visum fuerit.

Seditiosum arbitror quòd quidam pontificijs in sensu adfirmare audent, iurisdictionem temporalem Prælatorum ecclesiasticorum per se ipsam nullam esse: *quandoquidem nec principes ea se exuere aut spoliare, nec ecclesiastici eam, vel à regibus vel à populis suscipere potuerunt, nequē ut vi, ac dolosis artibus eam usurpare debuerint, vt eos fuisse constat in potissima mundi parte.* Dolos & fraudes ecclesiasticorum vt ego detestor, ita principatum in illis veneror, quamdiu eam partem ecclesiastici sui ministerij non faciunt, nec ita coniungunt vt separari non possint. Quos si contingat relicto Romano episcopo, & ecclesiasticæ Romanæ idololatriæ, Christi recipere Euangelium, & episcopos remanere simul

simul & principes, (si regno & reipublicæ interfit) posse cenfeo. Sunt enim homines, sunt & ciues: episcopatus, siue verus, siue falsus, siue corruptus is fit, eos nec societate hominum, nec ciuium eiecit, neque eis iura gentium suorumque ciuium adimit, quo minus pari iure cum cæteris hominibus censeri debeant, eisque omnibus uti, fruique quibus cæteri mortales ciuicisque fruuntur. Si vero ita implicitus esset principatus impietati, & impietas principati, vt alterum ab altero diuelli nequirat, vtrumque pariter esse abijciendum.

Patrum nostrorum & nostra memoria, monasterienses Anabatistæ Regem crederunt. quod tamen ipsis malum, infœlix, infaustumq; fuerit, malis nondum factis edocti pergunt qui in eodem versantur errore furores illos defendere, & Regem & regnum clam habere, exterminandi impiorum, & tabernaculi Iacob erigendi opportunitatem expectantes. Si iratus Deus alicui genti, conatus istorum hominum iuuerit, nunquam eorum tyranni tempore Reges legitimi fieri poterunt. ipsos enim deficit ius gentium, & sola religio & sacra auctoritas verbi Dei falsò prætenditur, atque tanquam fundamentum huius regni, cui innitatur, substernitur. Si ab impietatis errore more aliarum gentium semotum regnum per falsæque nefasque haberent, tempus & iusta regiminis moderatio tyrannidem apud homines aboleret.

Qui regiam potestatem Calyphis ademerunt, Mahumeticis retentis erroribus, regnum & iura ciuili Magistratus, ab illa superstitione seperant, & aliud esse crediderunt Regem, aut tyrannum esse, aliud Antistitem Mahumeticæ impietatis. Isti Christianorum fieri amici, aut etiam abiurata superstitione Christiani, vt regna sua retineant, possunt. Quod nec Romano episcopo, nec Machumeti, nec Calyphis, nec Ioanni Leidano, nec alijs huius generis tyrannis potest contingere: quia regni nullum ius, nisi quod ab impostura & impietate profectum est, habent, qua explosa, & regnum vnâ simul ex ipsorum manibus excutitur.

Plurimum interest inter tyrannos qui impietatem Mahumeticam recoeperunt, & illos quibus ipsa regnum attulit. Illic superstitio auctoritate regia defenditur, hic superstitio regnum nascitur: quæ si perit, regnum vnâ colabitur. Muleasem hominem Mahumeticæ sectæ Carolus Cæsar pulsum regno à Barbarossa restituit, utpote qui vicinus, & amicus erat. alia enim res est regnum, alia res superstitio. Foedera & amicitia inter Reges diuersæ religionis intercedere possunt, quamdiu ea quæ est alterius, ab iniuria immunis est, nec vllum superstitio pietati molitur exitium. aliàs quomodo constare possit amicitia, non video. Abraham, Dauid, Salomon cum vicinis Regibus foedere iuncti fuerunt & amicitiam coluerunt. Nec tam foedera populi Dei cum Ægyptijs à Prophetis reprehenduntur, quam fiducia auxilij, quod ab illis expectabant, quo se utros fore sperabant contra Dei comminationes.

CAPVT XLII.

Tamen si perpetua sit Ottomanici imperij iniuria in Christianos, non tamen fœdera, cum eo inita, violare Christianis est integrum.

Otomanicum imperium Christiano nomini est inimicū, & illud iniuria qua nulla maior excogitari potest, afficit, quando pueros Christi characterem

ractere insignitos à complexibus parentum auellit, non ad seruitutem corporis (ferendum hoc esset) sed vt abnegato Christo impietatis Mahumeticæ fiant mancipia, & nati Christianis Christianorum, & patrum suorum hostes fiant infensissimi, dum hæc durabit iniuria in Christianos, tyrannidem Ottomanicæ stirpis (vt taceam cætera) nullum tempus abolere poterit.

Mameluchorum regnum Christo similiter bellum indixerat, qui tanto Ianizaris Turcici imperatoris erant sceleriores, quòd isti vltro suo consilio viri facti Christum abnegabant, illi alieno coacti & adhuc pueri. Tameñ subditis nec in hos tyrannos vlla sit fueritue potestas, manet tamen æternum ius Christianis principibus vlciscendi hanc iniuriam, & oppressum tyrannide liberandi populum, quod non ita velim à me dictum accipi, tanquam violare liceat fœdera, promissaque, aut inducias, si quæ cum eis sint pactæ, ac interueniente nominis Dei sacramento confirmatæ, sed vt tempore exacto, aut iure gentium à tyrannis violato, quod ad ipsorum pertinet officium principes Christiani cogitent. Quod si Mahumeticæ sectæ, aut alterius cuiusvis principes ab iniuria publica Christiani nominis abstinent, nec in perniciem nostram coniurarunt; ad fidem Christi bello cogendos non censeo.

CAPVT XLII.

Diuersa comariò que religio non est iusta vicinis belli inferendù causa.

FVit tempus quando principes Christiani idoneam inferendi belli causam rebantur, si qua gens diuersam profiteretur religionem. Inferendo bellum incredulis (quæ erat illius seculi ignorantia) credebant se Seruatoris nostri mortem vlcisci, ac si omnes increduli essent Iudæi, & Romani illi qui Dominum Iesum crucifixurunt, aut ab illis orti.

Nobilitas Franciæ quondam cum socijs vicinis collecta manu transire in Africam, & urbem eiusdem nominis obsederunt, Reges illarum orarum per suos caduceatores, & legatos quæ essent belli causæ scire cupiebant. Nihil enim meminerant se in Francos peccasse, aut quicquam admisisse, quod bello aut vlciscendum, aut repetendum esset. Duces responderunt se aduenisse vindices mortis Domini nostri, quem maiores eorum crucifixissent. Mauri audito hoc responso, mirabantur pœnas de crucifixo Domino ab ipsis reposci, cuius nec ipsi, nec eorum maiores authores fuerant. renuntiare ergo iubent causam, quæ prætendebatur esse nullam. Iudaicam enim gentem cum Romanis id perpetrasse. Iudæos verò non minus se detestari, quàm Christiani. muti ad hæc nostri, domum, vnde venerant, nulla re, quæ sit alicuius momenti gesta, redierunt. Hæc noto, ne quis putet tyrannos esse omnes, qui religionem sequuntur diuersam à nostra, belloq; persequendos.

Illæ differentiæ quas recessui notandæ sunt ijs, qui de tyrannis rectè iudicare velint.

volunt, & quatenus eis parendum sit, quique non sint violandi: & qui per legem Dei, & iura gentium, in ordinem cogi, & regno deturbari, aut etiam necari possint, & à quibus & quando, docere est propositum.

Tyrannus quosdam deserere, atque etiam in eos coniurare fas esse, ex ijs quæ diximus, apparet, nempe quando citra impietatem, aut proximi iniuriam sub ipsorum imperio viuere non datur: sed eos percuti à subditis, aut in eos coniurare priuata auctoritate, non probari auspicijs supremæ auctoritatis illa res semper opus habet.

CAPVT XLIII.

Necare tyrannum priuatis non licet, nisi mandet in cui per leges in tyrannum ius est.

Quamuis præclara gentiles tyrannofonia cuius proposuerint, qui tyrannum necasset, ac vulgò persuasum habuerint, victimam nullam gratiorem Ioui mactari tyranno: ratione tamen victi & æquitate rei, philosophicas ratiocinationes suis destruxerunt legibus, quæ indemnatum quempiam necari, aut non auditum condemnari vetant. & quamuis scelerati hominis nota sint malefacta multa, magna, atrocia, nemini priuato in eum animaduertendi potestatem faciunt, sed expectari volunt iudicis sententiam. Sed ne sic quidem adiudicatum morti eum, carnifex interficit, nisi iussus à iudice, & ex eius præscripto, non vt sibi videbitur. & est quisquam tantæ temeritatis & audaciæ, qui Regem non auditum, non damnatum, audeat percutere?

Inter cæteras belli leges hæc vna erat, vt contra hostem pugnare nemini, qui sacramento militiæ auctoratus non esset, liceret. Nota est historia Pompilij & Catonis, cum ille imperator teneret prouinciam Macedonia in bello Persico, & vnam legionem dimisisset, in qua Catonis filius militabat. exauctoratum cum cum audisset pater, ad Pompilius scripsit, vt si eum pateretur in exercitu remanere, secundo eum obligaret militiæ sacramento, quia priore amisso, iure pugnare cum hostibus non poterat. adeo (inquit Tullius) *summa erat observatio in bello mouendo. In epistola ad Marcum filium scripsit Cato se audisse eum misum factum esse à Consule, moneat igitur vt caueat ne prælium ineat. negat enim ius esse, qui miles non sit, pugnare cum hoste.*

Hostis patriæ prius declarandus est publico iudicio eorum, penes quos est imperium. contra eum autem nec sic quidem arma capere licet, antequam quis ad eam rem auctoratus fuerit. Militi cruentum gladium ostentant, & insolentiùs iactant, quod Othonem interfecisset, Galba, cuius in primis id verum esse intererat, respondit, Commilito, quis iussit?

Demus tyrannum hostem esse patriæ, prius precedat iudicium oportet, quo denuntietur tyrannus, & deinde auctoratum eum esse qui percutiet. aliàs qua auctoritate eum audet ferire priuatus? à quo iussus? quo sacramento militiæ auctoratus? sub cuius imperatoris auspicijs? quotquot Monarchæ

subiecti sunt, eius respectu priuati cum sint, difficile ne dicam impossibile est haberi iudicium. Quid si non omnibus, sed paucis quibusdam videatur? Quid si pluribus & tamen reuera tyrannus non sit? malis bonus Rex videri potest tyrannus, sicut Moses Choraë, Dathani, & Abironi, & ipsi populo, à quo nisi prohibuisset Deus lapidibus fuisset obrutus, visus est. ad tyrannidem aspiranti legitimum facile est Regem insimulare tyrannidis.

Agè, sit tyrannus. quid si placeat & probetur à maiore parte regni, quid si utilis sit & necessarius reipublicæ? vt vtilis nihil sit, qui sacramento ei suam obstrinxerunt fidem, nullo iure eum possunt tangere.

Viriatus à suis est interfectus, postquam quatuordecim annos Hispanias aduersum Romanos mouisset. Paator ouium primò fuerat, mox latronum dux, postremò tantos ad bellum populos concitauit, vt assertor contra Romanos Hispaniæ putaretur. sed cum interfectores eius præmium à Cephione consule peterent, responsum est, nunquam Romanis placuisse imperatorem à suis militibus interfici. Sertorius decimo demùm anno inchoati belli, isdem quibus & Viriatus suorum dolis est interfectus. sed percussores præmium ne petendum quidem à Romanis esse duxerunt, quòd meminerant antea percussoribus Viriati fuisse negatum.

CAPVT XLIIII.

Tyrannorum cædes plerunque sunt reip. funestæ, & hoc nomine plures reip. vtilis principes fuisse sublatis, quam perniciosos, exempla docent.

Sed hoc notatu dignum arbitror, tyrannorum interfectores qui voluere videri, non tam vt reip. prodescent, quàm vt priuatam viscerentur inimicitiam, aut vt ipsi tyrannidem occuparent, hoc facinus fuisse aggressos. hinc plerumque violenta morte occubuisse, nunquam, aut per arò reip. profuisse. Interfectores Cæsaris post patratam cædem eodem anno malè perierunt, nec reimp. liberarunt. Hinc à *Iulij Cæsaris* cæde, si recenseam vsque ad *Constantini Magni* tempora, Romanorum Imperatorum facta, exemplis fiet manifestum, ab interfectorebus suorum principum priuatam fuisse quæsitam vtilitatem, non publicam; & non tam liberasse patriam tyrannim, quàm tyrannos commutasse. Caium Caligulam, Domitianum, ac Commodum insignes tyrannos, domesticorum insidiæ sustulerunt, non consilio liberandi illis monstris reimp. sed ne in illas easdem pœnas inciderent, ad quas ipsi contra alios tyrannorum animos exasperauerant, fuerantq; ministri. De interfectorebus Caligulæ sumptum fuit supplicium, quod sumendum etiam erat de ijs, qui Domitianum, & Commodum sustulère, si res in iudicium adducta fuisset.

Omnium odio, quo dignus erat, periit Nero: sed quo rerum successu? Iure quidem à Senatu damnatus fuerit, respublica tamè nihilo melius habuit, vno anno qui mortem eius secutus est, plus ciuilibus sanguinis est effusum, quàm nouem annorum ipsius tyrannis fuderat. *Tacitus lib. 1. hist.* ita scribit; *finis Neronis ut lasus primo gaudentium impetu fuerat, ita varios motus animorum, non in urbe apud patres, apud populum, apud urbisimum militem, sed omnes legiones, durèque concinerat, euulgato imperij arcano, posse principem alibi quàm Rome fieri.* Spes in Galba & Pisonè eius filio melior affulgebat: ea fallere potuit,

potuit, si tam breui spatio non fefellit. esto, fuerit certa. summi imperij reuerentia semel sublata, factum est, vt eodem fato quo tyranni solent, boni principes non pauci perierint. Sed quid Otho? Quid Vitellius? certè Nerone meliores non erant futuri, si superuixissent. mutatus tyrannus, non sublatus fuisset. Dei clementia Vespasianum dedit & Titum, non hominum per cædes principum grassantium prudentia.

Sublato Domitiano, qui Nerone sceleribus non fuit inferior, patri fratrique dissimilis, series quædam bonorum Principum secuta est vsque ad Commodum. Eum domestici, sicut Domitianum, timore vt sibi consulerent, non reipublicæ liberandæ causâ necarunt. prætendebatur tamen ea, quæ erat tyrannis, salûsque reipublicæ, & quæ situs à percussoribus est vir integerrimus Pertinax, quò melius paricidij tegetetur turpitudine. sed eò progressa erat militaris licentia, vt probos imperatores non ferret. qui Commodum passi fuerant virum pessimum, non tulerunt Pertinacem. Eandem qui Imperatoris creandi potestatem esse suam, simul & exauthorandi, atque necandi, arbitrabantur: exponere auctioni orbis terrarum imperium ausi sunt. & inuentus est Didius Iulianus, qui illud à militibus emeret, falsò ratus sibi fore fidos, quos auro mercatus esset. mercedem ergò tulit, quæ à prædonibus expectanda est.

Ad Seuerum imperium peruenit, qui percussores Pertinacis ultus est. hic tolerabilis princeps fasò suo mortuus est, à percussoribus liber, nimirum paricidiorum ultor, eo tamen meliores, non rarò milites obruncarunt. Bassianus Caracalla regnum velut hæreditarium à patre accepit, & Getam fratrem, quem imperij consortem pater legauerat, in sinu matris propria manu confodit. Hic plurimos Senatorij ordinis viros interfecit, & inter eos Papinianum, quòd necem fratris Getæ excusare nollet, diceretque non a què facile esse paricidium excusare, ac facere. Et hic paricida incestuosus & crudelis tyrannus fuit dignus (si tyrannos necare fas esset) in quem milites suo iure vterentur. Macrinus eum interfici curauit, vt ipse in imperium succederet. qualis qualis aurem hic fuit, aut se esse simulauit, eodem iure quo Bassianum interemerat, similiter periit. Nomen Bassiani militibus grati m erat. ei ergo filium in Syria supersititem educari audito, exercitus ad eum defecit, & Macrinum cum filio Diadumeno iugularunt, ei remensa mensura qua erga suum Imperatorem vsus fuerat.

Quamdiù in animis hominum insidebit, quicumq; illi sunt, tyrannos de medio tollere rem esse laude dignam, & vtilem reip. quandocunq; eos tædium capiet sui principis, tyrannus erit, nullaq; innocentia eum tutari ab improbitate multitudinis poterit. Heliogabalum igitur militaris fauor Imperatorem fecit, quo homine sol nihil vnquã vidit fœdus, nihil tetrius. Huius cædè fortè nemo accusaret si se intra hos limites effrenis militum licentia contineret, & non nisi malos & perniciosos humano generi tolleret tyrannos. Sed probi mores, vitæq; integritas Alexandrum Seuerum bonum Principem ab hac iniuria non protexit. eum quoq; cum matre Mammea militaris furor abstulit, vt in eius locum Thrax infimo loco obscurus homo succederet: quem propter corporis vastitatem, & crudelitatem morum, alij Cyclopem, alij Bufiriden, alij Antæum nominabant. sed ipse etiam multibus suis meritas pœnas dedit.

Gordianum tertium Senatus imperatorem fecit, qui sapiens, pudicus, & iustus fuit gubernator, amans iustitię, & à crudelitate alienus: hunc tamen Philippus opprobrium Christiani nominis, Præfectus Prætorio factus sustulit. Verum tunc quando imperatorem suum neci dedit, fuisse Christianum non arbitror, si ex disciplina ecclesię illius ætatis, Christianus æstimandus est. Vbius Galus cum filio Volusiano præter suum meritum destituti à militibus, apud forum *Flaminium* sunt interfecti. *Emilianus* sex mensium imperator simili defectione suorum perit.

De Valeriano patre nihil dico. Galienus improbus fuit: sub ejus imperio legiones per provincias, sibi imperatores varios delegere; inde per totum imperium magni motus nati sunt: tandem Galienus cum fratre Valeriano circa *Mediolanum* interfecti sunt. *Quintilius Flavius Claudij* frater à Senatu Augustus est appellatus, vir nulla in re fratre suo inferior: sed paulo post *Aquileię* interficitur. *Aurelio* imperium ab exercitu offertur, qui & fraude quorundam non procul à *Byzantio* cæsus est. *Taciti* verò optimi principis, quem tantus patrū, militum, populique consensus, quo nullus maior unquam fuit, inuitum ad imperium traxerat, nec sanctitas, nec modestia impedire potuit barbari militis crudelitatem, ne & hunc interficeret. Quod *Flavianum Taciti* fratrem, qui injussu patrum imperium tanquam hæreditarium esset, arripuit, *Tarsi* obruncarunt, mirum videri non deberet, si aut tantum bonos aut tantum malos tulissent; sed quod neque bonos neque malos principes ferre potuerint, mirum est eis, qui vndè profecta tam desperata sit audacia ignorant. Eam nunc reuocant, quotquot inferioribus ordinibus superiores, summósque reges coercendi potestatem adferunt.

Probus imperator re & nomine, tyrannos qui multi erant, & imperij nomen & insignia adsumperant, per uniuersum imperium extinxit: tandem tamen à militibus suis interemptus est. *Numerianum*, vt patri *Caro* succederet in imperio, propter virtutem Senatus & exercitus elegerant; sed hunc *Arius Aper* ipsius locer occidit, vt in se transferret imperium. Quod ægrè ferens exercitus, *Dioclesianum* elegit, qui *Aprum* interfecit. *Carinus* verò *Heliogabali* magis similis, quàm patris aut fratris, a militibus suis est occisus. *Dioclesianus* & *Maximianus* priuati perierunt, alter sua manu, alter à militibus, iussu *Constantini* interfectus. *Maxentius* victus à *Constantino* suffocatus est in flumine, *Maximinus* à vermibus corrosus interiit, *Licinius* postremus malè perijt.

A *Iulio Cæsare* vsque ad *Constantinum* magnum, nominis alicuius fuere numero 45. Cæsares, ex quibus tantum 15. placida morte quieuerunt, cæteros 30. (inter quos alij fuere boni principes, qui cæderentur indigni, alij poterant ferri, & eorum qui reuera tyranni erant, nemo fuit qui in tyrannorum catalogum ab interfectoris debuerit referri) milites sustulerunt.

Milites qui suos jugularunt imperatores, quis excusare potest? Pridiè ante eadem per genios jurabant imperatorum, pro eorum salute vota nuncupabant, & *Dij*s sacra faciebant. Vndè tam subita mutatio, vt quos paulo antè omni obseruantia & honore coluerant, repente fierent tyranni, digni in quos fœurent crudelius quàm in hostem, nullo duce mandante, nullo imperatore, sine auspicijs, sine sacramento?

Exempla plura qui perit, à *Constantino* vsque ad excidium *Constantinopolitani* imperij legat historias. Græca si quis requirat, ab *Alexandri* magni

magni morte vsque ad totalem imperij illius reductionem sub Romanis, legat historias illorum temporum, & cædes tyrannorum & regum quæ occurrerent; inueniet istis quas recensui pares. Libet tamen Græcæ historiæ vnum huc adferre exemplum. Dionysius Syracusanus omnium iudicio tyrannus fuit, & qui cum eiecit Dionem inter tyrannoctonos, tenere primas multi credunt: tamen propriæ iniuriæ fuit vltor; deinde popularem statum Syracusis restituere in animo nunquam habuit. in corruptissimò illo Syracusano populo, libertatem nunquam probauit; ea tamè prætendebatur. Aristocraticum statum animo secum versabat, qui æquale ferre nequibat, & Heraclidè necari passus est. Inuenit autem & ipse percussorem amicam & hospitem Callippum, qui post quoque perfidiæ suæ iustas pœnas dedit.

Vetus militaris disciplina hoc habebat, vt ne in legitimo quidem bello, nec cum hoste legitimo, pugnare ipsi tribuni ducisue ordinum auderent, nõ iussi ab imperatore, ne fortè temerè pugnaretur, cum totius exercitus periculo: cuius rei iudicium non est cuiuslibet, sed solius imperatoris. Et qui hanc belli legem violarunt, etiã vbi prosperè fuit pugnatũ, peritis bellandi imperatoribus temeritatis pœnas dederunt: qui sic partam victoriam casui, non virtuti tribuebant. huius seruadæ disciplinæ adeo studiosos fuisse Romanos legimus, vt patres natis priuari maluerint, quã hunc ab ipsis militiæ turbari ordinẽ. Posthumius Dictator Aulum Posthumium filium victorem securi feriri iussit, quòd nõ suo iussu castris egressus hostes fuderat. Item Mælius Torquatus Consul simili pœna filium quoque affecit, quòd prouocatus à Geminio Metio Tusculanorũ duce, cum eo se inficio dimicasset, satius esse iudicans, inquit Valerius, patrẽ filio forti, quã patriam militari disciplina carere. Nunquam Papyrij Dictatoris seueritatem, in re simili Quintus Fabius magister equitum, qui ausus fuerat contra ipsum mandatum eo absente cum Samnitibus congregi euasisset, nec eum victoria, nec generis nobilitas, nec patris Dictatura, nec tres patris Cõsultatus protexissent, si non Tribunicia potestas, populiq; fauor eum pœna subtraxissent, victoriam de hoste partam capite luisset.

Si quos auctoritas publica gladio cinxit, belli leges non sinunt eũ exerere, nisi ad mandatum Imperatoris; qua fretus audacia, nuper priuatus cucullatus fraterculus perfidè sub specie amicitia venenato cultro suum Regem petijt? priuatus inquã, non quilibet è vulgo, sed mundo mudiq; rebus mortuus, à ferro & sanguine professione remotus, de quo nulla huiusmodi habebatur suspicio: cui si militiã iustam imperasset Rex, religionem obtèdisset, nec sibi fas esse arma tractare coactus verò, de vi & tyrãnidè questus esset. Sed benè res haber, quòd lupina rabies ouis tecta vellere se prodat: ex vno, Christiani, discite ceteros: sunt sibi omnes persimiles, qui faciunt, factumq; probant, atq; defendunt.

Si hoc demus tyrãnos posse indemnatos interfici, vita optimi cuiusq; principis nulquã tuta erit, semper enim exposita audaciæ atq; libidini desperatissimi cuiusq;, cui tyrãnus videbitur, manebit. Dolo bis appetitus princeps Auraiacus, tandem occubuit. Si sacrosanctũ maiestatis tuæ caput, regina Elizabetha, Deus sua prouidentia: utatus non esset, iam olim conspiratione malorum perijsses. Quis consilia, fraudes, coniurationes, quas hoc hominum genus in te, in regnum tuum, machinari non destitit, hos triginta quatuor imperij tui annos, recenset? Quocirca si periculo inuoluuntur eodem cum tyrannis etiam boni principes, & ex eade tyranni non minus periculi toti reipublicæ impender,

impender, quàm si infeliciter pugnetur cum hoste; valeat pestilentis opinio quæ tyrannos necari à priuatis fas esse ducit. Multos casus narrant historię tyrannos; sed rarè cum vtilitate publica. si quid boni inde eueniat; casus est, non percussoris virtus.

CAPVT XLV.

Apostolica doctrina iubet quosvis Christianos, cuiuscunque sint gradus aut ordinis, tyrannicis potestatibus parere.

SED antequàm vlteriùs in hac quæstione progrediar, præmittendum est, quod Dei verbum nos docet de obedientia summis imperijs debita, penes quemcunque illa sunt, siue penes plures, optimates, aut populum, siue penes vnum, nempe regem, dominum, aut Tyrannum. sic enim faciliùs ad contrarias rationes respondebitur. *Omnis anima potestatibus supereminentibus subiecta esto.* (inquit Apostolus Paulus) *Non enim est potestas, nisi à Deo, & quæ sunt potestates, sunt à Deo ordinatæ. Itaque quisquis se opponit potestati, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi condemnationem afferent.* Hic audimus potestates esse à Deo; vnde imperia & dominia non obtineri humanis viribus & consilijs intelligitur: nec ea esse populi procerùmue beneficia, sed Dei dona. Prophetica & Apostolica doctrina reâ à nos vbique ad Deum, non ad homines respicere iubet.

Quoties enim ad externa respicimus media, quibus ad regnum peruenitur, & quinam sint quos ad tantam maiestatem euectos videmus; à veritate faciliè abducimur. Notum est sub quibus imperatoribus Paulus vixerit. Sub Claudio hæc epistola scripta fuit, quando multi seditiosi Iudæi, prætextu nouæ libertatis, magnos tumultus mouebant. à quibus vt deterret Christianos, in omnibus suis epistolis magno studio obedientiam & subiectionem inculcât. Ad Titum, *Suggere* (inquit) *ipsis, vt sese subijciant principatibus, & potestatibus, vt obsemprens, & vt ad omne opus bonum sint parati.* Et Apostolus Petrus idem monet in prima sua Catholica: *Subiecti estote* (inquit) *cuius humane ordinationi propter Dominum, siue regi, vt qui supereminet, siue præsidibus, vs qui per eum militantur, tum ad visionem maleficorum, tum ad laudem relligiosum, quoniam ita est voluntas Dei, vt bene agendo obmutescere faciatis amentium hominum ignorantiam.* Graues causæ mouebant Apostolos, vt tam serio & toties præcepta de subiectione repeterent. videbant Iudæorum consilia ad rebellionem spectare, inter quos & Christianos in illis initijs ecclesię gentiles discrimen facere non faciliè poterant. Invaluerat Sadoci, & Iudæ Gaulonitæ hæresis, quæ tandem exitium illi genti attulit. Et cum multi ex Iudæis ad fidem conuerterentur, quorum ingens & libertatis, & politix, & regni externi amor animos permouebat, & imperatorum palàm impia & flagitiosa vita, & dominatio durissima desiderium afferebat regni, quale fuisse Iegebant sub Dauide, & Salomone, ac alijs pijs regibus, & sub Messia futurum sperabant; facile ad res nouas & ad resistendum imperatoribus pertrahi poterant. Quid mirum si humanæ istæ cogitationes animos credentium, & nuper

super ad fidem conuerforum turbarent? cum ipsi Apostoli quamdiu cum eis Dominus vixit in terris, illos abijcere non potuerint, quin semper nouum cogitarent regnum, pium nempe & moderatum, contrarium Romanorum & aliarum gentium moribus; terrenum tamen, quale fuerat Davidis & Salomonis. Quocirca inprimis fuere istae admonitiones necessariae Christianis omnibus, vt scirent regna impiorum regum esse profecta à Deo: proinde eorum imperio esse quoque parendum. humanum iudicium fallit in hac re, quando iniuquum iudicat, vt malis subijciantur boni; & contra æquum esse, vt mali pareant bonis. Diuinæ prouidentiae pro huius vitæ tempore aliud visum est. ipsa namque prudenter hominibus malis vitur, ad humanas res gubernandas. Quapropter non secus malis regibus est obtemperandum, quàm bonis. Multa nos latent: omnia Deo patent; qui melius nobis nouit, quid humanis rebus & huius vitæ temporibus expediat; & magis necessarium sit. mali non semper ferunt bonos refores. melius à malis reguntur & affliguntur mali: similisque amant labra lactucas.

Et ne quis putaret hæc à Paulo præcipi scandali tantum vitandi causa, aut poenarum quas leges decernunt contemptoribus maiestatis, summam complexus ratiocinationis suæ addit: *Quapropter necesse est subijci, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam.* Quibus verbis religione conscientias obstringit, & ad Dei tribunal eos qui imperium potestatis supereminentis, detrectare audent, reuocat. *Dei (inquit) minister est tuo bono:* iniuria Dei ministro facta recidit in Dominum: & impia est ingratitude, eum audere contemnere, quem ad suam utilitatem audit à Deo constitutum esse. Et Diuus Petrus propter Dominum vult Christianos subiectionis, & seruitutis ferre iugum (idque cum omni timore) non eorum tantum qui boni & æqui sunt, sed etiam improborum.

CAPVT XLVI.

Resellitur deprauatio loci Paulini capitis decimitertij epistola ad Romanos.

Quidam scèdè hunc locum sua interpretatione deprauat, vt tueatur quam sibi finxit in regnis potestatem procerum, & populi supra reges, contra hanc Apostoli regulam, quæ omnem animam non plebeiorum tantum, sed etiam profus omnium magnatum potestati superiori subijcit. Si regis autem suprema est potestas, proceres & vniuersus populus illi sunt subiecti: si populi procerumue potestas eminet, rex ei sit quoque subiectus, oportet. Sed tunc monarchia euertitur, & Democratia aut Aristocratia constituitur. Paulus non explanat penes quem supereminentem potestatem de qua loquitur, esse intellexerit; an penes Senatum populumq; Romanum, an penes Cæsares. Sed Petrus occurrit Pauli interpres; qui Regem superiorem esse affirmat; sub quo inferiores constituit magistratus, qui omnem quam habeat potestatem ab eo acceperint. In quem nihil iuris habere censendi sunt, vt cum sibi subijciant, cui ipsi subiecti sunt.

Sed operæpretium est audire huius loci calumniam; & quibus ratio-

nibus confirmetur. Prima quam per partes amplificat, est paucitas Christianorum, qui tunc temporis re tenuis erant, primari & ignobiles, ac idcirco magis sollicitos esse oportuit de otio domestico, & tranquillitate publica, quam de reipublicæ statu, de imperij maiestate, de regum viis & officijs; neque iure quicquam aliud sibi vendicare poterant, quam ut sub imperij qualiscunque umbra laterent, infama fuisset, si sentasset reipublicæ gubernacula ad se pertrahere, immatura fuisset illa luxuries, & idcirco compescenda. Hæc ille. Ad iniuriam Pauli, & Apostolicæ doctrinæ nihil dici potuit contumeliosius. Nempè, Paulus vafer & versutus erat, qui diffusis viribus, nihil tentandum contra statum imperij illius temporis iudicavit; haud dubiè aliud daturus consilium, si affuisset opportunitas opprimendi Caligulam aut Neronem. Quod si ecclesia multos habuisset ex Senatorio ordine, & tantus Christianorum numerus fuisset, qui faciliè reipublicæ gubernacula ad se pertrahere potuissent, in tempestiva illa non fuisset luxuries, & per consequens minimè reprimenda: & Paulus alia vsus esset oratione. Præcepta igitur illa Pauli illius tantum temporis necessitati seruiert; nec æternæ & immotæ Dei legi, cui perpetuò ab omnibus parendum est, erunt annumeranda.

Sed falsitas huius glossæ duobus modis reuincitur; primùm moribus & vsu primorum Christianorum; qui ab Apostolis sic fuerunt instituti, ut nedum vim ullam inferre magistratui, sed illatam repellere flagitiosum iudicarent. Vbi etiam numero & viribus aduersarios fidei æquarunt, nihil vnquam eos vi & armis tentasse contra publicam potestatem legimus. Creuit tamen aded Christianorum multitudo, ex omnium hominum ordinibus, ut terrarum imperio faciliè incurere potuerint, si armis aduersus vim se defendere voluissent. Sed ea fuit maiorum nostrorum virtus & patientia, ut maluerint quoduis tormenti genus perferre, ac fortiter mori, quàm superioris aut inferioris cuiusquam magistratus dignitatem lædere.

Tertullianus ad Scapulam præsidem Carthaginis scribit. *Circa maiestatem (inquit) imperatoris infamamur; tamen nunquam Albiniani nec Nigriani vel Cassiani inueniri potuerunt Christiani. Sed idem ipsi qui per gentes eorum in pridè vsque irauerant, qui pro salute eorum hostias fecerant, & voverant, qui Christianos sepe damnauerant, hostes eorum sunt reperi. Christianus nullius est hostis, nedum imperatoris: quem sciens à Deo suo constituit, necesse est ut ipsum diligat, & reuereatur, & honoret, & saluum velit, cum toto Romano imperio.* Hæc Tertullianus: ex quo tunc temporis quantum fuerit Christianorum numerus discere possumus. is in eodem libro narrat de Ario Antonino Afix præfide, quòd cum religionem instanter persequeretur, omnes illius ciuitatis Christiani ante tribunalia eius, se manus facta obtulerunt: ille paucus duci iussit, reliquis ait *α δειδι ει δελορι δουδρινονεν κρυτας η θεηχου εχου.* Hoc si placuerit, & hic fieri, quid facies de tantis millibus hominum, tot viris & feminis omnis sexus, omnis ætatis, omnis dignitatis offerentibus se tibi, quantis ignibus, quantis gladijs: opus erit, quum ipsa Carthago passura est decimanda, eam propinquos, eam contubernales suos, illic nusquam cognouerit, cum viderit illic fortasse, & sui ordinis viros,

viros, & matronas, & principales quasque personas, & amicorum tuorum vel propinquos vel amicos? hæc Tertullianus ibidem, qui in Apologetico iuo: quid Christiani possent non dissimulauit, si vicis iniuriæ libuisset, vbi ait, *si enim hostes exorsenon tantum vindices oculos agere vellemus, deesse nobis vis numerorum & copiarum? plures nimirum Mauri & Marcomanni ipsique Parthi, vel quantacunque mius tamen loci & suorum finium gentes quam totius orbis, externi sumus & vestra omnia impleuimus, orbis, insulas, municipia, conciliabula, castra ipsa, tribus, decurias, palatium, senatum, forum, sola vobis relinquimus templa. Cui bello non idonei, non prompti fuissetus, etiam impares copijs, qui tam lilenter trucidamur, si non apud istam disciplinam magis occidi liceret, quam occidere? Intellige priuata auctoritate, nam & in castris militabant Christiani. Ex his Tertulliani verbis facile intelligimus, non inopia virium Christianos nihil tentasse contra summos magistratus, sed religione. Sic enim ab ipsis Apostolorum temporibus vsque ad illam ætatem fuerant instituti, nihil aduersus potestates esse tentandum, & Seruatorem nostrum, & Apostolos sermone & exemplis docuisse, reddere obedientiam magistratibus didicerant.*

Chrysofomus longè melior est huius loci interpret. Sed ipsa Pauli verba suam secum interpretationem afferunt: nihil opus est eam aliundè peti, quando potestates Imperatorum sui temporis claris & perspicuis verbis ordinationem Dei esse affirmat. itaque (inquit Chrysofomus) *Paulus ait, qui se opponit potestati, Dei ordinationi resistit, aperte condemnans factionum sue gentis duces, qui miserum populum contra Romanum imperium pretextu libertatis & religionis concitabant.* Caligulæ imperium non minùs Dei ordinatio fuit, quàm Constantini: non minùs Christus Dei fuit Saul, quàm Dauid. in rege & quouis alio magistratu, non est spectanda personæ virtus, sed præcipiendi auctoritas. Non igitur Paulus vitandæ offensionis causa illa præcepta scripsit, & alia quæ sunt huius generis plura, sed quòd æquum sit parere potestate publica eminentibus, in omnibus ijs quæ non aduersantur diuinis legibus.

CAPVT XLVII.

Rationes aduersæ partis confutantur.

NVnc ad fitiones respondendum est, quibus Paulinæ sententiæ veritas peruertitur. Fingere enim quædam nos iubet, ex quibus inferat paucorum quorundam, ad quos scribebar, Apostolum habuisse rationem, non vniuersorum cniuum. *Finge* (inquit) *aliquem è nostris doctoribus scribere ad Christianos qui sub Turcis viuunt, ad homines (inquam) re tenues, animo demissos, & inermes, & paucos, & ad omnem iniuriam expositos. Quod, rogo, aliud consilium daret, quàm quòd Paulus ecclesie quæ tunc Romæ erat, quàm quòd Ieremiæ in Assyria exulantibus dedit? Si pij fuerint doctores illi, qui mentem Pauli*

Pauli rectè teneant, ac Jeremiæ, & eodem moueantur spiritus; nullum aliud consilium daturi sunt quàm quod dederunt illi viri Dei. Nunquam enim nec violandi iura gentium, nec nouandi res, nec respub. turbandi, nec regibus, dominis, aut tyrannis bellum mouendi priuata auctoritate, exulanti populo, aut seruitute oppresso auctores erunt. Adhortabuntur pios ad fortiter ferendas præsentis vitæ miserias. est enim Christiana fortitudo quauis seruitutis maior.

Turcorum Imperator, non sibi suis viribus, sine Deo nobis irato, tot regna & tot populos deuicit, ac seruire coëgit: aduersus quem quamui olim aucta fuerit defensio, quando ignorabatur Dei voluntas, nunc ab ipsis effectis postquam est satis cognita; rebellio deuictis non est licita. In nouo bello motendo, non tantùm metiendæ sunt vires & copiæ, sed causâ & auctoritas concurrant oportet. vbi alterum horum deficit, bellum iniustum est. At neutrum in populo, qui iam multos annos seruiuit, & subiectus Turco fuit, inuenitur.

Seruanda fides est ei, sibi cuius fide quamuis duriter, tranquillè tamen viuatur. Quid igitur, an iniusta sunt arma contra Turcos? minime: si tractentur ab ijs, quos Deus gladio armauit. Stringant gladium in hostem, qui ius à Deo acceperunt gladij, non vsurpetur ab ijs quibus illud negauit, aut iam diu abstulit, nisi forte gladio perire velint. Summorum magistratuum est iustis de causis arma capere, non priuatorum, etiam si impares suis dominis non sint copijs.

CAPVT XLVIII.

Aliud argumentum, quo Apostolica præcepta eluduntur, refellitur.

Aliud argumentum quod affert est huiusmodi. *Paulus maritorum erga uxores, uxorum erga maritos, parentum in liberos, liberorum erga parentes, seruorum in dominos, mutua diligenter persequitur officia. magistratus quod sit officium etsi scribat, nominatim eos nusquam compellat: quod ob nullam aliam causam omissum est, quàm quod molli tum essent in Ecclesia ad quos scriberet.* ergo Paulus eorum hominum ad quos tum scribebat, non autem vniuersorum ciuium rationem habebat. Hanc argumentandi rationem exagitare nolo. tantùm aio, si hoc modo liceat illudere scripturas, nihil est tam perspicuè dictum, quod nõ possit hac ratione quiuis facile eleuare, ac dicere ad rationem illorum temporum & personarum esse scripta quæ allegantur: & præcepta Apostolica non pertinere ad omnes mortales, quia paucis quibusdam ecclesijs scripta sunt.

Quicquid de officio viroꝝ, vxoroꝝ, parentum, liberorum, dominorum & seruoꝝ præcipit Apostolus, ex Dei & naturæ lege desumpta sunt, proinde non eos tantùm ad quos Apostolus scribebat, sed vniuersum hominum genus obligant.

Ea autem quæ de subiectione & obedientia debita magistratibus scribit, cum ex eodem fonte sint desumpta, quis dicat nisi pernicax propositi defensor, ad eos tantùm pertinere, ad quos tum scribebat Apostolus? curpositiùs hoc, quàm illa tantùm ad eos Christianos pertineant, qui tunc tem-

poris

potis viuebant, non etiam ad nos, & in vniuersum ad omnes, qui viuunt sub regum & magistratum imperio?

Sed age, sanguis & hoc etiam Paulum viuisse sub imperio principum, qui Christianum nomen sunt professi, videlicet sub Constantio Constantini filio, aut sub Iuliano Apostata; quid de his est verisimile Apostolum ad ecclesiam fuisse scripturum? an dicimus si sibi secum consentire vellet Constantium Arianae sectae sequentem, & Iulianum Apostatam pro legitimis imperatoribus habentibus non fuisse, & Christianis omnibus interdiximus ne conuictu, ac colloquio, ac consuetudine eorum uterentur? Miseri profecto ecclesiarum illius temporis pastores & episcopi, qui quod esset suum officium ignorarunt, quasi fecerunt; his miseri, qui nec eo defungi sunt ausi, sed maiorem hominis mortalis habebunt rationem, quam Dei, & quos ciuiliam legum penis à diuinitus exigendis relinquere debebant, pro imperatoribus coluerunt. Sed censuræ ecclesiasticæ rigor illorum temporum patres illos ab huius culpe infamia vindicat. Publicos quidem conceptos praeces, contra Iulianum legimus; penitentium vero ciuibus, aut mactandorum militibus episcopos etiam esse posse non legimus. Tantum enim ab effusione sanguinis etiam nauij illorum temporum episcopi abhorrebant, quantum hodie innoxium faciunt Romani. Milites Christianos ad defectionem non sollicitarunt, nec à sacramento militiæ, quo suo imperatori obligabantur, liberarunt, modo integram Christo seruarent fidem, militare sub auspicio imperatore apostata, vel hæretico, nulla prohibebat religio.

Quamuis Orthodoxi episcopi multis modis grauius affigerentur, à fide tamen imperatorum nemo vnquam recessit, aut violandam à quoquam censuit. Sacris quidem Christiani populi interdixere etiam imperatores, si qui forte episcopi ad suum officium pertinere iudicarunt, imperio tamen dei ciciendi, aut quemquam suis possessionibus deturbandi potestatem se habere, nunquam crediderunt.

CAPVT XLIX.

Excommunicatio priuatim tantum hominem externa visibilliq; societate quam fideles christiani habent inter se manentibus ceteris societatis humanae vinculis.

Quod conuictum, colloquium, & consuetudinem cum excommunicato attingit, illa intelligenda sunt de ijs quæ Christianorum sunt propria, quatenus Christiani sunt, non quatenus homines & ciues. Rupto Christianæ societatis vinculo remanet ciuile & humanum, iusta excommunicatione cuius Ecclesiæ Christi quis esse definit, idque vsque ad tempus penitentiae, non suæ ciuitatis aut orbis. Is qui ecclesia eiciatur non è sua domo, & familia pellitur: vxor, nati, famuli, excommunicato marito, parenti, domino, manent vt antè obligati, nec eius colloquium, conuictum, aut consuetudinem in his rebus quæ ad familiam pertinent vitare tenentur. pari ratione nec alij ciues in rebus similibus, & quæ ad hominum pertinent societatem. Qui societate fidelium eiectus est, potest esse debitor, aut creditor, aut verumque, à quo repetenda & cui reddenda erit pecunia. Commercia huius vitæ censura ecclesiæ nec permutat, nec tollit. Quod reges legibus ciuilibus censuræ

luta ecclesiasticæ contemptores coercerent, & puniant, id ipsis non potest esse fraudi, qui supra suas leges sunt, nec illis vlllo iure tenentur.

Tamen & nos quoque fingamus omnes episcopos illius seculi suum officium ignorasse, ac eorum neminem Apostolicum habuisse spiritum. Domini nostri institutio extat apud Mathæum, ad eam recurramus, inde discere licet, quo loco habendus sit, qui ecclesiam audire recusat: *quod si ecclesiam non audierit* (inquit Dominus) *sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus*. at Ethnicis qui mariti, patres, domini & reges fidelium fuerunt, Apostoli iubent reddere debita officia, ergo & illa similiter reddenda sunt etiam ijs, quos ecclesiæ censura eiecit cætu fidelium.

Si quis dicat aliam esse rationem Ethnici, & excommunicati, à cuius colloquio & consuetudine aded alienos Paulus fideles esse vult, vt ne cibum quidem cum eis capiant, cum tamen de Ethnicis id nusquam prohibeat, sed liberum permittat eorum interesse cœnis: Respondeo, non de necessariorum officijs, cuiusmodi sunt vxoris erga maritum, liberorum erga parentes, seruorum erga dominos, subditorum erga suum principem, sed de ijs quæ beneuolentiæ Christianæ testandæ gratia, fideles inter se mutuo exercent, quamuis nullo alio necessitudinis vinculo deuinciantur, Pauli verba esse intelligenda. vt tota res exemplis planior fiat: sit excommunicatus quispiam in mortis periculo constitutus, famis, morbi, aut alicuius casus, fathe periturum cibabo, lethali morbo laborantem, si eius medendi teneo scientiam curabo, ex incendio & aqua extraham & seruabo, quia id non tantum deo Christianitati, sed naturæ humanæ, & hoc pacto imitabor Samaritani exemplum. Cum socijs excommunicatis contra communem hostem si sit pugnandum, de rebus quæ ad bellum pertinent, & ad oppugnandum hostem colloquar; si verò ad cœnam me vocent, nec ibo, nec ipse inuitabo.

Sed si maritus, aut parens, aut dominus, aut princeps sit excommunicatus, à conuictu non abstinebo. Marito, parenti, domino debentur honor & obsequium, non quatenus sunt Christiani, sed quatenus sunt maritus, parens, & dominus. Regum & subditorum eadem est ratio. Propter excommunicationem nemo iure suo cadit; nec à debitis officijs liberantur, qui ad illa iure diuino aut humano obligati sunt. Rex excommunicatus regno suo non idcirco excidit; nec subiecti idcirco liberantur à fide: qua tenentur suo principi. Non enim paterfamilias è sua domo, & familia, nec Rex è suo regno potest excommunicari.

CAPVT L

Quòd episcopus Romanus Reges excommunicandi ius, & ab eorum obedientia subiectos absoluedi usurpat, aperta tyrannus est.

QVòd Episcopus Romanus sibi ius usurpauit, solijs deiiciendi reges, & subditos absoluedi ab eorum obedientia & fide, tyrannus est contra patrum morem, & veteris ecclesiæ vsum, & tantum abhinc paulo plus minùse 600. annos in perniciem omnium regnorum, & in primis Rom. imperij, nata. Quòd nonnulli huic tyrannidi paruèrunt, aut superstitione inducti, aut

a Temporibus Gregor. 7. Hon. 3. Innocent. 3. & aliorum.

aut factionibus Rom. episcoporum victi, nihil contra veritatem evangelicam & iuris æquitatem præscribit. Ecclesiæ censura nec Dei legem, nec auri gentium cuertit. Lege Dei & naturæ vxor marito, liberi parentibus, serui Dominis, subiecti principibus obligantur. Pacta, conuenta, fœdera, sacramenti religio, lege Dei & iure gentium firma, rata, & iniuolata sunt seruanda. Nulla igitur Ecclesiæ censura, quæ præter Dei gloriam & proximi salutem nihil spectat, ea potest infringere. Deploranda profectò est humana conditionis miseria, quæ religione religionem cuertere cõnatur. Hanc ameniam, non inter humanæ mentis errores, non inter hæreses, sed inter furiores, quibus funditus humanæ societatis fundamenta eruuntur, numero.

C A P V T L L

Soluenda sunt tributa Regibus, eosque fraudare grauius est peccatum iurari furto, quo primi damno afficiuntur.

Idem Apostolus aliud officium principibus & magistratibus debitum notat, quando ait, *Propter hoc enim etiam tributa soluitis.* Multum in hæc re hodiè peccatur, & nescio qua iudicij peruersitate, sibi suoque peccato blandiuntur homines; vt nihil in Deum se credant peccare, si principem suo iure in vestigialibus, & tributis, aliisque in rebus defraudent. Hodie eò ventum est, vt quicquid aut principibus, aut Ecclesiasticis surripitur, furtum non putetur; cum tamen alterum sit peculatus, alterum sacrilegij crimen. Et vbi in conciuibus defraudandis, aliquantulum adhuc conscientiæ est reliquum, in publico fisco, & ijs, quæ ad Ecclesiasticos pertinent, prorsus nihil, modò clam & impunè esse possit. Tamen inter debita, Spiritus sanctus recenset tributa, & vestigalia, quando per Apostolum Paulum omnibus reddi iubet quod debetur, *cui tributum, tributum; cui vestigial, vestigial.*

Serui si non sufficit vox, ipsum dominum audiamus: qui interrogatus à Iudæis, an liceret censum dare Cæsari necne; respondit, *reddenda esse Cæsari quæ sunt Cæsari, et Deo, quæ sunt Deo.* Furari, rapere, fraudare, vel detinere, quæ sunt aliorum quorumuis, peccatum esse omnes intelligunt; Principis verò vel reipublicæ vestigial fraudare, & tributum non soluere, unde fit, vt peccatum aut nullum, aut certè leue putetur? magna profectò est humani ingenii peruersitas. Cum turpius sit furtum liberorum qui expilant suos parentes, quàm qui alienos, longè turpissimum furtum sit oportet, quod in Regem committitur.

Salomon in Prouerbij's natorum furta in parentes latrocinio comparat. *Qui subtrahit (inquit) aliquid à patre vel à matre, et dicit non esse peccatum, participi homicide est.* Atque Reges loco nobis esse parentum diximus; & hoc minimè controuersum est, præceptum de honorandis parentibus, parentum vocabulo principes, & magistratus significare. Vnde non minus latrocinium esse furtum factum principi, quàm parenti, fit consequens.

De obedientia verò quæ cæteris eorum mandatis debetur, quid dicam, eum hodiè non pudeat quosdam palàm docere leges principum infringere

Q 2 non

non esse peccatum, & incurri tantum penas constitutas legibus, præterea nihil? Sed parum intelligunt quid significet illud Pauli, *Necesse est subijci non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam*. Scio quidem principes laqueum non iniicere conscientijs; & plerumque; externam tantummodo respicere politicam, & cœcum mandata habere pondus pro ratione rei quæ mandatur aut prohibetur. Tamen præter id, quod difficile est de principis mente iudicare, non quid princeps intendat, vnicuiusque conscientia considerare debet, sed quid ipse Deus velit, & quousque nos ad parendum nostris Magistratibus obliget, quando impium non est quod mandatur, nec flagitiosum.

CAPVT LII.

Constitutionibus civilibus Magistratus de rebus Ecclesiasticis, Ecclesiarum pastores, & reliqua plene obedire censentur.

Sunt in quibusdam Ecclesijs reformatis Magistratum civilium constitutiones, consilio & consensu omnium ordinum receptæ: quibus ordinis Ecclesiastici hominibus, ad vniuersitatem in omnibus Christianorum cœtibus, liturgiæ certa forma, & ad honestatem publicam, & decorum vestis genus præscribitur, quibus publicè vtantur. Item de nonnullis alijs rebus adiaphoris, quibus si quis rectè vtatur, nihil in Deum peccatur. Tamen nescio qua morositate, nonnulli sunt qui excolantes cubicem, & denigrantes camelum, suis Magistratibus parere in huiusmodi rebus recusant.

Doctrina de filio Dei, de redemptione generis humani, de poenitentia & peccatorum remissione, de fide, & inuocatione nominis Dei purè, & sincerè populo proponitur & sacramenta secundum Dominicæ institutionis normam administrantur. Quæ qui fide tenet, Christum Dominum obtinet, qui est caput, *ex quo totum corpus, per commissuras & compages suppeditatum & compactum augetur Dei augmento*. De cuius corporis vmbra dum disputatur ab istis; corpus ipsum discepiatur & laceratur. Dum importuni homines tragedias mouent de rebus adiaphoris, faciunt vt imbecilliores de vniuersa doctrina dubitare incipiant, & vt confirmantur in suis erroribus inimici, qui de nostris dissidij sinu gaudent.

Quatuor genera hominum nobis hodiè consideranda sunt, quorum habenda est ratio. Primi sunt Pontificij & alij herotici: deinde qui nuper conuersi veritate Evangelicam amplectuntur, rudes tamen adhuc sunt & parum firmi: tertij sunt qui probè in fidei doctrina sunt instituti, & quos nemo facile à veritate dimoueat. Duo priora genera offenduntur importunis istis questionibus; tertij verò, præter maerorem quem concipiunt de infirmorum scandalo, nullum fructum percipiunt. Quartum hominum genus est eorum qui sibi placent, sibi sapiunt, cæterisque insultant, & opinione ecclesiasticæ sententiæ inflati, magna supercilio contemnunt quotquot ipsis subscribere recusant, & eos quibuscumque possunt maledictis læerant.

Hoc vlcus non tetigissem, nisi Magistratibus debitam obedientiam læerarent, dum ipsius authoritas in dubium reuocatur, contra ea quæ à pijs doctoribus disputata sunt, de Magistratum officio, & authoritate in rebus quæ

quæ concernunt externum ecclesiæ statum, & reformationem morum; nempe Christianum magistratum de rebus ecclesiasticis posse condere leges, & imperare ministris, & ecclesiarum pastoribus, ut officio suo rite fungantur, & ea obseruent quæ Deus per Apostolos ecclesiis tradidit observanda; ut hoc pacto aboleantur hæreses, ac prophani cultus, atque in vera doctrina populus Dei instruat.

Episcoporum, & presbyterorum cum vniuerso populo Christiano officium est, de pietate Principum, ac magistratum Deo gratias agere, ac ipsi in omni re pia & honesta parere & obsequi. Et quamuis à domino lesus Christo clauis regni cælorum acceperint, nihil indignum sua uocatione patiuntur, si pius magistratus aduigilet, ne sua potestate abuantur, & loco moueat quos nouit in doctrina & moribus plebi Christianæ potius scandalum afferre quàm emolumentum.

Quamuis regia potestas doctrinam de filio Dei, & de sacramentis ac cæteris religionis capitibus, innouare non possit: (quod nec ipsis concessum est episcopis) tamen de locis, & temporibus, quando & ubi commodè habere poterunt pietatis exercitia, constituere valet. Item quo ordine, quo ritu, quo gestu, quo habitu mysteria decentius celebrabuntur. decorum & ordinem natura docet homines seruare rebus in omnibus. Qui cum non semper idem & vna sit, maneatque apud omnes, & varietur pro ratione temporis, loci, & hominum, vna lex omnibus generibus præscribi non potuit. Idcirco id ab Apostolis liberum ecclesijs relictum est.

Ineptè ratiocinantur quidam ab exacta rationum forma à Mose tradita vni genti, & vni populo, in vna prouincia, in celebrandis mysterijs, & in reliquo vitæ genere, idem oportere à Seruatore Christo, & ab Apostolis intelligi esse factum in nouo Testamento, orbi vniuerso. Aliàs quod absurdum est consequi, ipso Mose minùs Seruatorem fuisse fidem in suo munere. Quam id sit futile, quàm parùm firmum, facile videre poterit, qui differentiam vtriusque testamenti, & legislatoris, & populi propius vult inspicere. Doctrina vtriusque testamenti vna & eadem manet, aduersus Domini abolem sunt veteres ceremoniæ, ac sacramentorum facta est mutatio; & loco illius veteris externi cultus operosi, ac seruiliter alligati loco, temporibus, ac ritibus innumeris, institutus est nouus, liber, & facilis, cui nec locus, nec tempus, nec aliquid huiusmodi præscribitur. Id si non consilio factum esset, & quis populum Christianum magis liberum esse Deus voluit, quàm Iudeicum, rectè dici posset consequi minùs curæ fuisse Domino suam ecclesiã, quam fuerat olim Mose.

Quicquid hodiè in scriptis Euangelicis nec mandatum, nec vetitum nouo populo legitur, liberum intelligitur. vnde qui præsunt in ecclesia, de loco & tempore, cæterisque quæ ad ecclesiæ bonam ordinem pertinent, constitutiones facere possunt, & quod olim non licuit sacerdotibus Leviticis, imò nec ipsis quidem regibus; eam mutare & abrogare aima religionis violationem possunt. Quare de his rebus, quod publicæ auctoritate decretum est, bona conscientia à priuatis reijci, aut improbari non debet. Quamdiu episcopi nec omittunt, quod à deo est mandatum, nec committunt quod est prohibitum; tutum non malè interpretatum licitum, proinde

ff quidpiam publica præcipiatur auctoritate quod est huiusmodi, à singulis est obseruandum.

Christianus populus hanc libertatem habet, vt in externis rebus sibi legem modumque possit statuere, non populariter & tumultuarie, sed per ecclesiarum pastores, & ministros, aut vbi publica receptum est: auctoritate Euangelium, per fideles Principes ac Magistratus, in quos populi potestas translata est, aut per vtrosque in Christiana republica. Nam quemadmodum in legibus civilibus condendis Iurifconsultos in consilium reges & principes adhibent; ita & in religione reformanda habent Theologos, & ecclesiarum Antistes quos consultant. Christianis principibus prima religionis esse debet cura; quorum pijs edictis de religione, ab omnibus tam populo, quam ecclesiarum pastoribus obediendum est.

CAPVT LIII.

Compeniosa disputatio contra eos, qui rebus medijs ad ornatum & ordinem decorum, ecclesiasticis constitutionibus magistratum obsequi decreuerunt.

Hic consilio duo hominum genera aduersantur. Primi magistratum auctoritatem in hoc negotio nullam agnoscunt; sed omnes reformationes factas à magistratu Christiano in doctrina, ritibus, & ceremonijs, quantumuis sunt piæ, habent pro hæreticis, & schismaticis. contra quos hic disputare non intendo, sed remitto ad eos qui hunc errorem doctè & piè confutarunt.

Sunt alij ex nostris qui inobedientiæ prætendunt conscientiam: quod ea quæ publica auctoritate mandantur, partim superstitiosa, partim papistica esse iudicent, cuius generis sunt lineæ & candidæ vestis vsus in sacris, & genuum inflexio in receptione eucharistiæ, & alia plura, quæ hic recensere nimis longum esset. Quare de superstitione dicam in genere, & demonstrabo in his quæ modo tetigi nullam inesse superstitionem, nisi superstitiosi sint, qui rebus illis vtuntur.

Superstitio est religionem attribuere rebus, quibus nulla inest definitio etiam metest, inanis Dei metus. secundum quam definitionem, isti qui superstitionem vitare volunt, in superstitionem incidunt, dum metuunt Dei offensionem, vbi nulla est, & peccatum in te media sibi vltro fingunt. Superstitio duplex est, re & opinione, gratia exempli, sanctorum inuocatio, preces pro mortuis, vt liberentur à pœnis purgatorij, aquæ exorcizate aspersio, re & natura sua superstitiosa sunt: nec possunt nisi superstitiosè fieri. Sunt alia quæ cum superstitione non sunt cõiuncta, nisi accedat falsa opinio: vt est ieiunare diebus Veneris, aut Sabbati, & cœlibem vitam degere, & id genus plura, quæ piè fieri possunt, quando ex fide sunt: quibus si accedat erronea opinio meriti, aut satisfactionis pro peccato, aut supererogationis, error in superstitione vertit, quod natura sua bonum est. Quod non tantùm accidere videmus rebus medijs, sed etiam ijs, quæ nobis præceptæ sunt, & quas sine impietate omittere non possumus. In veteri Testamento Deus iusserat Sabbata, & neomenias haberi dies festos, vitulos & hircos ac eorum sanguinem sibi offerri, & thy-

& thymiamatis fieri suffitum; nec poterant hæc omnia sine crimine timere quia superstitione seiebant, displicuerunt Domino; & grauius à Prophetis culpantur. Idem dico de Domini cena, superstitione sapè contaminari ab ijs, qui communicant; etiam si foris in oculis hominum celebretur, sicut ab ipso Domino instituta fuit. Sed huius superstitionis, homo sibi author est, non ipsa res: qui ut superstitionem vitet, falsam opinionem deponere, non à re sacra debet abstinere.

In veste candida superstitio nulla inest; nisi quam suo vitio adfert, qui ea vitur. Quod dici solet, ea Romanam ecclesiam abuti, & ab Ægyptiorum superstitione habuisse originem, hoc nihil quenquam mouere debet, qui ab illorum errore liber est. Si illis iisdem de causis præciperetur, quibus mouebantur Ægyptij sacerdotes, aut huius ætatis Romanæ ecclesiæ clerici, iusta esset exculatio. Diuinus Moses, si eam contaminantem vestem diuixerit, propter Ægyptiorum sacerdotum abusum, ad verum Deum ipsum usum non transulisset. Nec hoc quicquam habet momenti quod aiunt, nec ab Ægyptiorum superstitione, nec à Leuitarum ceremoniarum vsu, quidquam inferri fas esse in Christianorum sacra. Respondeo, ceremonias rituales Leuiticos non fuisse omnes eiusdem generis. Aliæ significationem habebant rerum futurarum, quarum consummatio fuit in Domino; & earum reuocare usum Christianis non licet. Aliæ erant ad ædificationem institutæ, vt Moysi & Prophetarum lectio; aliæ ad decorum tantum, & honestatem, vt Cantus Psalmorum & instrumenta musica, & vsus lineæ vestis Ephod: quæ communis erat omnibus ministrantibus in templo: quæ & David vsus est, qui nec sacerdos nec Leuitæ erat. Huius generis ceremoniæ nihil aduersantur gratiæ noui Testamenti, exhibitæ per Christum.

Sed non video cur aut ad Ægyptiorum sacerdotes, aut ad Pontificiorum & Leuitarum morem referri debeat potius, quam ad veterem ritum Baptisti, in cuius susceptionem candida veste recens baptizati solebant amirari, nõ superstitione, tanquam inde sanctitatis aliquid baptizato accederet, sed honoris causa, & testificationis, sumta ex moribus illius seculi manumissionis, cuius alba vestis erat insigne, qua etiam in testimonium lætitiæ veteres utebantur. Quod Ægyptij sacerdotes laneas vestes credere impuras, & mysteria in candida veste Pontificij somniant, ad superstitionis eorum pertinet errorem, sed Anglicanæ ecclesiæ doctrina hunc nobis scrupulum eximit: quæ præter decentiam, nihil sanctimoniam vestis affigit.

At sunt qui offenduntur hac veste: idque vt ipsi aiunt iusto odio papisticæ superstitionis: qui quando suum pastorem ea vident indutum, veteris idololatriæ quædam se adhuc credunt videre rudera. Offensio non semper arguit rem esse malam qua nonnulli solent offendi, si iuxta offensionis causam desit. Pontificij offenduntur missam esse abolitam. Nota est distinctio datus, & accepti scændali.

At sunt idololatriæ rudera. Testantur igitur eam esse demolitam. Præstaret nullas impietatis remanere reliquias. Non sunt dicendæ reliquæ impietatis, quæ tantum abusu, non natura sua sunt impia, præsertim quæ in bonum usum sunt conuersæ. Auro Ægyptiaco tabernaculi Dei ornatu fuit, & idololatriarum gentium spolia, ad templi constructionem à pijs regibus fuerunt dedicata.

Modestia

Modestia christiana caret, ne de ijs que publica ecclesie regniq; alicuius au-
thoritae sancita sunt; aut de principis sui voluntate, privato iudicio remo-
ve quicquam iudicet. Temeritatis & audaciae excusatio nulla est, ubi con-
stat ecclesie mensam; & principis voluntatem, ab omni superstitione alienam.
Id vnde constat; (inquit) Ex doctrina publicè recepta id sibi facile potest. Tu
qui ecclesie pastor es, plebem tuam rectè instruas, & quis se vestis candi-
dæ usus, & aliarum huius generis rerum doceat; atque ita scandalum, si quod
intuitu, amoveat. Protestatio; (inquit) contra factum nulla est favor: sed su-
perstitionis præiura convincit: quod quamdiu factum non est, excusatio
incepta est.

At mox sunt reformatæ ecclesie, quæ lineam illam vestis non admittunt,
& peregrinorum ecclesiarum ministri, & insularum Ieruzæ & Guernzæ,
qui ecclesie Anglicanæ adnumerantur, ea non videntur. Responsio: cum qui
in illis ecclesijs usum huius vestis vellet inchoare, à schismate non posse
excusari, sicut hoc à superstitione, quicquid contra ad suam excusationem
posset allegare.

Tanta est publicæ authoritatis vis, in aliqua remedia, ut labem que alio-
quin rei ex veteri consuetudine adhaeret, queat abstergere, quod prius tra-
quit. Gentis exempli, nullas audere urbes inhabitare, & ab usu vini, & ab
edû carniû abstinentia, cum opinione meriti, & peculiaris cuiusdam fan-
tasmatis, aut quod prophane sunt, superstitione & ingratitude aspersa est.
Deoq; displicet, qui per Christum nobis æqualiter esculenta omnia sanctifi-
cavit. Tamen eis cui summa quondam in suos fuit potestas, & certo consilio in-
nos dicit: urbes incolere, aut uti vini potu, de superstitione damnari iure non de-
bet priuata & particulari fide id mandari & observari potuit. Similiter si sum-
mus magistratus iudicaverit interesse reip. usum carniû eorû diebus inhi-
beri, subditis qui huiusmodi edicto parent, nulla superstitione contumina; à qua
tamen segne quilibet excubuerit, qui prius idem adsumserunt; & obstinatis
recusarent carniû vesci, illis diebus quibus ab eis supersticiosi abstinerere so-
lent: Et quod maius periculum superstitionis inesse gestationi mandatae li-
næ vestis publicæ authoritate, idq; consilio non supersticioso potest, quàm
mandato est piscium?

Quod peregrinorum ecclesijs & insularibus permittitur, privilegium est
quo nota omnibus sit, nullam religionem ab ecclesia Anglicana vestis tri-
bui; nec credi sacramenta minus ritè administrari in veste communi, quàm
in alba linea veste. Cur igitur (inquit) idem ubique non omnibus concedi-
datur? Tu quisquis presens es, curiosus in principis tui consilium; & comi-
tionum totius regni noli inquirere, quamdiu quod tibi præcipitur non est na-
mura sua impium; & scito quoties id sit, te modestiæ Christianæ limites ex-
cedere; & longè tutius tibi esse, & tunc conscientie parere, quàm hæc impetu-
nâ in quaestione vocare. contumaciæ genus illud est pessimum, cui de-
fendenda falsò obtenditur religio. *Amplius usque in 1671. Apud omnes gen-
tes boni omni semper suis habitum comitatus sua leges observare, improbi contemnerent. Sa-
pienter Sophocles; ripus rumpit cor rumpit; Oculi thronos studeo, & virtutes, & alio loco;
aut ut dicitur in 1671: aut ut dicitur in 1671: aut ut dicitur in 1671.*

CAPUT LIIII.

Exempla obedientiæ & duris imperiis, quæ nihil continent impletæ, esse otiosum & invidiosum.

Rechabitarum apud Ieremiam à Deo commendatur illustre exemplum obedientiæ: qui nec urbes vt incolerent, aut vinum biberent, animum vnquam poterunt inducere. Tanta fuit parentis etiam defuncti obseruantia, tantumq; per multa secula mortui valuit authoritas, vt quod testamētō moriens vetuerat, transgredi nunquam fuerint ausi. In hac tamen Pædagogia, si præcipua quædam supererogationis merita, si pro peccatis satisfactum iri credidissent, & idcirco supercilium præcipuæ cuiusdam supra cæteros sanctimonix adfuisse, nunquam ipse Deus eam commendasset.

Prima pars honoris quæ debetur parentibus & principibus, est obedientia. Lycurgus quantum momenti haberet prompta obedientia cum intelligeret, adfueri voluit etiam magnates magistratibus obedire. Et cum in alijs rebus publicis qui cæteris potentiores sunt, videri nolunt magistratus pertimescere (id enim illiberale arbitrantur) Spartz verò optimates, parere magistratibus & humiles esse, atq; vocatos non modò ad imperata ire, sed currere, vt obediant, gloriosum ducunt. nam vt alij imitentur, & facilius pareant, hoc suo exemplo futurum putant. Quamdiu ita comparati fuerunt Lacedæmonij, sternerunt, & faciliè vicinis socijsq; imperarunt.

Ottomanicum imperium partum fuit, & hodiè stat fide & obedientia militum, & Constanunopolitanum dissidijs, & factionibus ciuium, atque summi imperij contemptu ac licentia, inobedientiæque militum interij. Dissolui tyrannus Ottomanica nunquam poterit, quamdiu imperandi parentis virutes hinc inde vigeant: nisi fortè opponatur par fides, & æquè prompta obedientia. Tyrannicum quod mihi quis obijciat, illud esse imperium, & seruos tam milites, quàm præcipuos quosque belli duces; Christianis probrosus est, & à libera virtute ad sui defensionem non posse obtineri, quod extorquetur à seruitute, deplorandum. Quis dicat seruos fuisse, aut seruili ingenio præditos Lacedæmonas? Parere quicquid hominum vulgus iudicet, illiberale non est. major ea est virtus, quàm imperare.

Si dura sint quæ imperantur, qualia tyrannorum solent esse imperia; præceptum Domini occurrat, *si quis tibi suam tunicam capere voluerit, dimittit eam & pallium: si te angariauerit, vt eas mille passus, ito alia duo millia.* hæc vt benè intelligantur, de priuatorum iniurijs, melius de oneribus publicis quæ imponuntur à magistratibus, interpretari licet. Nam si patienter priuatorum iniuriæ ferendæ sunt, multò magis magistratuum. angarias non esse priuatorum ex iure notum est. *Nolite resistere malo* (inquit Dominus) *sed vincite in bono malo.* Non est igitur tyrannidis malo, quod tantum corpori dolorem, aut fortunis damnus adfert, resistendum, sed bono patientiæ vincendum.

Quid si impia iubeat? ne pareto, at malè multabor: patere, vitæ periculum erit, cum iactura bonorum omnium, aut fuge, aut morere. ego vxorem & munerisam prolem habeo, sum nobilis & diues, assuetus in otio lautè viuere: paupertas & exilium mihi ipsa morte grauiora sunt. vtrumvis

R

elige,

elige, aut hæc, aut Christum amittere, quando vtrumque simul non potes respondere, at quàm sunt hæc dura? (inquires.) sed Seneca homo gentilis tibi responderit; imperia dura si tollas, quid virtus erit? non est à terris mollis ad astra via. Terræ iacturam facies, & cælum recipies; vita mortali priuaberis, & immortalitate donaberis: parua sunt damna, quæ tam ingenti compensantur lucro. Paradoxotata hæc esse carni, & mundo scio: sed quid facias insanienti, qui nec bonos, nec malos ferre scit gubernatores, aut dominos? Atque hæc de obedientia quæ debetur summis imperiis dicta sunt.

CAPVT LV.

Non est temere de regibus & principibus iudicandum, nec curiosus primatis hominibus in eorum facta consiliaque inquirendum, semper autem ab à consilijs & maledictis in principes ac magistratus, & modestè quicquid peccant, ab ijs quorum hoc munus est, reprehendendum.

Restat & alia quædam honoris pars debita regibus, eisque omnibus qui cum imperio reipub. gubernant, quæ quæ neglecta, facile ad rebellionem vulgi excitabit animos, aut tardos ac segnes ad obedientiam reddet obsequium. Ad pudorem, reuerentiam, & obseruationem, qua colendi sunt cum omnes qui magistratum funguntur, tum imprimis reges pertinet, vt præclaram & honestam de ijs ciues habeant opinionem: vt bene de ijs loquantur, eorumque virtutes prædicent, ac laude prosequantur. si forte (vt homines sunt) ipsorum mores, vitæque repugnet, à maledicentia linguam, & calamos temperent. Nam fama tam ficti, prauique tenax est, quàm nuntia veri: & id scire oportet, odio & inuidiæ illustria nomina semper fuisse obnoxia. non enim possunt non incurere in multorum offensionem: primum quia cupiditatibus omnium, cum quibus ipsis res est, satisfacere nequeunt. deinde non raro reipub. causâ coguntur inimicitias suscipere, & aduersari eis, quibus aliâs gratificari fortè non fuisset molestum, si licuisset.

Consilia & rationes principum cum ignorentur, difficile est priuato homini, de eorû actionibus rectè iudicare. Nemo tamen hodiè non id sibi adsumit: & quo magis res sunt vndique perturbatæ, & multis intricatè ambagibus, plures futuri sunt iudices, qui pro sua libidine facta suorum principum interpretabuntur. Paucis annis quibus sub principe Auraco in Belgio vixi; quem non audiui, cum quo me tum loqui contigit, tum ordinum, tum principis actionum censorem, & iniquum interpretem, temerè maledicta congerentem in suos gubernatores, perinde ac si omnium quæ fiebant publicè eis fuisset reddenda ratio? Rectè quidam illiberalis, & inuerecundi censet effect ingenij, de principum potestate & rebus gestis, quæstionem mouere, quando & imperator sacrilegium esse scribit, de eo quod à principe factum est, disputare. At maledictis proscindere, & consilijs impudentissimis mendacijs reges, ac nobiles quæque personas diffamare, ludus creditur. Leges de famosis libellis, infames esse iubent, qui libellis infamiæ cuiquam notam affigere conantur. Tu quisquis es in quem scripta huiusmodi incident, scito à spiritu Christiano non proficisci. maledicos enim regnum Dei non admittit. Que ad modum vitia publicè nota reprehendi ab ijs, quorum illud munus est, eccle-

fit ac Christiane reip. interest, ita crimina occulta sibi quoque adduciam vera, intemperant in vulgus spargi plurimum mali adfert. illic scandalum tollitur, hic offertur: & tanto peccatur grauius, quò maior est qui maledicis, & de quo maledicuntur. Illud addo, multa saepe peccata à principibus, quæ palàm fieri plus mali, quàm boni sunt allatura. non enim semper satis est esse verum quod dicitur, nisi etiam sit admodum vite.

Inter cetera humanæ naturæ labe, hæc vna est, quòd homines in laudibus delectantur. nulla re facilius popularis capitur animus, quàm in laudicendi audacia. eam vulgus per se laudat, quia cum voluntate aliena peccata carpuntur, carpiq; audiuntur. Ea sunt qui in hac re sibi adeò placent, vt se quosdam esse Elias, & Iohannes Baptistas credant à quorum tamen spiritu, tantum absunt, quantum cælum à terra distat. Si vtiquam accurato iudicio opus est, & à præcipiti temeritate alienè, hic id primis illud requiro, ne quid licentius in viros principes effutatur, maledicendi potius libidine, quàm emendandi voluntate. Quod in thesi frequenter est vile dici, & necessarium, in hypothesi plerumque fallit iudicium.

Dicturo de rege, aut aliquo viro principe, illud Exodi priùs vt occurrat opto, *Dixi ne detrahitis, et magistratus eius detrahitis, nec principi in populo tuo maledicatis.* Semper honori eorum qui patrum in populo tenent locum est consulendum, ne in contemptum apud plebem veniant. Si quæ sunt regum, & magistratum tetra flagitia, multa & manifesta, si qua impietas, cuius sit periculum, ne populum ad eam pertrahat, ipseq; rex cum populo suo pereat, ad officium pertinet episcoporum & pastorum ecclesiæ ea reprehendere: cum ea tamen modestia, & grauitate, quæ factum olim à Prophetis legimus, sine populi motu, sine vi: non declamatorio more, aut satyrico, qui vitia dum exagitat, non sanat. Pastores, animarum sunt medici, quibus solertia eorum qui corpora curant, in mædendis vulneribus, & in propinandis pharmacis est imitanda: qui medicamenta sua ita attemperant, vt quod lethale est, admixtum non noceat, quod nimis amarum, gustus non refugiat. Imperitus medicus ille est, qui vulnera curare nescit, nisi secet & vrat. extrema illa remedia sunt, nec nisi desperatis morbis adhibenda. Sit Nathan in hac re exemplo, sit Samuel, qui regum suorum peccata reprehenderunt, citra vilius opprobrium, aut contumeliam.

Eum qui plerisque mos est nos probò, qui principum & magnatum regni consilia, factaq; publicè apud plebem suggillant: & quæ autoritate publica sunt constituta, condemnant, idque illis non præsentibus apud ignaram plebem, quid sit furdo maledicere, si hoc non sit, nescio. In re bona sæpe peccatur, quando modus, quem res postulat, non adhibetur. temerarium est priuatum hominem in ijs quæ publicè peccari iudicat, se immiscere, vt ea scripto culpet, aut reprehendat, nisi certum sit periculum, contagionem mali populo exitum allaturum. Prophetæ publici fuere populi Dei doctores extra ordinem vocati, qui nunquam quæ aut à principibus, aut à populo peccabantur, nominatim perstringere ausi sunt, nisi speciali à Deo accepto mandato: Sacerdotum, & Leuitarum illæ erant partes, qui missus non est, ingerere se alieno officio non debet. Adulari palàm principibus, graue quidem peccatum est, sed conuitiari, & contumelia afficere, grauius.

Hæc paucis notare totai, quod obseruatiorem & obedientiam summiã
reipub. gubernatoribus debitam reuerentur & impediant. Christiane de hæc
re Concilium Tolosanum decreuit his verbis: *Sed & hoc pro possidentibus hominum*

moribus salubri deliberatione censetur, ne quis in principem maledicta congerat.
Scriptum est: Filium dei legiflatore; Principem populi sui ne maledixeris. Quod

si quis fecerit, excommunicatione ecclesiastica plectatur. Nam si maledicti ro-
rum Dei non possidebant, quanto magis talis ab ecclesiis necessario

decreto hunc librum claudo, & ad confutandas
rationes, & argumenta eorum, qui sum-

ma regum imperia, vel Romanis epi-
scopis, vel proceribus regni,

populoque subijctis,
me attingo.

Secundi libri finis.



DE IMPERANDI AVTHORI-
TATE, ET CHRISTIANA OBE-
DIENTIA

LIBER TERTIVS.

CAPVT I.

*Ab episcopali benedictione, & iureiurando regum, demonstrare quidem volunt, re-
ges iure successionis hereditariae, aut electionis, non consequi plerumq; ius regni, nisi
et ea etiam accedens.*



Ab episcopali benedictione, ac iureiurando, quod reges praestant in sua inauguratione, proferre nituntur episcoporum, procerum, & populi auctoritatem supra regem; sed in primis episcoporum: quorum ut coryphaeus est Romanus papa (qui se caput vniuersalis ecclesiae iactat) ita in reges & regna supremam quandam potestatem vendicat. Et quoniam tantum ad regnum (ut aiunt) admittantur illis conditionibus, quas iurant se seruaturus, quod teneri subiectos ad obedientiam & subiectionem diutius, quam a regibus seruantur. Et quia regis potentiae aduersarij non eandem tenent de religione sententiam, alique in caeno & tenebris volucantur Romanae idolomaniae, & pontificiae tyrannidis sunt clientes, alij vero inde emerferunt quidem, sed tyrannidis odium eos veris & legitimis magistratibus iniquiores reddidit: ita in hac transactione paululum quiescere sinam, ut pontificiorum argumentis ductis ab inunctione, & sacratione episcopali respondeam. cui quia sacramenta permista sunt, silentio vix praeteriri poterunt: tamen quantum potero, id a me fiet perfunctorie, donec ad particulatam descendero disputationem de iuramenti obligatione, quod reges & principes in sua inauguratione praestant.

Robtus ob imperatore incipit, qui ad recte moderandum iuramentis sacrosanctis adstringitur, priusquam recipi administranda plena ei potestas concedatur: *Mempe quid temp. christianam, pontificem & ecclesiam Romanam, cuius se aduocatum, melius, ius aequaliter dicit, & paci consules, leges omnes, iura & privilegia imparij confirmabis, facultates imparij neque dirabes, neque oppugnorabis, nec minime in dicta causa, proferribus, sed iuris ordinem in eo sequatur: quod sacra factum erit, irritum habeatur. Aquisgranis, progressus archiepiscopus Coloniensis coram iustis vice nunciacione Casarem rogat, an fidem catholicam seruare, defendere ecclesiam, administrare iustitiam, tueri viduas & pupillos, & an honorem debitum Romano populo velit exhibere? ubi respondit, dicitur ad artem concipit verbi iurat, post ad saltem regressus. Nec adhuc (inquit) Germaniae imperatoris nomen, & honorem est allecutus. Deinde enim nomine totius imperij, principis praesente Coloniensis archiepiscopus interrogat, an fidem & obsequium ei praestare velit: quo praemisso inauguratur, & diaconi more vestitus in cathedra collocatur: gladius ei traditur, amictus fustibus, & scepterum: diademata vero archiepiscopi tres eius capiti imponunt.*

Et inde ad gratiam adductus iterum intrat: cui de imperatoris sede collocato; et quomodo
 nus se subique collegas, & ordines imperii, ut vero & legitimo imperatori commendat.

Sed videmus etiam in successione hereditaria regnum, quid fiat, secundum
 ab imperatore inter reges christianos habetur rex Galliarum. etenim hereditaria
 successione, quemadmodum & electioni, prætextu huius consecrationis,
 ius & robur detrahunt. Regnum vero successio (inquit Rollandus) etiam quodam-
 modo est hereditaria, & perpetua ferè serie à patribus ad filios descendit, tamen nec
 illa adeo libera est atque soluta, quin ipsius obligationis a rebus cum rege contracte,
 luculentam præferat indicia. Quemadmodum enim in Gallia, quemadmodum in Anglia,
 vel Polonia, vel ullo alio regno, defuncti regis filius in patris solium assumitur, non quasi
 sui fundi dominus, quo modo Turcarum princeps mortuo patre repente, sine ullo indocente,
 imperium occupat, ut bellico iure partum: sed tanquam prædij alieni curator, ab
 episcopis & proceribus & plebe ad rempublicam capeffendam liberis votis petiuit, &
 in defuncti patris locum successit: Quam sint hæc vera innoxia passiva.

In Gallia regnum rex sic inducitur ab archiepiscopo Rhemensis, in ecclesia illa abati
 seditur, & postulat ut episcopi & ecclesiæ eorum, conservet privilegia canonica, ius
 & iustitiam debitam, episcopos omnes & singulos ecclesiasticosque ita iuratur, quemadmo-
 dum officium eius requirit. Nota candidè lector, episcopos primam sui ipsorum, &
 suam privilegiorum habere curam, nec sufficere ipsis iuramentum regni
 utpote qui eius nulla sint pars, sed veluti hædera quæ adhæret arbori, camque
 depascitur, & tandem enecat, sic isti reges, & eorum regna: non quod negem
 episcoporum, & eorum quæ ipsos concernunt defensionem, ad regem pertine-
 nere, hæc dico, sed quod ea res speciale iuramentum non postulet, in numero
 procerum populique, haberi satis episcopis esse deberet. *Que quum rex facturum
 se receperit, & iurando firmarit, tum deinceps episcopi duo interrogant multitudinè
 populi circumfusi, utrum hunc pro rege habere velint? quæque, populus consentans
 factum præbuerit, tum coram archiepiscopo rex iuramento quod regni dicitur (primo enim
 solos episcopos attingit) ad hunc modum se obstringit. In nomine Iesu Christi populo Chri-
 stiano mihi subiecto, ea quæ sequuntur spondeo: primum quod ecclesiæ Dei in vera pæ-
 ce, meo præsidio perpetuo conservabitur. Deinde quod prohibebo rapinam, & iniustitiam
 in omni hominum genere. Tertio præcipiam in omni iudicio exerceri a quitatem & mi-
 sericordiam ut Deus clemens & misericors mihi misericordiam suam impartiat. Deinde
 de bona fide laborabo pro virili mea, ut ex omnibus terris iurisdictioni meæ traditis, ex-
 pellam omnes quos ecclesiæ hereticos declaravit: quæ omnia iurando rata facio.
 Quibus absolutis, archiepiscopus eum inangit, sepe iterum tradit, diadema regale capiti
 eius imponit, & in regali throno possessione collocat, diserte addens: Haec omnia tibi
 amquam vero & legitimum hæredi, auctoritate omnipotentis Dei, iam nunc tradimus
 per nos, qui hic ad summos episcopos, & alios Dei famulos: meminerisque sacerdotes tunc
 esse tibi magis honorandos & fovendos, quanto eos carnium magis sacris altaribus ap-
 propinquare.*

Anglicani autem regis institutio ita ad hanc Gallicanam quam proximè
 accedit. Angli siquidem rex ad summam ecclesiæ Westmonasteriensis altare, appo-
 nens manum sacrosanctis evangelij, religiosè iurat, se tota vita exhibiturum reveren-
 tiam atque honorem omnipotentis Deo, ecclesiæ catholice, & ministris eius, se dictum
 cum populo ius æquabile, & abrogaturum omnes iniquas leges, & iniustas consuetudin-
 as. Quo factis mox archiepiscopus Cantuariensis cum uno & altero ex proceribus ad
 populum

populum commensus explicat illius regis insinuatam, quemadmodum iustè & legitime se imperatorem est professus. Et tum à populo querit, utrum tali principi se velius subijcere, eiusque mandatis obedire?

In regum Poloniz inauguratione, quæ paulò diuersa est, nihil inest, quod sit aliquid momenti, cui responsum plene non erit in confutatione eorum, quæ ex horum trium regum institutionibus deducuntur: excepto quòd in fine iurisiurandi regis Poloniz explicatè ponitur: *Si (quod absit) iniuriam meam violauero, nullam nobis incola regni obedientiam debebit, sic me Deus adiuet, & hæc sancta Euangelia.* Hanc quoque clausulam in Brabantiz ducis receptione addi notum est. Quærunt aduersarij *num hæc tam magnificæ, & illustres actiones, tantè tantum sine cerecemia, ad stultæ plebeculæ oculos perstringendas, & nun potius, vna representatio stipulationis factæ, inter imperatorem & imperium, inter regem & regnum, de eo relictè & Christianè & ex legibus procuranda,*

CAPVT II.

All rationes & argumenta superioris capitis responderetur, doceturque imperatores & reges plenus ius imperij, vel regni consequi ab ipsa electione, & natiuitate, etiam si nec coronentur ab episcopis, nec quæquam iurent.

R Espondetur sublata superstitione, vt sacrosanctam imperatorum & regum maiestatem, ac inuiolabilem esse significetur, rectè adhiberi, cui idcirco per antistitum religionis manus, gladius datur, vt intelligat, se illum non à populo, non à nobilibus, non ab episcopis, quibus gladium nullum Seruator dedit, non denique ab vllò mortalium, sed à ipso Deo accipere: & valere has solemnitates plurimum ad religionem hinc inde obligandos animos, principis præstandi pij & boni regis officio, populi & omnium ordinum ad reuerentiam tantæ maiestatis, & omnimodam obedientiam eidem præstandam: ne quis aduersus eum insurgere audeat, quem Deus suum vicarium constituit.

Sed multò aliter euenit, & in contrarium finem hæc adhibentur, nempe ad tantæ maiestatis minuendam, & eleuandam authoritatem & potentiam, eamq; subijciendam episcopis, & proceribus, populòq; , vt data acceptæ occasione, eos de folio deijcere, regnoq; priuare audeant. Primum ex episcopali coronatione & iurisiurando hæc argumentantur, neq; electionis neq; natiuitatis aut hereditariæ successions ratione, plenum regni ius obtineri: deinde ab episcopis, & proceribus, & populo reges iam electos & natiuitatis iure hæredes liberis votis ad capessendam temp. expecti, & in defuncti locum surrogari: præterea non tanquam rei suæ dominum adsumi rogem, sed alieni prædij curatorem. proinde si rex promissis non steterit, aut se malè gesserit, primum ecclesiasticam potestatem exauthorandi reges habere ius: deinde similiter proceres & populum. Quibus hos perniciosos errores defendant argumentis videbimus: sed falsa hæc esse prius ex ipso iure hereditariæ successions, & electionis docebo, exempliq; confirmabo. Certum est quam plurimos Christianos extitisse reges, & imperatores, qui neq; ab episcopis coronati fuere, neq; iurisiurandum vllum præstiterunt: quos tamen constat veros & legitimos reges, & imperatores fuisse, & plenum ius habuisse imperij, & regnorum suorum.

Constantinopolitani Patriarchæ primi hanc coronandi imperatores ceremoniam

remotam inuenerunt, cui episcopi Romani addidere vñtionem. Henricus primus iam, illo recepto more coronandi & inungendi reges & imperatores, sibi delatum imperium cum insignibus imperij, mortuo Conrado recepit: sed coronari & inungi noluit. quantus autem fuerit imperator ex historijs notum est. Mirum est quemquam qui hæc non ignorat, ea hoc versari posse errore, vt amplius nus coronatione acquiri traditue credat, quam antea habebat ratione aut hereditariæ successionis, aut legitimæ electionis. Cùm nihil horum p̄sents temporibus fuerit necessarium: vnde obsecro fit, vt hodie nisi ab episcopis accipiatur corona, plenum regni ius rex non habere credatur?

Ritus varios eoque solemnes incundi regni in vsu fuisse apud varias gentes legitimus: sed nihil ad mixuendam regie maiestatis authoritatem. Nunc autem quemadmodum olim reges ab imperatoribus Romanis diadema accipere, signum fuit clientelæ; similiter à pontificibus accipere coronam, subiectionis & inferioris conditionis esse sub episcopis argumentum mundo persuasum esse volunt. Hoc & iuramenta quæ exiguntur à regibus ita esse necessaria, vt nisi accedant, in regno successionis ius natiuitati generique, aut electionis debitum, nullum sit futurum. Certo certius tamen hoc est, imperatores & reges olim non iurasse populo, sed populos regibus. Moses populi Dei dux nihil populo iurasse legitur, similiter nec Iosua, nec alius quispiam Israheliticorum iudicum.

CAPVT III.

Quamuis in mutuis pactis inter partes contrahatur obligatio, non est necesse vtramque partem iurare.

TAmetsi in omni pacto, inter partes contrahatur obligatio, non tamen est vtramque partem iurare necesse. Inter vassallum & seniore[m] partem intercedit: solus tamen vassallus iurat domino suo, non dominus vassallo. Ex fœdere quod Dauid iniit cum decem tribubus non probatur, quicquam eum iurasse a populo. & vbi Ioiada fœdus iniisse legitur cum quibusdam centurionibus, & quod postea principes familiarum Israhel, & omnis multitudo iniit pactum cum rege in domo Domini; de data fide regi & Ioiadæ intelligi debent, non de iurata fide populo à rege: quod in illo 11. cap. 4. regum, apertius significatur, vbi dicitur, *Adiurans eos Ioiada in domo Domini, ostendit eis filium regis. quod enim regis infantis potius esse iuramentum?*

Hoc enim obseruandum, vbi de fœdere fit mentio in libris Regum, & Paralipomenon factò à populo, aut à rege cum Deo, vel cum populo, renouatum extra ordinem fuisse, post defectionem à Deo, aut à rege, aut simul ab vtroque, sicut sub Atholæ regno accidit, esse intelligendum. Hinc Dauid fœdus cum decem tribubus quæ Isbosethum secutæ fuerant pepigit: quod factum cum tribu Iuda, & Benjamin non legitur: sicut nec in receptione Saulis, aut aliorum regum. Sed quando qui inimici fuerunt, & contrarias partes secuti sunt, se dedunt, & redeunt ad suum principem, post defectionem, id est necessarium, aliàs minime. Quamobrem opus fuit, vt decem tribus quæ contra Dauidem bellarant, sacramento ei se fore fidos adstringerent. Sic etiam eos

qui

a 2. Paralip. 33. &
4. reg. 11.

qui sub Athalæ imperio septem annos vixerant, vero & legitimo suo regi (abjurata Athalæ) iurando suam fidem obligare debuerunt. Ezechias convocato populo post exhortationem, placere sibi dixit, ut fœdus inirent cum Domino, quippe quod violatum ab antecessoribus eorum fuerat, ipse erat renouandum. & ibidem Iohas percussit fœdus caram Domino, ut ambulare post eum. & captiuitate reducta sub Eldra fœdus his renouatum legitur, in quibus fœderibus solus populus Deo, & regibus vel ducibus suis iurant.

Quoniam pœcis temporibus non nisi bona de regibus habebatur opinio, per præsumebatur, quod reip. aut cuiquam iniurias facere vellent; iram penit nullum ab eis exigebatur. mali omnia res est, sinistra de nouo regi habere opinionem, aut mali quidpiam suspicari. Plinius iunior satis aperte ostendit imperatores Romanos non fuisse solitos iurare Senatui, aut Cœsilibus, populo Romano, sed vt legibus, ita sacramento fuisse solitos. iurare verò eos omnes omnes Cæsaribus solitos, ipsos vero nemini, probatione non eget. hunc nouum esse morem exigendi sacramenti ab imperatoribus & regibus, & postremis ac malis temporibus natum, apparet ex veteri coronandi, & iungendi reges ratione: & quando primum regum vnctionem inuenerunt episcopi, eam fuisse à iuramento liberam, ex coronatione Othonis primi, quam hic subijcio, vt à Wittichindo narratur, quibus videre potest.

Defuncto itaque patre patria, & regum optimo maximo Henrico, omnis populus Francorum atque Saxonum, iam olim designatam regem à patre filium eius Oddonem elegit sibi in principem, vniuersalesque electionis neceitates locum, iustissimè ad Aquisgranipalatiū. Est autem locus ille proximus Iulo, a conditore Italia Cæsare cognominatus. Quibus, illo venientibus, duces ac præfectores principes omnes ad eum principum milium manu congregati, in sistorio basilicæ magni Caruli coherenti collocauerunt novam ducem in folio ibidem constructo, manus ei dantes, ac fidem pollicentes, operamque suam contra omnes inimicos spondentes, more suo fecerunt eum regem. dum ea geruntur à ducibus ac cætero magistratu, pontifex maximus cum vniuerso sacerdotali ordine, & omni plebe, infra in basilica præstolabatur processionem nomi regis. Quo præcedente pontifex obuius laua sua dexteram t angis regis, suâque dextra litum gestans, linea indutus stola, planetæque insulatus progressusque in medium usque phari, substitit: & venor sus ad populum qui circumstabat (nam erant deambulatoris infra, supraque in illa basilicæ in rotandum facta) quod ab omni populo cerni posses: En (inquit) adduco vobis à Deo electum, & à domino rerum Henrico olim designatum, nunc verò è sanctis principibus regem factum Oddonem: si vobis ista electio placeat, dextris in celum leuatis significat. Ad hæc omnis populus dexteras in celum leuans, cum clamore valido comprecati sunt prospera nouo duci. Proinde procedit pontifex cum rege iungetur, more Francorum, indutus, ponè altare: super quod insigne egalis postea erat, gladius cum balteo, ehlamy cum armillis, baculus cum sceptro ac diademate. Ipse autem accedens ad altare: & sumpto inde gladio cum balteo, conuersus ad regem ait: Accipe (inquit) hunc gladium, quo efficias omnes Christi aduersarios, barbaros & malos Christianos auctoritate diuina, tibi tradita omni potestate: tunc imperij Francorum, ad firmissimam pacem omnium Christianorum. Deindè: & capia armillis, quo ehlamy de induis eome. his cornibus humo tenus demissis (inquit) moueris, quo zelo fides seruetur, & in pace tuanda periducere usque in finem debere. Exinde sumpto scpt

a. Pamlp. 29. cap. 10. ver.
 34. cap. 4. reg. 23. cap.
 1. Ef. 10. 3. & 2. cfr. 9. 38.

ero baccis que, in signis (inquit) monitis, paterna castigatione subiectos corripias, primumque Dei ministra, viduis ac pupillis, manū misericordia porrigas, nunquamque de capite tuo oleum miserationis deficias, ut in præstiti et in futuro sempiterno præmio coroneris. Perfusus itaque oleo sancto, et coronatus diademate aureo, ab ipsis pontificibus Hildiberto, et Wicfrido ac omni legitima consecratione completa, ab ipsis pontificibus ducitur ad solium.

Proceres quidem hinc iurasse imperatori, fidemque dedisse legimus: iuramenti regis nulla fit mentio. Inire regnum imperatores regēque solemnī ritu, precibus temporibus, ac rationi est consentaneum: iurare verò fidem subditis, quantum ego potui observare, nouum. Quod eo à me non disputatur, tanquam receptum morem improbem, sed vt demonstrarem hoc non esse necessarid coniunctum cum acceptione regni: & vbi more hoc receptum est, non derogare supremæ monarchicæ potestati. Deus ipse iurauit Abrahamo: iurauit & Dauidi: iuramentum præstitum inferiori, non ei superiorem subiicit. Quod veteres id exigendum non censuerint à suis principibus, factum est, ne diffidere viderentur de fide & integritate eius, cui tanta concedita erat potestas.

CAPVT IIII.

Ex iure pontificis probatur coronationem nullum conferre ius, quod ante coronationem non habebatur.

Clemens 5. vis electionis quanta esset cum non ignoraret, eos excommunicauit, qui literas à papa concessas, & alias actiones papales ante coronationem gestas impugnare audebant. eius verba hæc sunt: *Quia nonnulli (prout accepimus) contra doctrinam Apostoli, sua prudentia (quoniam potius imprudentia) immitentes ac disceptare super his, de quibus eis non expedit, satagentes, asserere non verentur, quod summus pontifex ante sua coronationis insignia, se non debet intramittere de promotionibus, reservationibus, dispensationibus, et alijs gratijs faciendis, nec se in licetis episcopum simpliciter, sed electum episcopum scribere; nec etiam uti bulla, in qua nomen exprimitur ipsius. Nos saltem temeritates contempserunt, singulos, qui occasione huiusmodi aliquas literas nostras super negotijs quibuscumque concessas, qua à nobis ante coronationis nostre insignia emanarunt, ausu fuerint impugnare, excommunicationis sententia immodamus. Datum apud Pefecum Burdegalen. Li. x. Anno 2. pontificatus.*

Hinc iurifconsulti aiunt, quod in regem seu imperatorem Romanorum à Principibus electoribus regni & imperij, in concordia electus, potest statim ex illa electione, licite nomen regis adsumere, ac iura & bona regni & imperij in Italia & alijs prouincijs eiusdem regni & imperij administrare. Nam statim ab illa electione, ius imperij ad eum emanat, regnumque à Deo, qui suffragia direxit, immediatè accipit, & nihil est, quod episcopus ^b Romanus obijcit. Si principes sacril: gum vel excommunicatum in regem, tyrannum vel falsum, hereticum eligerent aut paganum, non inungere, consecrare, ac coronare hominem huiusmodi deberet? Episcopus faceret, quod se dignum iudicaret. nihil ad eum electio pertinet. Imperiorum regnorumque iura non ab eius pendent consecratione: priores episcopis & Papis fuisse reges, & imperatores.

^a Lib. 5. extr. com. 12. 10.

^b Venerabilem. extr. de elect. & elect. potestas.

tores. Etenim per vniversum orbem innumeri extiterunt reges & imperatores, sacrilegi, excommunicati, tyranni, fatui, hæretici, & pagani, vt Deo, ipsiusque prouidentie visum est, qui regnis præficit etiam vilissimos mortaliū. Papæ non est, nec cuiusquam, Deo præscribere, quos reges dare debeat.

Itaque si Deus principes electores, ea mentis ignorantia, errorēue in eligendo Cæsare laborare vellet, vt sibi eligendum ducerent hæreticum, excommunicatum, sacrilegum, & tyrannum, ego eum non minus regem imperatorēque iudicauero quouis optimo Principe, & non secus ei parendum esse, in omnibus rebus iustis, quàm bono principi. Idq; quia præmoniti satis in verbo Dei sumus, regna dari etiam hominibus vilissimis, ypotese seruis, tyrannis, improbis & impijs, æquē, ac moderatis & pijs principibus, proinde parere ac subijci quoque eis citra discrimen mandatur. Aliud est imperium, aliud est sacrilegium: imperio qui parer, rei bonæ, quæ à Deo est, parer: neque consequens est parere idcirco sacrilegio & hæresi, quia hæretico aut sacrilego parer principi. At mandabit heresim, sacrilegia, & impia multa fieri. quod sæpius iam monui peto, ne parer: *Deo positis obediendum est quàm homini.* Qui pœnam metuit, cedat furori, fugiat tyrannum. hoc vnicum remedium aduersus tyrannidem Deus pijs concessit, qui mundum regendum tam bonis quàm malis principibus tradidit. De hac re audiatur Augustinus. *Deus* (^a *inquit ipse das regna terrena & bonis & malis, neque hoc temerè, & quasi fortuitò, quia Deus est, non fortuna: sed pro rerum ordine ac tempore, occulto nobis, potissimo sibi.* Et alio loco. ^b *Neroniana fuit luxuries, vt nihil ab eo putaretur virile metuendum: tanta crudelitas, vt nihil molle habere crederetur, si nesciretur. Etiam talibus tamen dominandi potestas non datur, nisi summi Dei prouidentia, quando res humanas iudicat talibus Dominus dignas.*

^a Aug. de ciui. lib. 4. cap. 33.

^b Aug. de ciui. lib. 5. cap. 19.

C A P V T V.

Sententia Nicolai Cusani.

Nicolai ^a *Cusani de regis electi iure sententiam audiamus. Sufficit scire (inquit ille) quod electio libera, à naturali & diuino iure dependens, non habet ortum à positio iure aut homine quocunque, vt in eius arbitrio existat, quo ad hoc, validitas electionis, maxime in eligendo regem & imperatorem, cuius esse & posse ab vno homine non dependet. Vnde electores qui communi consensu omnium Alemannorum, & aliorum qui imperio subiecti erant, tempore secundi Henrici consensu sunt, radicalem vim habent ab ipso communi omnium consensu, qui sibi naturali iure imperatorem constituerent poterant, non ab ipso Romano pontifice, in cuius potestate non est dare vnicuique prouincia per mandum regem vel imperatorem ipsa non consentiente. &c. Deinde sequitur: Vnde ipsi communi fungentes legatione unum qui imperio subsum, etiam solius sacerdotij & Romani pontifici, eligunt: qui electus sine dubio ex ipsa electione cuncta consequitur. &c. Addit præterea: Vnctio autem & coronatio (quas etiam legitimus alijs regibus tribui) nec arguunt in papa maioriatem supra ipsam electionem confirmandam vel infirmandam. vel super ipsam etiam imperium, quoad temporalia, sicut nec vnctio qua fit regi Francia Rhemis, aut coronatio ipsiusmet imperatoris per Archiepiscopum Coloniensem Aquilegani: Et hoc ex eo, quia legi-*

^a Lib. 3. de concordia cathol. ad extrad. de elect. & elect. potestatem. cap. 4.

tot Colorem principum, ab Archiepiscopo Moguntinensi Hildeberto Aquifragi inno-
 strantia regem Alemannie & Francorum, de consensu & voluntate principum, & co-
 nio papali Almannia, Saxoniam, & Francia. Sic etiam legitur ab Hergero Archiepif-
 copo Moguntinensi, nulliorem ac diadema mortuo Conrado rege, Henrico primo de
 communi omnium consensu oblatum, qui recepto diademate noluit inungi, quia dixit
 se indignum. Ex quibus patet unctiorem nihil prestare imperiali potestati. Insignia e-
 nim illa, quasi ad manifestatam sacram, qua imperio inest ostenderant, materiali visibili
 subiecto imperij, cum ceremonijs impenduntur, ut sint signa pradicantia adiuuandum
 illius potentiam: sicut similia in Romanam pontifice videmus fieri, tamen ante omnia
 talia, papa est post electionem. Ex his Nicolai Cusani rationibus & exemplis, per-
 spicuum omnibus fit, quid iuris sola electio adferat, & quid coronatio addat.

CAPVT VI.

Henricus quintus in sua coronatione papa iurare noluit, & quid cause sit cur im-
 peratorum electioni papa non tantum tribuere iurii, quantum sua.

TAmen historiam Henrici quinti etiam hic subiiciam, qui in sua corona-
 tione papa iurare noluit. ex ea enim euincitur iurii consultos illius æ-
 tatis, qui imperatori erant à consilio, non indicasse imperatorem, papæ
 aut episcopis iurare teneri, Henricum 4. Romani pontifices & alij episcopi
 multis modis afflixerunt, quem & postremo suscitato filio contra patrem, vi
 regno deturbarunt. filius autem surrogatus patri in regnum, eius meritam re-
 didit mercedem. Quum enim Romam cum exercitu venisset, vt à pontifice
 coronaretur, is ab eo postulauit, vt prius ipsi & Romanæ ecclesie iurares
 quod facere recusauit dicens, imperatorē nemini iurare debere, cui iuramen-
 torum sacramenta sint ab omnibus exhibenda. Hætuoldus presbyter in chroni-
 ca Saxonum rem ita narrat. Facta est ergo contentio inter dominum papam & regem,
 & interceptum est opus consecrationis. Statim armatus Regis exercitus offerretus est in
 iram, inieceruntq; manus in clerum, & spoliauerunt eos vestibus sanctis, quasi lupi gras-
 santes inter ouilia. Hic auditis, Romani prorumpunt ad obstitendum, eo quod viderent in-
 iuriari clerum, oriturq; est bellum in domo beati Petri, tale quale non est auditum in
 armis antiqua. Præuuluit autem exercitus regis, attriueruntq; Romanos interfecti-
 one magna nimis, nec suis discretio cleri & vulgi, omnia deuor ante gladio. Ibi pugna-
 tio robustissimus quisque, quousque obrigesceret gladius in manibus eius. Et repleta
 est domus sanctificationis morticinijs, & cadaveribus: proflueruntque de acervis
 mortuorum, rui sanguinis, adeo vt Tiberina fluuenta mutarentur in colorem san-
 guinis. Sed quid mirari inuoror? Dominus papa & ceteri qui occisioni superfue-
 rant in capitiuam dubij sunt. Videres ergo Cardinales fundibus in colla missis, mu-
 dostrahi, vincitij post verga manibus, & de cinctibus immensus cathenatorum cæruas
 duci. Postquam ergo profecti de Roma, venerunt ad prime mansionis locum, accesserunt
 quidam episcopi & religiosi ad dominum papam dicentes ad eam: Magnus dolor est cor-
 di nostro sanctissime pontifex de tanto facinore quod commissum est contra te & clerum
 tuum, & ceteris verbis tuis. Sed mala hæc exigentibus peccatis nostris improuisa magis,
 quam deliberata fuerunt. Assentire ergo nobis, & complacere domino nostro, vt & ip-
 se complacatur tibi, & perfice in eo opus benedictionis tuæ. Quibus ille respondit: Quid
 dicitis d' dilecti fratres? Virum hunc iniquum, virum sanguinam & dolosum, à nobis
 consecrauidum

consecrandum dicitur? Bene respiciant manus suas ad percipiendam consecrationem, qui
 auras Dei perdidit errore sacerdotum, & domum sanctificationis replevit cadaveribus
 interfectorum. Absit à me verbum hoc vt ego consecrationi consecrationis ejus, qui seip-
 sum exeret abibem reddidit. Cumq; illi dicerent cunctum esse saluti suæ, & coram qui
 erant in captivitate, vt Regem placeres, respondet cum magna libertate dicens: Nihil
 meo Dominum vestrum Regem: Occidas corpus se vult, amplius non habes quod faciat.
 Multum quidem prosperatus est in eade civitate, & ceteri sui, sed dico vobis in veritate,
 quia de caetero non assequetur victoriam, nec videbit pacem in diebus suis, sed nec filium
 generabit, qui se deat in throno ejus. Cumq; hic renunciata fuisset in conspectu Regis,
 exarsit in iracundia magna, iussitq; omnes captivos decollari in facie domini Papæ vt
 vel per hoc deterreret eum. Ille vero instans et hortatur eos, mori fortiter pro iustitia,
 promittens eis eterna vitæ immarcescibilem coronam. At illi unanimiter pronobis pedes
 pæ ejus, orabans dilationem vitæ. Tunc beatissimus Pontifex, suffusus lachrymis con-
 status est cordis inspectorem, se male mori cadere, si non præpetitis oculis Christi
 jure impendenda compassio: Fecit ergo quod necessitas imperaret, & promissæ Regem
 consecraturus, vt captivitas relaxaretur. Reversiq; in urbem, dominus Papa & Cardina-
 les fecerunt Regi secundum volumine ejus, ex voto quietem obsequio, dederuntq; ei privi-
 legiū super omnibus quæ desideraverat anima ejus. Hactenus Helmoldus. Ex his pa-
 tere arbitror nihil juris adferre Regibus, aut coronationem, aut iustu-
 randum, quod ex electione aut natiuitate non habeant. Hunc imperatorem
 jurasse Aquilgrani episcopo Coloniensi non est veritas, qui id Papæ exhibe-
 re aubuit.

Iniquus est Romanus episcopus qui neget electioni imperatoris & Regum
 jus, quod ipse suæ tribuit. Par enim jus competit Regibus in sua regna, ex ele-
 ctione de ipsis facta, quod Romano Papæ in suum Papatū ejus cōferre electio.

Mirum esset ex imperatorum & regum coronatione, Pontifices sibi obi-
 noxios reges esse, audere argumentari; cum Ostiensis episcopi qui Papas co-
 ronant, nihil potestatis in ipsos sibi vendicare posse nouerint, nisi penes Roma-
 num episcopum summū totius orbis Christiani, & omnium ecclesiarū imperi-
 um crederent. Nam electiones episcoporum & magistratū confirmandas esse
 ab eo qui summū tenet imperium, notum est. Quando sitos dominos Papæ ag-
 noscebant imperatores, indignū suam electionem ab eis probari non iudica-
 bant. Quotquot electionem imperatoris & regum, vel etiam successiois hæ-
 reditarie, aut ab episcopis aut à proceribus populose confisit mandum cen-
 sent, atq; etiam confirmari, eis similiter summū imperiū tribuunt, major pote-
 stas à minore nec probari, nec improbari potest. Hinc fit vt Romanus episco-
 pus sui solius electionem tantū faciat, vt ea sola se consequi plenum suæ Apo-
 stolice sedis jus ante consecrationem credat, quod postea habiturus est; idq;
 electioni imperatoris neget, vt potè quom loco vassalli, atque clientis habeat,
 ipse verò superiorem agnoscat neminem.

CAPVT VII.

Ante coronationem adiri regni possessionem ex recepto usu, manifestum docentur exemplis.

Iure autem natiuitatis etiam adiri possessionem regni ante consecrationem,
 vsu & consuetudine notū est. Iohannes 2. anno ab incarnato Christo 1407.
 infans vnus anni Castellæ Rex electus est, cum Ferdinandus ipsius patrus,
 aut

aut alius quispiam ex linea collateralis regis stirpis potuerit eligi. Est enim illud regnum regio generi hæreditarium, & personæ electivum. Iacobus Scotiæ Rex in maternam regnam infans successit: nec minus juris in regno suo habuit, antequam quidquam populo suo juraret, quàm habet hodiè. Item Gallorum Rex Carolus 9. puer admodum regnum iniit, priusquam per ætatem scire posset quid iuramentum valeret. Carolus 7. ac si patris sui legitimus fuisset hæres, diu regnavit, antequam Rhemis consecrari potuit. Rex Carolus quintus cum longiori vitæ diffideret, & hæredem regni adhuc infantem relicturus videretur, legem tulit, quæ natos Regum ante 14. ætatis annum coronari prohibet: haud dubiè id nunquam facturum, si jus regni vel tantillum à coronatione pendere judicasset: præsertim illis temporibus, quando de iure regni cum Anglis certabatur. Idè enim coronantur Reges, quia sunt Reges; non autem sunt Reges, quia coronantur.

Quamvis nihil juris coronatio Regi adferat, quod alinndè totum prius non habeat, tamen expendamus quid inde aduersarij queant efficere. ab imperatore exordiar. Electo imperatori statim Principes electores conditiones jam superius notatas proponunt, quibus absolutam & legibus omnibus exemptam supremam potestatem, certis legibus astringunt: ut sunt, quod *leges omnes, jura & privilegia imperij confirmet, neminem iudicet à causâ proscibat, sed juris ordinem in eo sequatur, quod secus factum erit, irritum habeatur.* quas conditiones, si recipi est utile, non improbo exigi. olim populus senatusq; Romanus aliud iudicavit, illis interim cautionibus testatum sit, quæ sit imperatoris potestas, nisi legibus illis se submitteret: qua in re de jure suo derogat, quod ei aliàs maneret integrum.

Quod si promissa quæ iuravit, non servarit; non excidit regno. tantum irritum futurum est, & vim non jus fore, quod ex imperio contra pactas conditiones fecerit, certum est. an jura & privilegia imperij aliqua sint, quæ adimant imperium Cæsari, si contra leges juratas fecerit, nescio. certè scriptum jus non adimit, quod principem legibus soluit.

Tamet si enim quæ imperatores & Reges sanctè jurarunt, servanda sint, & dignus existat qui fallit fidem, ut ei nulla servetur; tamen si fortè imperator fidem juratam violarit, summi imperij reuerentia jus mouendi belli in imperatorem subiectis non concedit.

Principum Germaniæ, & civitatum magnam esse libertatem & potentiam non ignoro, cui absit, ut ego quidquam detractum velim. sed quo ca major est, imperatoris est minor. quidquid eis accreuit, imperatori decrevit. vnde ad defendendam rempub. minus potens factus est. quando enim premit aliqua necessitas, distractas imperij vires recolligere est difficile.

C A P V T V I I I

Regnum quorundam iuramenta duo continent, quorum alterum ad Regum officium, etiam si nihil iurent, pertinet; alterum est quod derogatur Regiæ potentie.

Imperatoris, & Regum iuramentum duo quædam continet; quorû alterum est Regis officium, ad quod tam jure diuino, quàm humano tenetur, etiam si nihil iuret. cuiusmodi illa sunt, quod *fidem Catholicam servabit, ecclesiam defendet, iustitiam administrabit, viduis & pupillis tuebitur.* alterum quædam continet

tinet, ad quæ nec imperator, nec Reges tenentur, nisi ipsi sacramenti religionæ seipfos seruandis illis obstringerent: cuiusmodi sunt, vrbium, & nobilitatis priuilegia, & immunitates quibus Cæsareæ & Regiæ potestati derogatur vt quòd imperator Pontificem, & ecclesiam Romanam defendet, cuius se fore promittit aduocatum. Et quòd Reges ecclesijs, & episcopis conseruati sunt priuilegia Canonica, quæ nullo iure diuino nec humano fulciuntur; & quidquid est hujus generis, quo debilitatur regia potestas, & potentia & authoritas subditorum in regem augetur.

Prior juramenti pars nihil continet difficultatis, præter hanc vnam, viz. num vtrinq; promissiones illæ sub conditione fiant, an absolutè, & vt aiunt, simpliciter. quam controuersiam infra tractabimus, ubi ad juramentum regis Poloniæ ventum erit. Altera juramenti pars, qua legitimæ regis potentiæ detrahitur, & subditis plus quàm ordinario iure possint sibi vendicare, tribuitur, habet difficultatem: non quin rex teneatur seruare quicquid sacramento nominis Dei se seruaturus esse promisit, sed si jurare recuset, aut coronari ab episcopo nolit, num propter eà regni jure excidat. Imperatorum enim, & Regum electioni, & hæreditariæ successioni conditiones illas conjunctas natura non esse docuimus, quin adire regnum rex possit jure hæreditario, aut electionis, antequam coronetur, aut quicquam iuret.

Sed cum omnium regnorum non sint eadem iura, & pluribus sit regum nomen commune, quorum non est par in subditos potestas; malè ab aduersarijs ad vnam normam omnia regna exiguntur, & simul coniunguntur plures reges cum Romanorum imperatore, cuius potentia non tam attrita, quàm multis modis accisa est. omnium enim non est par, & similis regnandi ratio.

Plerisque in locis Reges sine vltro sua sponte quod reipub. vile fore indicarent, siue pretio, fraude, dolòue circumuenti, siue bello aut vi, aliãue necessitate coacti, dimidiã partem Regiæ potentiæ suis cesserint subditis, quo jure, quæue injuria, serò disputatur, quando factum esse constat. Anglorum & Gallorum Reges Monarchæ sunt, qui absolutè regium in suos habent imperiũ Danorum & Polonorum Reges nescio quibus legibus cum populo & suis Palatinis illud partiti sunt: si modò vera sunt quæ à Rollæo, & nonnullis alijs feruntur.

C A P V T I X.

Reges non esse dominos reguorum suorum, sed tantum curatores, ex verbo Dei falsum esse conuincitur, & liberis votis Reges electos, aut natos à populo expeti falsum.

Quod autem Russus ait, *successores in regno ab episcopis, & præcibus, & plebe assumi, non quasi fundi dominos, sed tanquam prædij alieni curatores, & ad capeſtendam reſpud. liberis votis expeti, & in defuncti locum ſurrogari, falſum eſſe docebo.*

Sed odiosè comparantur nostri Reges, cum Ottomanis, qui non tantum Reges sunt, sed etiam Domini suorum subditorum. Quid autem inter dominũ & Reges interſit à nobis dictũ fuit: repeti nihil opus est, regis dominatus ab herili differt, quòd hic libertatè tollat, ille nihil ei officiat. Alieni prædij Reges curatores esse, verbo Dei & legibus cuiuslibet aduersatur. Quidquid in regno possidetur, aut feudum est, aut allodium, feudorum rex est directus dominus: ab

aliodijs tributum, & seruitutem quando reipublicæ accessivas postulat potest exigere.

Verba Prophetæ Nathanis regni proprietatem pertinere ad reges aperte significat, quibus ad hunc modum Dauidem alloquutus est, inquit, hæc dicit Dominus Deus Israel, ego unxi te in Regem super Israel, & ego erui te de manu Saul, & dedi tibi domum Domini tui, & rexeris Domini tui in similitudine, dediq; tibi domum Israel & Iuda; & si parua sunt ista, adjiciam tibi multa majora. Et Daniel ad Regem Nebuchadnezaræ, Tu Rex Regū es, & Democcali regūū & fortitudinem & imperiū & gloriā dedit tibi & omnia in quibus habitant filij hominū, & bestia agri, volucres quoque cæli dedit in manu tua, & sub ditione tua vniuersa constituit. Itaque Dominus Nebuchadnezar erat regnorum, quæ Dominus ei dederat, non curator; sicut nec Dauid in regno Iuda & Israel, sed Ioseph in Egypto, & Daniel in Babylone, alienæ rei fuere curatores, sicut etiam & hodie sunt omnes inferiores magistratus & rectores prouinciarum sub Regibus.

Item liberis votis expecti Regem, vbi legibus hæreditariæ successioni regnum defertur, & iure sanguinis proximo defuncti Regis debetur, affirmare, ab omni ratione alienum est. Voti enim libertatem tollit ea quæ a legibus, omni sublata intercedendi potestate, proficitur recipiendi Regis necessitas, si quis vt acumen suum ostendet, necessitatem cum arbitrij libertate contendat posse stare; nihil ei aduersabor. sicut libera vota populi, & neque coacti, neque inuiti recipiant regem, sique sese subiciant voluntarij, modo negetur potestas eum reiiciendi, quemcumque electio, aut natiuitas dederit. Sed quomodo regiam dignitatem ab episcoporum & procerum populique electione pendere, ex hac consecrandi Regis ratione doceant, videamus.

Quod populus interrogatur verum huic pro Rege habere velint, superflua quædam est ceremonia, quid si negarent? quid si in diuersa diuiderentur studia? sed vt tota multitudo, quæ illis conuenisse potest, consentiat, quæ obsecro pars illa est populi totius Germaniæ, aut Galliæ? illorum scilicet consensus toti imperio, aut toti regno Galliæ Regem dabit.

In Romani Regis coronatione Archiepiscopus à populo petit, *vs si placet electio, dextris in calicem leuatis, sibi placere regem significent*, sed non in hunc finem id à populo illis præsentare exigitur, vt iudicetur in eius potestate esse Regem repudiare. primū omnium totius populi, & procerum qui subsunt imperio nomine, & autoritate imperator iam electus est. deinde millesima pars totius imperij non adest, præterea reliquus populus ad quem res non minus spectare quam ad eos qui præsentare adunt, nullam potestatem habet communi nomine admittendi, aut repudiandi Regis. Postmodò cōiunctio si non semper est condicionalis, proinde hæc clausula, *si placet vobis*, idem est ac si episcopus diceret, quandoquidem placet, aut quod placet ista electio, *id dextris in calicem sublati significare*. Quis sermo interpretandus est tam ex sensu eius qui loquitur, quam eorum qui sermonem excipiunt, sed nec Archiepiscopus significatum vult, nec quispiam tunc intelligit populo facultatem dari repudiandi, aut admittendi Regem. falsa igitur est interpretatio, quæ hinc trahit populi consensum necessario requiri in coronatione Regis, vt plenum consequatur imperium.

Sed

Sed cum hæc sententiam aduersariorum euertunt, primum quod rex Gal-
lorum ait in suo iuramento *se spondere populo Christiano sibi subiecto*, deinde quod
archiepiscopus Regi dicit, quando sceptrum ei tradit, & diadema capiti eius
imponit: *Hæc omnia tibi tanquam vero & legitimo hæredi, auctoritate omnipoten-*
tis Dei, iam nunc traduntur per nos, qui hæc adsumus episcopos, & alios Dei famulos:
horum uerborum hunc uerum esse sensum oportet, populam esse subiectum
regi, antequam ei quidquam iuret, atque Regni diadema auctore Deo le-
gitimo hæredi, cui obuenit esse tradendum, & idcirco tradi: & cum possent
illa ornamenta Regi à Nobilibus tradi, per Episcopos id fieri, ut omnes in-
telligant regnum rem esse sacram, & proximè à Deo tradi.

C A P V T X.

*Episcoporum consecratio nihil regibus dat auctoritatis, & fabula est à S. Remigio
Clodouæum fuisse unctum; ex formula tamen consecrationis nihil aliud efficitur,
quàm iure reges esse antequam consecrentur.*

Episcope qui ex ritu coronandi, & ungenti Reges auctoritatem à Deo
sibi esse commissam, creandi & eligendi Reges, & posse repudiare le-
gitimum hæredem disputant, propter hæresim, aut aliud aliquod pec-
catum, & peruersè errant, nec liberi sunt à læsæ maiestatis crimine. Quod si
tanti suum oleum faciunt, ut ipsis religio sit, eum quem ipsi non probarint re-
gem inungere, illud sibi retineant, & sciant regiam dignitatem inde non pen-
dere. Christus Domini fuit Cyrus, nullius tamen sacerdotis, aut prophetæ
unctus legitur christumate. Rex est, quem diuina prouidentia natiuitatis aut
electionis iure ad regnum nasci uoluit.

Sed unde Episcopis hæc tanta potestas, ut nemo Rex sit futurus, nisi quem
sua unctio dignum censuerunt? à Domino nostro Iesu Christo eam ipsos
non habere certum est. imò nec à Regibus, nec à proceribus, nec à populo.
à quo igitur? à consuetudine, inquit, quæ cepit cum Clodouæo primo
Christiano Rege, *qui hoc ius Rhemensi dedit Episcopo, & postea illud summus
pontifex Victor confirmavit: id quod Rex item agnoscit, & rursus confirmat.* Pa-
pæ! quid audio? à Clodouæo igitur? sed quid? Rexne legitimus erat Clo-
douæus, antequam baptizaretur, & inungeretur à Rhemensi Episcopo? an
tum demum cepit esse Rex, quando eum Sanctus Remigius baptizauit, & pos-
tea Regem inunxit? Regem fuisse Francorum legitimum ante baptismum,
& unctioem illam notum est, illa igitur quid Regi contulit, quod antea non
habuerit? ecquid hodie amplius Regi dare potest quàm quod olim Clo-
douæo dedit? Sed baptismum quidem Clodouæum lego, in regem uero unctum
non inuenio. unctio cuius quidam mentionem faciunt, ad baptismi perti-
nebat ceremoniam. Postquam tamen ita uultis sicut Sanctus Remigius
Clodouæum qui antea uerus Rex erat unxit, ita Rex sit prius oportet uerus &
legitimus, quàm eum Rhemensis ungat. legitimum hæredem eum qui non
est, facere non potest sacrandi formula. supponit enim eum esse legitimum
hæredem, unde consequens fit proximum hæredem uerum esse Regem, pri-
usquam coronetur: & coronationem nihil aliud esse, quàm notam & insigne
regis dignitatis à Deo illi, qui sacraur collata.

T

Si olim

Si olim successores Sancti Remigij, proceresque Francorum coronationi episcopi vim inesse tantam credidissent, & ipsorum, & procerum, atque populi esse Regis futuri electionem, nunquam tantopere laboratum fuisset in Childerico deponendo, negandus tantum à nobilitate, & populo consensus neganda tantum coronatio à Rhemensi Episcopo fuisset. Sed Pipinus proceresque Franciæ tunc temporis hoc ius ignorabant, quando consulendum duxerunt Romanum episcopum, & à Bonifacio Moguntino Archiepiscopo coronatus est. Si tamen Rosizus fabulam illam veram esse contendat, nihil aliud obtinebit, quàm cum hoc proprium privilegium sit Gallorum regibus, vniuersalem legem cæteris regnis non constituere.

CAPVT XI.

Potestas regia in regnis hereditarijs, est à sola generatione.

MAnifestè quoque falsum & illud est, quod ait Rosizus, *ordinem coronationis esse generalem omnium Gallorum, christianorum, episcoporum, procerum, & populi vocem, ad Regem ita dicentium; Regia potestas tibi non est à natura, à generatione sola, sed nunc tibi traditur per episcopos omnipotentis Dei auctoritate.* Nam quod homines attinet, natiuitatis, sanguinisque ratione sola, Deus regnum quod in vna capiam familia collocavit, confert, non quia natiuitas sanguisque id meruit, sed quia ipse Deus ita voluit. nec aliud quicquam homines respicere fas est, quum nusquam Deus delectum facere subiectos iusserit inter bonum & malum principem, cui pareant: sed ei parere quemcunque dedit.

Constituto enim regno in Dauidis familia, quamuis multi fuerint indigni, qui regnarent, tamen quum propter Dauidem, manere regnum in illa familia voluerit, illud nec à populis proceribusue auferri, aut transferri aliò potuit, & quamuis parem causam allegare de cæteris regnis non possumus, esse tamen apud Deum causam, cur in hac familia potius, quàm in alia quauis, regnum esse velit, dubium non est. Regnum quod solius auctoritate Dei est traditum, non nisi eiusdem auctoritate est adimendum. Conferendi adimendique regni potestatem à proceribus populoque abstulit, quando in aliqua familia illud collocavit, aut victori iusto bello dedit.

Falsum est igitur regem neminem nasci, neque ullum omnino inter Christianos regnum esse, in quo hæreditaria successio sic polleat, quin penes populum constituendi ius remaneat. Quando expectatur partus viduæ defuncti regis, quam reliquit grauidam, sicut in Gallia, & alijs hæreditarijs regnis factum constat: Posthumus qui nascitur, regem nasci, nemò subiectus illius regni, nisi perduellis, negabit.

CAPVT XII.

Eminentia & conficta iuramenti formulâ, & fabula de ampulla & cælesti liquore, consulantur: & ius sacrandi reges, quod Rhemenfes episcopi præsentant, nullum esse demonstratur.

Quod adfertur iuramentum ex Bibliotheca Belkionacensi, ante quingentos annos tempore Henrici primi, in libro quodam inuentum, nempe

Ego

Ego N. Dei gratia mox futurus rex Francorum, in hoc die ordinationis mee polliceor coram Deo & Sanctis eius, quod serabo privilegia canonica, iustitiamque & ius vnicuique prelato debitam, vobis que defendam Deo iuvante quantum poterō, quemadmodum rex ex officio in suo regno d. fendere debet vnicuiquemque episcopum & ecclesiam: & administrabo populo iustitiam, & leges vobis ius postulat. Hæc est (inquit Rotharius) antiqua Gallos reges sacrandi, & in regno solbo constituti forma, à primo Clodoveo, vsq; ad Philippum primum continuata. Ergo & Clodoveus illa formula vsus est: & S. Remigius (si Deo placet) illam formulam regi suo dictavit: cui rex regnum simul tradidisse oportuit, sicut Syluestro Cæstantinus Imperium Occidentis scilicet. Nam nemo qui se iam fuisse, & esse regem crederet, ita loqueretur, nec quisquam tam ineptus, qui regi suo talem formulam prescribere auderet. Regnum scilicet S. Remigio tradiderat, vt illud in feudum ab eo reciperet: sed cui Franco id verisimile putas esse futurum?

Hoc non ait, (inquit) tamen tam verum hoc est, quam à Clodoveo vsque ad Philippum primum illa formula fuisse vsus Francorum reges. Scimus etate S. Remigij non eos fuisse Episcoporum mores. At sunt quingenti anni. & hoc facile credimus: nimirum illis temporibus quando densissimis homines erant immersi tenebris, & nihil non auderent Episcopi & Monachi, fuisse illam formulam iuramenti constantiam.

Nam quisquis illius auctor fuit, persuasum mundo esse voluit, regem virtute coronationis Episcopalis regnum accipere, illudque debere Episcoporum benignitati. nam tota refertur ad defensionem Episcoporum, Procerum nulla mentio. quod autem de populo additur, veluti parergon adiectum videtur.

Expende candide lector, ac tecum formulam examina, & videbis nihil, aut perparum differre ab iuramenti forma, qua vassalli Dominis suis iurare consueverunt, ac sese suamque fidem illis obstringere. Impudentiam obsecro istorum spectate hominum. potens & bellicosus rex Clodoveus erat, antequam Christianus fieret, qui nec vñctione nec coronatione vlla opus habuit, vt rex fieret, aut in regno confirmaretur. & illa vngendi reges consuetudo nondum inualuerat, quæ tum demum cœpit, quando in regnum Pipinus Childerico surrogatus est.

Quod narratur de sacro oleo in ampulla cælitus per angelum aut (vt alij volunt) candidam columbam missa, meræ est vt dixi fabula, quæ nullo fide digno scriptore probari potest. illorum enim temporum historia nullam eius faciunt mentionem, cum tamen miraculorum quæ illo die quo Clodoveus baptizatus est, memoriam non praterierint. Præterea ille liquor (si vera est fabula) non missus cælitus narratur, vt Clodoveus in regem vngeretur, sed vt more recepto, sicut cæteri omnes qui tunc temporis baptizabantur, consueverant.

Gaguinus de ea ita scribit. Cum sacrosanctum oleum quo liniri ritum Christiano qui ablouuntur solent, siue ministrorum incuria, siue hoc agente Deo allatum non esset, ecce de superis delapsa columba pbialem (quam ampullam vocant) odoratissimi liquoris oppletam, ad manus Remigij detulit. alij aiunt ab angelo, & cum præ turba diaconus cum oleo non posset ad S. Remigij penetrare, id esse factum. Addit Gaguinus, Creditum est Spiritus Dei ministerio id præparatum fuisse. Eo liquore hic Clodoveus primiti, postea deinceps

deinceps Francorum reges, hactenus regnum administrari faciuntur: stultæ plebeculæ commentum placet: cui aliud miraculum additur, liquorem illum fontem habere in ampulla perennem, vacuum viuo rege, impleri quando novus inungendus est rex.

Clodoveus quatuor habuit filios quos regni hæredes reliquit, à quibus in quatuor regna, regnum Francicum distractum fuit, regno Parisiorum præfuit Childbertus, Suedionum Clotarius, Aurelianorum Clodamirus, & Metensium Theodericus. quis istorum quatuor cælestis olei hæres à Rhemenfi episcopo vinctus & coronatus fuit? Quamvis postea disiectæ regni partes in vñi coaluerint, fuere tamen rursus pluries diuisæ. Sed de nullius regis inunctione fit vsquam mentio, donec ad Pipinum ventum est, quem non Rhemenfis, sed Bonifacius Archiepiscopus Moguntinensis vinxisse dicitur.

Quàm nihil sit frontis in Rosæo, hinc maxime sit evidens, quòd cum non ignoret ab episcopis Aurelij congregatis, prærogatiuam, quam episcopus Rhemenfis sibi arrogat, illis fuisse negatam, & confutatam, adserere tamen eam audet debitam & necessariam. Sed constat ex ipsa cõfessione tergiversantis Rosæi, plerosq; reges non ab episcopo Rhemenfi vinctos coronatosq; sed ab alijs, diuersis in locis, quod excusatur tanquam necessitate aliqua factum, aut belli, aut quia episcopus Romanus in Gallia erat, à quo coronam accipere magis honorificum videbatur, aut quia Rhemis nullus erat Archiepiscopus, benè habet, quod excipitur necessitas: quæ exum non minor sit in hoc rege, quàm in vilo qui ante eum fuit, eandem quoq; excusationem valere æquum est: vt possit (si ipsi videatur) ab alio quouis coronari episcopo, propter eos qui hoc ad plenum regni ius obtinendum necessarium iudicant.

Regi tamen in primis cauendum est, ne dum pluris facit episcopalem coronationem quàm æquum est, perniciosum errorem confirmet, & ius quod aliunde habet plenum, petere videatur ab episcopis: qui eò rem nunc deduxerunt, vt nisi ab ipsis quis coronetur, rex haberi non debeat.

CAPVT XIII.

Coronatio episcopalis falsè adseritur tollere de regno controuersiam.

Rosæus disputat coronatione regum Galliz omnem controuersiam si qua sit de successione tolli. cum enim (inquit) *Philippo patre mortuo, de successore statuendo, amulatio & contentio inter proceres inciperet eorade facere (neque enim proxima cognatio sine ordinem assensu ad regiam sedem obtinendam falsis erat) Ludovicum autem Philippi filium, quoniam in adulescentia ecclesia amicitiam liberali defensione promouerat, pauperum & orphanorum causam suscipiens, tyrannos potentiore virtute perdonauerat, ad regni fastidium à bonis expetebatur, sicut mali & impij eum excludere volebant. hanc ob causam consulti proceres desererant (potissimum ita suadente sapientissimo Luone Carnotensi episcopo) vt ad tranquillitatem reip. procurandam, & resillendam impiorum machinationem, quàm cissimè Aureliis conueniant, & Ludovicum regem coronare festinent. Hoc enim controuersiam omnem tollebat, & ei plenam gubernandi regni tradebat potestatem. hæc Rosæus: cui hoc modo respondetur. Henricus sextus Lutetiz, potioris partis totius regni Franciz consensu coronatus fuit Francorum rex; id tamen*

controuer-

controuersiam de regno non sustulit. Sed forte Roscius non est Francus: siq̄ est, cum certè nemo à perfidiâ & læsâ maiestatis crimine, non modò in hunc regem, sed in omnes quotquot à Carolo 6. post coronationem Henrici 6. regnarunt, excusabit: quos omnes accusat tyrannidis, & totâ suam generè damnat defectionis, & perfidiæ. Sed quid non persuadet odium regum exterrorum odium fecit, vt Salica lex placeret, & ea nihil equius, nihil regno Francorum utilius crederetur. nunc verò in proprios reges odio conuerso displicet, atq; ad faminas transferendi regni leues Gallos incescit cupiditas: leues dico Gallos (candide lector) non fortes Francos, & regi suo fidos.

C A P V T XIII

Præstigia pomificiorum episcoporum in coronatione regis permutatione gladiorum, quando rex abiecit secularis militia gladio, ab episcopo cingitur ecclesiastico.

Pergit Roscius: *Quare Senonensis archiepiscopus cum alijs permittit (sed absente Rhemensis) sacratissimeunctionis liquorè delictum regem, abiecit secularis militia gladio, ecclesiastico ad vindictam malefactorum accingens, diademate coronauit; necnon & sceptrum & virgam, & per hæc ecclesiarum & pauperum defensionè, approbante clero & populo tradidit. Quæ historia luculenter docet, etiam in proximo sanguine magna fuerit ad regnum adipiscendam prerogatiua, tamen tam dignitatem propriè per episcopos cum clero & ordinum approbatione, suam demum conferri, cum rege coronatur. huc vsque Roscius.*

Sed quorum hæc tendant qui non videt, meo iudicio nihil videt; nempe episcopos sub specie religionis, reges sibi obnoxios olim reddere voluisse, atq; etiâ nunc hodie velle. quod apertissimè idem Roscius indicat marginali annotatione ad hunc locum, quem modò notauimus sic habet, *Regis gladius est ecclesiasticus, quia ab ecclesia & ad ecclesie bonum atq; defensionem traditus. Materialem gladium habere ecclesia Romana est theologia noua, veteribus nunquam audita: nisi ecclesia reges & magistratus habeat, qui à Deo proxime, non ab ecclesia, gladium acceperunt, in quibus quandoquidem ecclesie partes sunt, gladium habet. sed Roscius ecclesie pro ecclesiastico ordine accipit, atq; adeo pro ipsis episcopis: qui vnde, aut à quo gladium acceperint, quem tradunt regibus, difficile esset Roscio ostendere, nisi fortè ex titulo de maiori- tate & obedientia, vbi Bonifacius duos esse gladios in ecclesia, spirituale viz. & temporalem euangelicè dictis acurè docere sibi videtur, quod hoc modo disputat. *Nam dicentibus Apostolis, Ecce gladij duo hic, in ecclesia scilicet, cum Apostoli loquerentur, non respondit Dominus nimis esse, sed satis. Certè qui in potestate Petri temporalem gladium esse negat, malè verbum attendit Domini proferentis, conuerse gladium tuum in vaginam, vterque ergo est in potestate ecclesie, spiritualis scilicet gladius est materialis. Sed in quodam pro ecclesia, ille verò ab ecclesia exercendus. Ille sacerdotis, in manu regum & militum, sed ad nutum & patientiam sacerdotis. Oportet autem gladium esse sub gladio, & temporalem auctoritatem spirituali subijci potestati. Nam cum dicit Apostolus, Non est potestas nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt: non autem ordinatæ essent, nisi gladius esset sub gladio. Hæc quæ Bonifacius Octauus docet, si non inepta, falsâ, absurda, & à sensu Scripturæ profus aliena sunt, & quæ veterum patrum ante eum nemo intellexit, quid possit**

possit dici ineptum, & absurdū nescio. Sed qui papatū iniit vt vulpes, regnānt vt Léo, & mortuus est vt canis, Scripturam sacram deprauare, & ad tyrannidē suam stabilendam torquere, nemini sit mirum, fieri enim non potest, vt melioribus auspicijs papatū qui non est ingressus, melius scripturā interpretetur. Apud Lucam Dominus alloquitur discipulos, & iubet vt deinceps quisq; sibi prospiciat. quamdiu interitis cum ipsis egerat, nihil eis deesse passus erat, ne cessari ipsis circa eorū curam suppeditauerat, quum autē iam tempus adesset, quo in cælum reciperetur, cuiq; sui habendam fore curā præmonet. Apostoli rerum cælestiū adhuc tydes, non satis adsecuti sensum verborum Domini, duos animi simplicitate gladios proferunt, quos Dominum postulare ad defensionē credebant: & huic Apostolorum errori, non tam alludit, quā illud Bonifacius, & ambitioni suæ atq; vsurpatæ tyrannidi seruire cogit, mysterium fingens, vbi nullum est, ranti momenti res clarius & apertius argumentum desiderat: discrimen nullum fuit inter gladios, quos habebant discipuli, materialis, vterque erat.

Quid autem differat ille gladius, quo regem accingunt episcopi, à gladio secularis militiæ, Iubens discerem. Dominus nullum unquam gladiū tradidit Apostolis. Petrum iussit condere quo temerē vsus erat gladium in vaginā, cui periturū gladio prædixit, quisquis gladiū vsurparet. Si quicquid Petro dictum fuit, Romano Pontifici dictum debet intelligi, gladios suos reconditos in vagina teneat, sicut à Domino Petro præceptum fuit, nisi illis perire velit, rebus quibus quis abutitur, ipsi dem punitur: & qui in captiuitatem ducit, in captiuitatem ducetur: & qui gladio percusserit, gladio vicissim ferietur.

Sed papistica præstigię sunt, quod rex secularis militiæ gladiū abijcit, vt ecclesiastico accingatur, verbū Dei gladius est ecclesiæ: alium gladiū viri ecclesiastici nullum habent, nisi fortē eorum nonnulli militaria feuda, & quæ dicuntur regalia ab imperatore, aut à rege habeant, quibus coniunctus secularis est gladius. Gladium Nero, gessit ad vindictam malefactorum, laudē verō bonorum: qui, etsi secularis militiæ fuerit, prophanus dici non debet, quāuis in manibus & potestate hominis prophani fuerit (à Deo enim eum habuit.) & Christianorum regum gladius, à gladio Neronis nihil differt, nisi recto vsu aut abusu, qui vtrobiq; inueniri potest. Qui secularis militiæ gladiū abijcit, vt ecclesiastico accingatur, fiat oportet abiecta seculari militia, verbi Dei minister: aut plane ridiculus ille sermo est & inanis ceremonia, nisi quatenus Papæ & ipsius cleri interest regibus esse persuasum quicquid habent potestatis, se ab ecclesiā, hoc est ab ecclesiasticis viris accepisse.

CAPVT XV.

Res quidem à subiectis recipitur, sed non confirmatur: si natura qui imperet non sit idoneus, procuratio regni agnatis committetur.

Postquam Rossæus natiuitatis, & electionis iura quantum potuit extenuauit, protestatur se non putare Gallorum reges illis suffragijs eligi, aut negare eisdem hereditaria sanguinis agnitione succedere, sed adferere iuxta omnium Christianorum & liberarum rerum morem, atq; regnorum naturam & morem, proximos heredes debere confirmari, a probari, plenamq; possessionem & iurisdictionem accipere à rep. ad quam semper spectat, si quis natura stultus, aut insanus, si vel corpore, vel animo monstrum, etiam si idem generis necessitudine sit proximus, quoniam iure quia regere

non potest, sed tantum destrueri, ab assidendo regi officio repellere. Regna Christianorum quæ à ge. militate ad Dominum conuersa sunt, eiusdem sunt naturæ cum cæterarum gentium regnis, quæ iure gentium, & æquis legibus ciuibus reguntur. Christianismus nullas gentium potestates euerit, aut mutat. Rossæus tamen liberis resp. cum regnis, quæ duæ sunt diuersæ gubernationis formæ, malè coniungit, regnum autem non est resp. libera, quamuis sit in liberos homines. resp. ferè genus significat, & resp. libera potestatem, quæ cum regno sub eodem illo genere collocatur, quæ libera si sit, tamen regem habet, is monarcha non est, de quo nunc disputatur.

Regem autem initio regni, recipi à rep. oportere, & plenam possessionem & iurisdictionem accipere fatemur: confirmari verò & approbari, ea significatione quâ minor potestas à superiore confirmatur, negamus; & à rep. hoc est, à regnicolis id deberi regi contendimus: nec in potestate esse subditorum reiecto legitimo hæredæ, alium ei substituere.

De infano, & stulto natura, ad regni ordines spectare ut videant quid sit magis è re totius regni, modò veris hæredibus, nec fraus nec iniuria fiat, extra controuersiam est, proximis agnatis regni procuratio committetur, aut proximus hæres in regnum admittetur. Quid autem Rossæus his verbis monstrum animo vel corpore innuere velit, facile est intelligere. Si tamen monstrum sit huiusmodi, ut omnium iudicio non tantum episcoporum, qui ex sua libidine metiuntur, qui sint idonei, qui secus, ad regnandum sit natura ineptus, idem iudicandum quod modò diximus de infano, & stulto.

Quod Rossæus fatetur idem ius habere Gallorum principes, regni hæredes à natura, quod imperatores Germanorum habent ab electione, accipio: sed quod addit, imperatorem electum non ex electione, sed ex coronatione ius imperij regendi assequi, falsum esse supra demonstraui. Plenum enim regni ius, & integrum, cui nihil quidquam desit, habere imperatorem ab electione iam superius adeo perspicuè docuisse me arbitror, ut non contentiosis abundè satisfactum putem.

C A P V T X V I.

Sponso regem electum, aut natum coronatum marito ineptè comparari, & hæresim esse affirmare regem illum esse tyrannum & inuadentem, qui possessionem regni suscipit abq; episcopali consecratione, & intrinseco. Neque tamen auctoritas retorquetur in Romanum episcopum, & impudenter Henrici primi & Othonis exempla adferri, reprehenditur.

Sed præterire nolo simile, quod de sponsalibus adfertur, ex quibus in vxorem maritus ius accipit, si modò intra nuptiarum leges contineatur, nec ad ciuilia transferantur iura. Etenim celebratio nuptiarum, vinculo sponsalium per verba de præsentè ut loquitur contractorum, nihil addit, contractæ prius veræ fuisse nuptiæ: ut si millics utriq; postea priuatim vel publicè promissiones iterentur, validius quàm etat antè, non sit coniugij vinculum. Eodem modo natiuitate aut electione rex nihil iuris ex consecratione consequitur, quod prius non habebat. Et quemadmodum ad vinculum nuptiarum non pertinet publica illa solemnizatio, post contractum matrimonium per verba de præsentè, (nam sine ea veræ constant nuptiæ) similiter nec publica coronatio nouum aut maius, aliquid ius regi conferat. Romanorum impera-

imperatores electi, & regni Galliarum hæredes, malè comparantur cum sponso qui fidem dedisset alieni puellæ, vel fœminæ, ipsam fore uxorem per verba de futuro, cum potius marito comparandifint ex electionis vi aut natiuitatis.

Hæresis est & dogma contrarium propheticæ & Apostolicæ doctrinæ. adferere autem Gallicanæ reip. regem in sacro coronationis actu, vbi expressè mutuis est vtriusque partis consensus, è sponso verum tanquam maritum & coniugem, regem reip. euadere necessariò dicendum esse: & quicumque aliter regnare vult, esse adulterum, non maritum; esse tyrannum, non regem; esse inuasorem, non successorem; maximè si ab antecessorum suorum fide decesserit, est dogma contrarium propheticæ & apostolicæ doctrinæ. Nam quod de Galliarum rege & de electis imperatoribus dicitur, de alijs regibus est intelligendum; quos tamen verbum Dei pro regibus habet, & omnes gentes tanquam reges coluere, quamuis sine vilo iuramento, aut coronatione hæcipient imperia, nec in fide maiorum suorum permanerent.

Ante Pipinum multi Francorum reges, nec Romanorum imperatores coronati vnt, ut leguntur. Constantinus Magnus, eiusq; filij, Constantinus & Constantinus, similiter Valentinianus & Valens, Gratianus, Theodosius, Honorius, & Arcadius, & alij innumeri coronatione episcopalem ignorauere: fuerunt tamen veri imperatores, & patrum aut prædecessorum suorum legitimi successores, etiam si à fide & religione patris quidam eorum descuerint. In successione autem regum quos Deus vngi iussit, tam Roboam, Abiam, Manasses, alijq; qui idololatræ futere, tam veri Davidis successores habentur, quam Asa, Iosaphat, & Ezechias. Et, vt supra diximus, Henricus primus imperator coronari noluit. Hi tamen omnes si Rosizo credimus, quamuis ab omnibus legitimi reges habiti fuerint; tyranni, non reges; inuasores, non successores, maximè qui ab antecessorum suorum fide, & religione recesserunt dicendi erunt. Idq; sibi demonstrasse visus est auctoritate Nazianzeni, qui de successore Athanasij scripsit; *Proprie successor non est, qui non mōtis in fide, quam in throno succedit. Quia autem contrariâ fidē amplectitur, aduersarius quoq; in throno censerit debet, & rem ipsâ veritas atq; successioni non habet nisi fortasse quis is successorem dicat, quemadmodum mortuum sancti asi, tenebras lucis, tempestatem tranquillitati, & demantiam prudentiæ.*

Sed Nazianzeni verba de episcopis ad reges transferri nec debent, nec possunt. nimium enim interest in eis vtriusque munus. episcopi imprimis est, veram de Deo tradere doctrinam, quæ vbi deficit, veri episcopi quoq; ratio perire; regis verò officium, in conseruanda ciuili societate; imperij auctoritate consistit. Non enim quemadmodum pseudoprophetis credere prohibemur, sic malis regibus parere vetamur. episcopi officium hæreticus verè præstare non potest, tyrannus tamen regis obire munus potest.

Si cui aptanda commodè sententia Nazianzeni sit, episcopis aptetur, qui à veritate Euangelicâ defecerunt: & illi potissimum episcopo, qui de successione Apostolica cum gloriâ, nihil nec in doctrina, nec in regimine, nec deniq; in rota vitæ ratione habet Apostolicum; qui verè, heu nimium verè tanquam pestis sanitati, tenebræ lucis, tempestas tranquillitati, demantia prudentiæ, in ecclesiam Christi non tam successit, quam irrepsit.

Quod ex Witichindo adfertur de Henrico primo Germaniæ rege, quæ optimè

nam & coronatus videtur fuisse, facti ut deus & populus nunquam fuisse coronatum, nec vllum praestitisse iuramentum, & cetera quae de coronatione Othonis subiungit Rossius, testantur eum non dum illa aetate eo fuisse ventum, ut iuramentum à regibus episcopi exigere fuerint ausi.

CAPVT XVII.

Cur episcopi ad coronationem sacri fuerant Romani & episcopi, fuisse catholicos deinde Romani episcopi in auctoritate progrediuntur.

Coronationem & unctionemque vsu, & consuetudine magis, quam vlla necessitate, ab episcopis fieri solitam, aduersarij tantopere vellent, ut perstratum sit populo, quicquid potestatis rex habet, in primis ipsis, deinde populo ferre acceptum debere: vnde consequens quoque esse voluit, extirpandi abdicandique reges tum ecclesie, hoc est episcopis Romanis, tum populo, ius potestatisque competere. cupis res, ut pichobrem fidei faciant, his quae subijctam sacrarum scripturarum testimonijs vtuntur: quae postquam diluero, ad populi procerumque potestatem & iuramentum, quod à regibus exigitur, veniam.

Ius in ecclesia regis abdicandi, ita vult intelligi esse penes Romanum pontificem, ut cum Christi vicarius sit & vniuersae ecclesiae pastor, videat ne quod Christi, ne quid vni ecclesiae, ac religioni iniuria fiat: ne quid vel populi ac regni, vel regni ipsorum salutem impediatur: (cuiusmodi sunt haeresis, schisma, periuurium, apostasia, & similia, quae sine graui ecclesiae detrimento in regibus esse negamus) & cum nihil leniter admonuisse profuerit, cum censuras contumaci audierit, eam periculosa graue & tali regimine humine, deponi denique & vtile & commodum esse agnouerit, tum populos obedientiam vinctulo eximat: detque operam, ut alteri & modiorum grae à Christo redemptus committatur. Quod ius ei in solos Christianos reges propterea concessum est, quod ut gentiles nulli se iure ecclesiae subicerent, ita et reges Christiani se suaque hoc est imperium suum totum submiserant. Quippe eam non aliter Christianis imperandi ius cuiquam esse posuit, quam si regum regi Christo, eiusque sponsa ecclesia obedientiam promiserit & ei.

Speciosa haec est oratio, quae forma sua facile capiat incautos. videntur enim omnia quae hic congeruntur, coniuncta esse cum boni pastoris officio, atque ita proponuntur, ac si nihil humanitus episcopis neque ac regibus possit accidere: cum tamen inde à prima ecclesiae origine, non raro religionis antistes populo ad impietatem se praebuisse duces constet. Nomen ecclesiae familiariter lectorem decipit, cui tanquam Christi sponsae reges obedientiam promississe dicuntur, quando pars visibilis & externa ecclesiae, unius temporis & loci, atque illius corruptissimae, pro ecclesia catholica supponitur; & quod amplius est, de vno mortali, qui non raro vir est pessimus, intelligitur, qui titulo vniuersalis ecclesiae pastoris, omnem eius honorem & auctoritatem sibi arrogat, & vt verae & Catholicae ecclesiae, & omnibus pijs Dei cultoribus insultet, ecclesiae titulo contra ecclesiam armatur.

Reges Christianos filios esse ecclesiae non diffitemur, sed illius Catholicae quam credimus, quae constat ex Patriarchis, Prophetis, & Apostolis, atque sanctis omnibus, qui Deum fide & pietate inde à prima mundi origine vsque ad haec tempora, & in finem seculi coluerunt, atque colent.

Quod ius imperandi Christianis hic negatur principibus, qui Christiani non sunt; contra Catholicam & Apostolicam doctrinam pugnat, quae tam in veteri

teri quam in nouo Testamento ius regni supra fidele populi ethnicis regibus tribuit. Ante hęc tempora inauditum fuit regnorū atque imperiorum iura à Christianis pō pendere, non postquam Monasterijensiu anabaptistarū ille est error. Rex infidelis non magis Christianis populis imperandi iure incapax est, quàm priuatus quisq; herilis dominij in mancipiū Christianū. Et cum Apostolis quilla data fuerit potestas directa nec indirecta, in corpora, aut fortunas Christianorum, vt propter hęcism, aut aliud quodpiam peccati, eas adimere possint, & transferre ad alios, multo minus episcopi ius aut potestatem regnis priuandi reges pigrendere possunt. Restitutione quidem eorum que fraude aut vi ablata sunt, penitenti peccatori imperare possunt: vterius verò progredi, dominij genus est, quod Apostolis & ecclesiarū pastoribus Christus non dedit.

Ius quoddam fateor dominum morte sua peperisse fidelibus rebus externis vtendi, cum bona conscientia, vt ipse qui verus hęcet & Dominus sit mundi, cui à patre data sunt omnia, illud ius Adam à Deo acceperat, quando dominus omnium rerum factus est. sed sicut ipse per peccatum cum tota sua stripe illo iure excidit, ita per Christum pij omnes restituuntur, atque hoc modo reges Christiani ius quoddam habent, quo carent ethnici, vt suis regnis pie & religiose ad Dei gloriam vti possint, non secus, quàm priuati Christiani suis rebus. Sed hoc ius spiritualis res est, soli Deo cognita, & ad conscientiam tantum spectat: politicas & iura ciuilia non perturbat, nec illis sese admiscet; ita terrenis vitur, vt cœlo sit contenta, hoc vnum satagens, vt in seruum externarum communi vſu Deo probetur.

CAPVT XVIII.

Contraria positio, quæ regum auctoritas supra episcopos adseritur.

ITaque ego positioni aduersariorum aliam ex aduerso constituam, desumptam ex verbo Dei, quæ sit superioris auctoritas, vt facilius lector videat, quæ vera falsue sit; & dicam, ius in ecclesia episcopos abdicandi, atq; etiam cum qui se omnium Coryphæum esse iactat, penes Christianos imperatores & reges est: vt cum sint Dei vicarij in terris, videant ne quid Christo, ne quid eius ecclesiæ ac religioni iniuriæ fiat, ne vel quid populi ac regni, vel regum ipsorū salutem impediatur (cuiusmodi sunt hęcism, schisma, periurium, apostasia, & similia, quæ sine graui ecclesiæ detrimento in episcopis esse nequeunt) id regibus licere. Vt cum nihil leniter admonuisse profuerit, cum censuras & regulas ecclesiasticas ab ecclesiæ pastoribus & episcopis contemni audierint, & periculi graue è tali regimine imminere, deponi deniq; & vile & cōmodū esse agnouerint; tum populū ab eorum iugo liberent, dentq; operam vt aliis melioribus pastoribus grex à Christo redemptus committatur. Quod ius solis Christianis regibus propterea concessum est, quod vt gentiles nullo se iure Christo, ecclesiæ quæ subiecerunt, ita ei reges Christiani se suæque, hoc est, imperium suum totum submiserunt: quippe qui regum regi Christo eiusque sponse fidem, & obedientiam promiserint. Hanc meam sententiam veram esse aio, atque adeo manifestam, vt nemo nisi palam improbus, in controuersiam eam vocare possit, quod de aduersaria non potest dici.

Sed age, videamus quibus rationibus aduersarij suę adsertioni fidem faciant, & num Scripturæ loci qui allegantur, non verius probandæ huic meæ thesi adhibeantur, quàm aduersariorū. *Omniem animam* (inquiunt) *potestasibus sublimioribus subditam esse Paulus inbet. & Sermator apud Martham Petro ait, Quodcumq;*

super

*Super terram Ecclesiam ligaveris. (nulla enim hic regis exceptio, qui de terra proprie com-
muneat in celo quoque ligatum esse. Sacra scriptura Reges iubet seruire ecclesie, qd
mirificus eius esse. & futuram qd vultu in terram demissa adorare, & puluerem pedum a-
ius lingant. profector*

CAPV T. XIX.

*Locus sacrorum licentiarum, que aduersus citant confirmatio in a. 1503. & 1509. & 1517. con-
firmationem.*

Attende candide Lector, quam impudenter diuini testimonij illi abu-
tantur, & quod Paulus de subiectione tunc & obedientia regibus debita
scripsit, ad Ecclesiam transferre conentur, cui tantæ obediendæ de-
beri non difficit, longè tamen diuersa est ratio, que cum civili nihil habet
commune. tota obedientia illa refertur ad Deum & filij Dei reges, quod hu-
jus mundi non est; hæc de qua Paulus scripsit, ad Reges, & ciuiles magistratus.
Superiores potestates Paulus in loco citato intelligit Reges, alijq; summi
magistratus, non Papas aut Episcopos; quod ex ipso contextu luce claritas
apparet. & quando omnem animam subiectam esse oportere eminenti-
oribus potestatibus ait, seipsum, imò & Petrum, cæterosq; omnes Christia-
nos, hoc est vniuersam illius temporis visibilem ecclesiam, illa dictione com-
plexus est, & in primis ad quam scribebat Romanam; regibusq; subiecit.

Super huius loci expositione patres audire operepretium est. Chrysostronus
in hunc locum ita habet. *Ista imperantur omnibus, & sacerdotibus, & monachis, non
solum secularibus; id quod statim in ipso exordio declarat, cum dicit, Omnis anima pot-
estatis supereminensibus subdita sit, etiam si Apostolus sit, si Episcopus, si Propheta, si-
me quisquis tamen fuerit. Neque enim pietatem subuertit ista subiectio, & non simpli-
titer dicit, Obediat, sed Subdita sit. Iudicet Lector, cuius mens nullo est præoc-
cupata præiudicio, utrius thes, meæ an partis aduersæ, Pauli citatus locus pro-
bandæ magis congruat, vt doceatur Reges subiectos ecclesie, hoc est, Papæ ab
illis citatur; ego contra cū Chrysostrono, & alijs patribus aio, Paulino illo præ-
cepto, omnem externam ac visibilem ecclesiam, etiam ipsos Apostolos subijci
Regibus: rem æquo animo vos ipsi perpendite, ego nihil aliud addam.*

Alter locus hic fraudulenter additur, ut Reges subijciat iudicio Papæ, que
vnum vbiq; nomine Ecclesie vult intelligi, cui potestatem illam ligandi atq; sol-
uendi reges tribuit. Sed negamus Ecclesie nomine vsquam in verbo Dei vni
Papæ intelligi. Et quamuis fateamur iudicio Ecclesie Reges esse subiectos, tæ-
re cõuenit Papam, & cæteros omnes qui censentur ordinis Ecclesiastici, eide
similiter esse subiectos: & illud Ecclesie iudicium sumendum non esse ex vnius
Romani Episcopi capite, sed ex Apostolorum & Prophetarum, atque adeo
omnium Orthodoxorum patrum scriptis, & in primis ex symbolis, tam in ijs
quæ doctrinam, quam mores concernunt: quorum iudicium qui rejicit,
alienum se ab Ecclesia ostendit. Romanus autem Episcopus cum suo clero id
facit; merito igitur à pijs principibus contemnitur.

Quod potestatem ligandi atq; soluendi attinet, ad Reges regnis eijciendos
non extenditur. spiritus illa ligandi atq; soluendi potestas, & ad solam
peccatorum remissionem est referenda; qua licet & Regum peccata remitti, aut
retineri possint, potestatem Regiam non tangit, nec vlla in re minuit.

Locus Esaiæ 49. c. 23. ad illam ecclesiam spectat, quam credimus, eius pars cū
Christo in celis triumphat, pars per vniuersum orbem dispersa ipsi militat, ea reges
gentium

gentium & populū subiciunt ac venerantur; & in ea communē adorant Dominum. Pertractis ambiguitate vocabuli abutuntur pontificij, & quod propriū est vniuersalis ecclesiæ, aptant, trahuntq; ad Romanam ecclesiam (quia nulla esse potest corruptior) atq; ad unum mortalem, qui ibi tanquam in templo Dei sedet, ac si ipse cæleste aliquod nūmen esset cælitus delapsus, ab omnibus, tam à plebe quàm à summis ipsi Regibus adorandus, quos & creandi, & exauthorandi potestatem sibi vendicat.

CAPVT XX.

Vetus Israelitica ecclesia nullas vnquam reges excommunicauit, & que ex sacri historiæ testimoniis profertur, vt ius excommunicandi reges probetur, aliena sunt, & sententiam contrariam confirmant esse manifestè verum.

1. Reg. 13.

1. Reg. 15.

Illud ius excommunicandi reges olim ecclesiam Israeliticam habuisse demonstrari credunt ex 1. Reg. 13. ca. Samuel (inquunt) Saulem Regem à se prius institutum, quia spiritualem sibi potestatem vsu passus, quia mandata Dei transgressus esset, quasi excommunicatum regni iure priuauit, & in Dauidem illud transfudit. Nemo certè (nisi quos Deus eodem vertiginis spiritu, quo istos homines percusserit) ex hac historia colliget, potestatem veteri ecclesiæ Israeliticæ exauthorandi Reges fuisse datam.

Quod à Samuele factum narratur, ecclesia censi fecisse non potest: nisi Samuelem dicere velimus ecclesiam, quod absurdum est, nec vsquam in verbo Dei vsitatum, ut vnus Propheta, aut sacerdos dicatur ecclesia. Quod interdum minister nomine totius ecclesiæ facit, ecclesia fecisse dicitur, sed illud hic locum non habet. Nam Samuel nihil hic nomine ecclesiæ fecit, sed illud quicquid fuit, nomine Dei, à quo mandatum acceperat, factum est. Quod tamen si speciale & particulare in Samuele fuerit, unde generalis nulla lex desumi potest: tamen commune cum omnibus Prophetis hoc cæteros verbi Dei doctores habere libenter agnoscimus: nempe ut iram Dei denuncient tyrannis, & alij improbis principibus, modò se intra hos contineant cancellos, nec, populum ad seditionem contra reges excitent. Samuel hic Regè solio non deiecit, populum aduersus eum non suscitauit, nec ab obedientia eius absoluit rex filijs Prophetarum nullum subornauit, qui venenato cultro sub specie amicitie, malum Regem confoderet. Vnixit quidem Dauidem successorem regni, non ut contra suum Regem arma caperet, & cum regno simul & vita priuaret.

Iehu quidem in Regem decem tribum Israel vnctus est, vt domum Ahab funditus euerteret: Dauid verò, tantum vt succederet. Rex permansit Saul dum vixit. Iam supra dixi quomodo Saulem Christum Dei suum Regem & fœderum non fuerit contingere ausus, nec id ab alio fieri sit passus, cui si nostri Iesuitæ, aut alij qui eodem abripiuntur spiritu adfuerint consiliarij, quantas ò bone Deus rationes, quot effata theologica attulissent, ad persuadendum tam immanè tyrannum, tot sacerdotū, tot innoxiorum infantum interfectore, quoquo modo de medio tollendum? Sed vnicū mansueti Dauidis exemplum euerit quidquid contra tyrannos aut scripserunt, aut scripserunt sunt sophistæ. nunquam pijs viris, quibus vita factaq; Dauidis nota erunt, fidem facient tyrannum à subditis posse interfici.

Hoc

Hoc a me perituri non debet, quod Saule dicere excommunicatum non audeat, sed quasi excommunicatum, hoc modo Epicurus callide illudere solent ad uerfarios, qui de natura deorum cum eo disputabant, docuerunt eos habere corpus, nec negare nec affirmare auderet, mediâ viam excogitauit, vt diceret non quidem deos habere corpus, sed tanquam corpus, nec sanguinem, sed tanquam sanguinem; sic belli isti homines excommunicatum fuisse Saulem cum non audeant dicere, a iustis quasi excommunicatum à Samuele regno priuatum: quò persuadent ab Ecclesia Reges obire ante Christi aduentum fuisse excommunicatos, ac regno pulfos, sed (vt videtis) neutrum hoc exemplo demonstratur. Samuel quidem denunciat Regi Dei iudicium, & regnum transfatū ab eo ad alium, interim regnum ipse non transfert: sed cauet ne Regem nimio pudore suffundat, vnde in contemptum venire possit apud populum tergiversantem & peccatum suum excusantem, admittit ad sacrificium, & cum eo in sacris communicat. Vnde hæc historia docet quomodo ecclesie Doctores & Episcopi, se erga Regem tyrannum gerere debeant. Si qua esset in aduersarijs ingenuitas & ad cedendum veritati vlla voluntas, contrarium ab vsu Romanæ ecclesie ex Samuele & Dauide discerent, nempe non esse excommunicandos, nec necandos, regnòue deturbandos Reges tyrannos à subditis. Sic Ieroboamo cum vitulos aureos possisset, contra eum & domum eius totam Propheta dignum iudicium pronunciauit: Et ne mirerentur quidem ad pariter de ea reliquum futurum esse prædixit.

CAPVT XXI.

Abiah vaticinium contra familiam Ieroboami; quod Afa Maachan autem sacerdotium abrogauit, & Azarias sacerdos Oziam templo eiecerit, & in Athaliam Ioiada coniuerauerit, excommunicandi, aut Reges exauthorandi non docet Ecclesiam vel sacerdoti habere potestatem.

DE Ieroboamo autem quod allegatur, nihilo plùs valet, vt demonstrat aliqua autoritas Ecclesie Israëliticæ deponendis Regibus, quos nullos vnquam deposuit. Abiah Propheta excidium familie Ieroboamicæ prædixit: sed nec ipse nec alius quispiam de regno Ieroboamum deturbauit, regnavit enim viginti duos annos, & placida morte diem suum obiit.

Me continere non possum, quin lectorem admoneam, vt consideret; quomodo isti scripturam repugnantē ad suū sensum trahant. Abijah pronunciauit diuinum iudiciū tanquam Dei nuncius contra domum Ieroboami, & Samuel contra Saulem, ergo (inquiunt) vetus illa ecclesia ius habuit abdicandi Reges, quæ est ista collectio? quo nexu coherent hæc? argutos sophistas, Iacocos Aristotelicos necere peritos, communis sensus hic deficit, sicut & in historia quam de Afa Rege Iuda citant. Matrem suam (hoc est auiam) Afa Rex de augusto imperio deposuit. Priapi simulachrum colebat princeps feminâ & magnæ autoritatis; ei tamen imperium abrogatum est: obsecro, quid inde? Rex matri principatum abstulit: quid hoc valet, quod à Rege factum est, ad probandum ius ecclesie? si summus sacerdos id fecisset, aliquid videri possent appositè ad rē dixisse. Maachan subiecta erat Regis nepotis sui imperio: qui quòd in hæc rē auiam suam in ordinē coëgit, nihil ad sacerdotē pertinet.

Sequitur aliud exemplum, quod si verum esset, triumphum (nondum tamen,

4. Reg. 11.

men, nec sequidem, parva victoria) si cāterunt, ferendum esset. Sic *Orizani* (in-
quies). *Orizani* sacerdos de templo primus, rex etiam de regno eiectus. Hic habemus
 eiectionem Regis de templo factam à summo sacerdote, deinde deiectionem
 è regno, sed mendax artifex tanquam aliter quidam Sinon, vera falsis com-
 misit: eiectionem regem de templo à sacerdotibus ut verum est, ita falsum à sa-
 cerdotibus regno fuisse primatum, eosque ab hominum communi societate, si-
 cut lex Dei de leprosis mandabat, habitavit: ceterum Rex: mansit quāmetiam
 vixit, & filius eius nomine patris regnum administravit, ac populo ius dixit.

3. Reg. 18.

Quod subiungitur exemplum maiorem habet veri similitudinem. Sic
Athalia *Ioiada* sacerdos regno simul & vita privavit, ita factum imperitiam
 videri potest. Superius habet historiam pluribus exposui, cuius hæc est
 summa: cum *Ioiada* sacerdos, & proceres regni cum populo, Regi essent
 obligati, qui ex stirpe *Davidis* superstitis erat, eius vitam & regnum tu-
 tescabantur. & ablatam restituere, contra viam & tyrannidem *Athaliae*.
 Quidquid summus sacerdos cum proceribus & populo in hac re fecit, Re-
 gis auctoritate & auspicijs, non sui ipsius fecit: & quia saluus Rex esse non po-
 terat *Athalia* incolumi; ipsa interfecta est, non sacerdotis, sed Regis au-
 thoritate. Si *Henricus* tertius Gallorum alienum regnum occupasset, legiti-
 mo Rege superstitis, nemo damnavit episcopos, proceres, populūque qui
 ab eo ad suum verum Regem deficerent, sed hoc nihil ad ecclesiam per-
 tineret; neque inde vllum Regis exauthorandi ius probaretur competere
 ecclesie.

CAPVT XXII.

*Quod ignis calidus missus milites Ochosie consumpsit, & Elias Baal sacerdo-
 ses interfecit, & Eliseum in prophetam, Ielm in regem Israëlis, & Haza-
 elem in regem Syria vnavit, non probat reges constitui, aut destitui posse ab
 episcopo.*

Item quid illud est? *Elias Achabo & Izabeli in os restitit*. Quid inde confi-
 citur? an quisquam est sana mente, qui demonstrari intelligat ius ecclesiam,
 aut Eliam nomine ecclesie ideo habuisse exauthorandi *Achabum*, & *Izaba-
 belem* per vestram fidem vos obsecro, dicite magistri nostri, & vos sanctuli *Ie-
 suitæ* (nam ego vos auctores iudico libri de iusta *Henrici* tertij abdicacione è
 regno Francorum) si aliquis nostrum hoc argumento contra vos vteretur ac
 diceret, *Apostolus Paulus* in os restitit *Petro*, quia reprehensibilis eat, ergo
Paulus potestatem & ius habuit exauthorandi *Petrum*; crasso num cum non
 rideretis ore? Non ab simile est & hoc vestrum argumentum.

Item *Ochosie* duos quinquagenarios, porcumque milites numero ceterum, igne calido im-
 misso *Elias* perdidit, factum non negamus: verum ipse Regem de folio suo non
 detraxit, non confodit, non regno expulit. Deinde *quadringentos & quingua-
 ginta* pseudopphetas idem *Elias*, inuitis rege & regina, interfecit: sed nec inde se-
 quitur quod potestatem exauthorandi Reges aut ecclesia, aut *Elias* habuit:
 hæc nec coherent, nec se consequuntur.

Nulla hinc est allegandi scripturas fidelitas, ubi vnquam legistis *Eliam*
quadringentos & quingenta pseudopphetas inuitis Rege & Regina in-
 terfecisse? cum certum sit iullu Regis conuocatos fuisse *Baalitas*, & eo
 presente

presente pactum conventum inter Eliam & pseudopphetas, ut veri Dei cultor haberetur, cuius sacrificium ignis celestis absumeret: & postea cum surdus Baal ad suorum preces esset, & Deus ratum se habere seruisi Eliæ sacrificium igne celitus demisso palam omni populo fecisset, Achabo presente, si non iubente, probante tamen, ex pacto omnes illi Baalitarum casti sunt. Regina vero absens erat, nec de re nisi iam perfecta quidquam cognovit. Inique quidem id tulit, & iuramentum se iuravit, sed neque hinc ius vllum appareret abdicandi Regis.

Præterea Hazæclem Regem Syria, Iehu Regem Israël, & Elisæum vice sua Tyræ phatam instituit, cum ea potestatis significatiōe, ut qui fugeres & gladium Iehu, interficeret eum Elisæus. Hic vñcti Reges, non abdicati leguntur: sed quia horum Regum creatio cum aliorum abdicatiōe coniuncta fuit, quæ hinc prophetæ fuerint partes, quodue officium, consideratione est necessarium. Hazæclem & Iehu historiarum notæ sunt: eas ergo hinc inferri nihil est opus, quod autem prophetam attinet, quidquid hic ab eo factum legitur, extraordinarium fuit, vnde nulla potestas ecclesiæ ordinaria potest inferri, hoc primum deinde, prophetæ partes sunt nuncij à Deo missi, non hominis ius & potestatem habentis abdicandi Regem, & nouum creandi: & quod antè de Samuele & Abiah diximus, huic quoque loco seruit.

Et ad locum ex *xlviij. cap. Ecclesiastici* respondeo, intelligendum esse de spiritu Prophético, quæ Regibus prædixit futurum excidium familie & regni eorum. Nunquam enim vllas Prophetarum qui Rex non fuit, more Episcopi Romani bellum cuiquam Regi intulit, aut regno expulit, nec fieri procurauit, nisi accepto speciali mandato à Deo: quod cum extra ordinem sit factum, nemini est imitandum.

Ius quod præstatur Ecclesiæ, intrinsecus fines concluditur, nec sese ad exterarum gentes porrigit, quæ Ecclesiæ non se subiecerunt, ac potestas Prophetica Eliæ Hazæclem incircumcisum gentilem in Regem Syria inuixit: vnde nemo arguere potest auctoritatem ordinariam Ecclesiæ, cum Paulus disertè dicat, *Eos qui extra Ecclesiam sunt, ad suum iudicium non pertinere.*

CAPVT XXII.

Testimonijs Prophetarum impudenter abutuntur pontificij, ut probent prædictum fuisse olim ecclesiam noui testamenti reges regnis spoliandi potestatem habentem.

EAdem impudentia & Prophetarum abutuntur testimonijs, ut doceant hanc in Reges potestatem, atque eos abdicandi ius, futuræ noui testamenti ecclesiæ prænunciatam ac promissam: quæ audire est operæ pretium. Apertiora sunt (inquunt) quæ de noua lege prænuntiata primum, mox in eadem instituta reperiuntur. Priora sunt illa de futura ecclesiæ in reges potestate vaticinia: & *Terrena Reges nutricij mi, & Regina nutrices tue, vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorum linges, & scies quia ego Dominus. & rursus, gem. & regnum quod non seruioris tibi, peribit. & illud ad Ieremiam in signo, Ecco constitui te super gentes & regna, ut euellas, & destruas, & dissipet.*

Qui dei iussu Reges ad perniciem, & confregisti facillè potentiam ipsorum, & gloriose de laico suo.

Elia. 49.

Elia. 60.

Ierem. 1.

a Pſal. 71.

b Pſal. 2.

Et edifices, et plantas: & in Pſalms: adorabunt eum omnes Reges terra, et omnes gentes seruius ei, & alibi, Reges eorum in virga ferrea, et tanquam vas signi confingentur.

Qui in tenebris versantur, manu præteritant viam, quam non vident: ita isti in densissimis Egypti tenebris constituti, obuia quæque scripturæ loca arripunt, non eligunt. Esaias prævidit futurum, vt ecclesia quæ contempta & neglecta fuerat mundo, post multas & varias afflictiones, tandem emerget, & fauorem & gratiam Regum consequatur, qui eam suscipiunt & defendunt erant. Quod si non alio modo id fieri potest, quam vt Reges & Reginae deiciantur folijs ab ecclesia, & ecclesiarum Episcopis, & pietatis suæ mercedem recepturi sunt damnatum, & probrum; Regibus nemo vñquam persuaserit talem alumnam suscipere. Sed melius est à Christo, & Christi discipulis edocta ecclesia, quam vt nutrioribus ac nutricibus suis, saltem sic redditura mercedem, hæc ingratitude procat, & ingrata procatitas Babylonicam meretricem decet, non Christi sponsam. Quis hæc Esaiæ verba, *erunt reges nutricij tui, et reginae nutricis tuæ*, hæc modo interpretetur, & dicat significare, tu habitura es potestatem & jus detrahendi Reges, & Reginae de folijs suis? Quid magis absurdum & à sensu Prophetæ magis alienum dici potest?

Illud vero *demisso vultu in terram adorabunt te, et lingens pedem eorum*, per metaphoram dicitur sumptum à gestu adorantium, quo significatur Reges in ecclesia, & cum ecclesia, supplices adoraturos Deum, & Dominum Iesum Christum; non autem pedes Romani idoli, quos gentibus osculandos protrudit, quibus & diademata Regum de capitibus eorum deturbat. sed vt Hieronymus hunc locum interpretatur hæc propheta impletur, *cum caput ecclesia Christus adoratur in corpore ecclesia: est ad quosdam dicitur, et dicitur Dominum Deum posstrum, et adorare scabellum pedum eius: non quod scabellum adorandum sit, sed quod majestas pedum illius indicetur. Cur non adoratur ecclesia, quæ totum Christi corpus complectitur?*

c Reg. 60.

Item quando dicitur *gentes et regnum quod non seruius tibi, peribit, et gentes solitudine vastabuntur*, Esaias non loquitur de regibus & populis qui sese submissuri erant ecclesiæ, in quos solos iam concessum est ecclesiam habere illud ius quod præterditur, sed de ecclesiæ hostibus & inimicis, & alijs quibuluis gentibus & regnis, qui Christi subire iugum detrectabunt, quibus minatur exitium, quod Christo Domino & ipsius ecclesiæ bellum intulerint.

Hæc testimonia male allegantur, ut probetur ecclesiæ ius in Christianos Reges, de quibus hic non agitur. Quid (inquies) si illi deficient à semel suscepta fide, eamq; oppugnent? an non eodem loco sunt habendi? maxime, quid tam? Deus victor futurus est, non ecclesia. perituros enim propheta prædicit; sed nihil est necesse ecclesiam procurare inimicis, quos diligere iubetur, exitium. gens quidem Deo rebellis & impiorum ac tyrannorum regna vastatione vastabuntur, iuxta prophetæ vaticinium: sed non inde efficitur ab ecclesia vastatum iri. id ei proprium non est. Barbari, Turcæ, Tartari, & hoc hominum genus, magis sunt idonea furoris Dei instrumeta, quam Christianis: cur quondam fuere Vandali, Gothi, Hunni, Herules, Alani, Franci, Longobardi, & Saxonæ, & si qui fuere alij Rom. imperij depopulatores: quorum ferocia Christiana religio tandem perdomuit, & ex hostibus seruos Christi fecit, non occidendo,

ciendo, aut regna eorum vastando, sed perseverando.

Quod locum Ieremix attingit, à nostra quæstione est proflus alienus, utpote intelligendus tam de gentibus & regnis infidelium, quam Iudzoni, quibus Deus per suum Prophetam prospera, & aduersa, quæ immittere decreuerat, prænuñciabat: & ad nudum Prophetæ munus referuntur, non ad aliquod ius, vel autoritatem datam Prophetæ aut ecclesiæ, debellandi gentes, populos, ac nationes, vel mutandi & transferendi regna & imperia, quibus Prophetæ vaticinabatur.

Quod si aliquo scripturæ loco Seruator noster Apostolus & præsertim Petrum, ipsdem & totidem verbis esset alloquutus, quam cupidè Papa hoc pro se dictum arripere, ad extruendam turrem Babylonicam, & miscenda per vniuersum orbem Christianum incendio, Tamen nihil Dei spiritus illis verbis aliud intelligi voluit, quam verbi Dei ministerium, Prophetæ commisit: sicut ipsius tota vita testatur, & ipse met præcedente sententia et ponit, ubi ait: & misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, & dixit Dominus ad me, ecce dedi verba mea in ore tuo, ecce ego constitui te hodiè, &c.

Nihil habet ingenui candoris commentum Romani Episcopi in hæc Ieremix verba, ad Imperatorem Constantinopolitanum scribentis: *Potuisse autem (inquit) prerogatiuam sacerdotij ex eo potius intelligere, non à quolibet, sed à Deo, non Regi, sed sacerdoti, non de Regia stirpe, sed de sacerdotali prosapia descendenti, de sacerdotibus vix, qui erant in Anuboth: Ecce constitui te super gentes & regna, ut euellas, & dissipet, & adificet, & plantet, &c.*

Puerilis & affectata talis argutia indigna est Episcopo. Non enim constitutus fuit Ieremias Regum Rex, sed Prophetæ tantum, & verba illa, *constitui te*, significant Prophetam, & ad personam Ieremix referuntur. Nihilq; minus intelligitur quam sacerdotij prerogatiua: cum infra sacerdotem summum ceteris sacerdotij inferior esset, superior tamen prophetæ spiritu, utpote Doctor, qui discipulis est eminentior: quod commune non fuit omnibus sacerdotibus, quamuis aliàs ex officio doctores essent populo Dei. Melius Gregorius magnus lib. 18. c. 8. in Iob, de docendi ratione hunc Ieremix locum interpretatus est, quando ait: *Autem docendi postulare, ut Doctores in auditorum suorum manibus, prius studeant peruersa destruire, & postmodum recta predicari, ne bonum sancta prædicatione seminare, plena malis corda non capiant. Undè ad Ieremiam dicitur, Ecce constitui te hodiè super gentes & regna, ut euellas & dissipet, & adificet, & plantet. Prius itaque iubetur, ut destruat, & postmodum adificet, prius ut euellat, & postmodum ut plantet: quia nequaquam rectè veritatis fundamentum ponitur, nisi prius erroris fabrica destruat. hæc Gregorius. Quamuis non ex sententia & sensu illius scripturæ scripserit, prerogatiuam sacerdotij nullam intellexit, sed rationem docendi Prophetæ præcipi, quod verum est. Nam utrumq; in ipsa prophetia, ut ei præceptum erat, præfixit.*

Alij duo loci ex Psalmis Dauidicis desumpti, de Domino Iesu Christo sunt interpretandi, non de ecclesia: quod ita clarum est, ut impudentis sit aut negare, aut aliò trahere: nisi fortè quidquid de Domino Iesu Christo dictum est, ad se rapiat quoque Romanus Episcopus, quod tam constanter à nobis cum tota antiquitate negatur, quam impudenter à clientibus Romani Episcopi affirmatur. Si cui tamen in re tam clara, pluri sit assertio papistica, cedo vel

vnum doctorem ex tota antiquitate, qui locos illos de potestate ecclesie in deponendis regibus sit interpretatus; & deponendos illos reges dicat, qui Christum adorant. quod alios attinet, qui tanquam vasa figulina dicuntur contemendi Christi potentia, hostes sunt ecclesie, de quibus convenit inter nos, ecclesiam non indicare.

CAPVT XXIIII.

Ex locis quibusdam novi testamenti frustra à Romanis à eandē potestate probare conantur.

Quod Petro Christus oves suas (et reges igitur) pascendos commisit, quod claves ligandi atq; solvendi potestatem dedit, quod D. Paulus omnes præpositis subiacere iussit, quod idem consuetudine cum hæreticis interdixit, quod isdem D. Iohannes ne aue quidem dici permisit: Quomodo id faceret, nisi ab obedientia regis, qui talis aue idem esset, absolueret? Fateor & Reges verbi Dei pabulo esse pascendos; sed hoc non est Reges pascere, eos suis regnis deturbare. si hoc idem est pascere Reges, quod debellare Reges, pastor bonus fuerit Mahumet. ecquas hoc modo vnquā oves Petrus, aut alius quispiam Apostolus pavit, quis veterū patrum ex tota antiquitate hanc pascendi oves rationē probavit? novus iste pascendi mos est, à Mahumete primò inuentus, & ab episcopo Rom. postea receptus. Dominus quidem claves ligandi atq; solvendi Apostolis dedit: sed ad referandum atq; claudendū regnum cælorū, quod bella nescit, nisi cum Satana, mundo, & vitijis, illud regnum huius mundi esse Dominus noster negavit, proinde ad regna & imperia principum malè aptantur.

Quod D. Paulus omnes præpositis subiacere iussit, ergo & episcopum Romanum imperatori, sicut olim omnes subiacebant, & Dominos suos eos agnoscebant. Sed si vultis episcopis etiam reges subijcere, quod in epist. ad Heb. potissimū eos videatur innuere, ne Reges ideo facite quovis priuato homine deteriore conditione, quem nullus vnquam episcopus ob quodcunq; delictū, iure potuit bonis exterius exuere. In corpora aut fortunas christianorum Dominus Apostolis nullam potestatem dedit. vnde ergo quæso in Reges tanta potestas? Episcopi partes non sunt in clerum dominari, tantum abest vt Regibus possint imperare. Paulus testatur se fide Corinthior. non dominari, quæ tamē vnica materia fuit, in qua excolenda quidquid habebat auctoritatis impedere debuit. Petrus presbyter presbyteros ita præesse vult, vt clero non dominetur. Vultis ergo vos cum vestro papa Regibus dominari, eorūq; solijs deijcere? quo exemplo? quo iure? tantum abest, vt testimonia veteris ac novi testamenti quæ adsertis vobis suffragentur, vt totam vestram euertant sententiā: & quidquid à vobis olim tentatum in hac re fuit, & hodie tentatur, contra omnia iura diuina, & humana sit: prosequar tamen reliqua.

Quod idem Apostolus consuetudine cum hæreticis interdixit, quod isdem D. Iohannes ne aue quidem dici permisit; Respondeo, quidquid est in verbo Dei præceptorum huius generis, de non communicando cum hæreticis, vt ne quidem aue ijs dicamus, totum ad fraternæ charitatis normam, & ecclesie ædificationem esse reuocandum eis, qui casum in Pharisaismi foueam vitare desiderant, & nihil contra Samaritani parabolam peccare. Quod commodè fieri potest, etiam si ab sit potestas ab obedientia Regis absoluedi subiectos, de qua re antè locuti sumus, nec ea hic repeti opus est.

CAPVT XXV.

*Potestas Apostolorum tantum fuit spiritualis, quemadmodum
Christi regnum est spirituale.*

Addunt, spirituale tantum Apostolorum potestatem esse ne quis poteret, procidit mortuus increpante Petro cum vxore Saphira, Ananias traditus Corinthius in interitum carnis: eurgenti item iubente Paulo Hymeneus, & Alexander. Et, quod ait idem Paulus, Nescitis quia angelos iudicabimus? quanto magis secularia?

Quod hic allegatur, vt probetur potestatem Apostolicam non esse tantum spiritualem, sed etiam corporalem, prorsus ineptum & blasphemum est. Nam potestas illa qua Petrus Ananiam, & Saphiram interfecit, si interfecisse dicendus est, diuina & cælestis fuit, nempe spiritus sancti virtus edendi miracula, qua præditi mortuos etiam suscitabant Apostoli. Idem dicendum de traditione Corinthij Satana; eam autem potestatem papæ non habent. Si eam habent, malè cum Regibus ageretur: malè olim cum Romanis imperatoribus, imò cum vniuerso orbe actum esset. non enim ea vterentur, vt Petrus & Paulus ad ædificationem, sed ad destructionem. Si quos diris deuouent, simul ad Orcum mittere possent, nemo bonus hodiè viueret.

Fingamus tamen bruta Romani Iouis fulmina esse tantæ efficacitatis, vt vexandum hominem à malo spiritu possint exponere; sicut à Deo factum esse legimus, & euenisse Sauli notum est: non tamen ideo Rex esse desineret. Regem eurgementum Israel habuit, nec tamen ideo Rex esse destitit, nec populus ab eius obedientia recessit, nec sibi recedendum esse iudicauit.

Quod idem Paulus ait, Nescitis quia angelos iudicabimus? quanto magis secularia? nonnihil argumenti habet: quia Paulus illic Corinthiorum infimos, iudices idoneos arbitratur, qui lites inter fratres dirimant, potius quam vt accedant tribunalia gentilium magistratum, vnde sic etiam argumentari quis videtur: qui Angelos iudicaturi sunt, rerum temporalium non sunt idonei iudices, at infimi quique fideles iudicaturi sunt angelos; Reges autem & eorum regna sunt res temporales; ergo infimi quique fideles idonei sunt, vt de Regibus & de summis imperijs iudicent. Bella hæc est argumentatio, qua non tantum Romano pontifici, & alijs episcopis potestas in Reges probatur competere, sed etiam infimis quibusque de plebe. in quibus si fallit, oportet vt etiam fallax sit argumentatio pro episcopis. nam & contra eos ex eodem fonte duci poterit argumentatio, qua probabitur plebem de episcopis posse iudicare, quandoquidè Angelos plebs Christiana aliquando iudicabit.

Præterea sessuros aliquando Apostolos super thronos 12. cum Domino iudicatos duodecim tribus Israel, Dominus promisit: & in Apocalypsi victori cuius promittitur sessio in throno Christi: sed inde nemo nisi ineptus, & superbus Cumanus asinus, hæc adferet vt potestatem papæ, aut ecclesie stabiliat exauthorandis Regibus, aut alijs summis magistratibus, quod Dominus ipse nusquam fecit, nec faciendum præcepit, sed priuatus vixit, & priuatos Apostolos suos reliquit.

Dignitas illa que promissa est Apostolis, & ceteris fidelibus non præsens, sed futurum seculum respicit. Quicquid ex officio in presenti seculo à noui Testamenti sub Dom. Iesu Christo procuratur, docendo & administrando sacra, cui rep. que

non ipsis, sed Regibus atque alijs summis magistratibus est commissa, non debet committi. Si forte ut civibus & subiectis, aliqua res pars à Rege, aut à magistratu eis fuerit mandata sequenda sunt regni aut reip. leges. Ex allegatis Pauli verbis, nihil aliud conficitur, quam ad prudentes viros, qui in illa ecclesia esse poterant, tanquam ad arbitros, causas & lites fuisse deferendas, potius quam ut discernerentur coram infideli iudice.

Ergo iniquentur flux argumentum, multò magis episcopos, & proinde summum totius ecclesie pastorem rerum temporalium esse idoneum iudicem. Respondet, asserens episcopum magis, quam alium quemvis è plebe, licet cautes posse iudicare, alio modo quam ut solent arbitri, de consensu, & voluntate utriusque partis nisi potestatem iurisdictionemque à civili magistratu habeant. at Romanus episcopus præterquam quòd summus totius ecclesie pastor non est, se profuturum ac legitimum iudicem Regum & regnorum venditat, quod ex Pauli verbis, non magis efficitur, quam plebeam eam habere in Reges, aut in ipsam potestatem.

CAPVT XXVI.

Numerianus, & Theodosius non fuerunt excommunicati.

Exempla quæ adferuntur, ut demonstretur hæc ecclesiastica in Reges potestas, inueniuntur aliena, si propius inspiciantur, à re quæ probanda suscipitur. *Babylæ (inquies) Antiochenus episcopus vnicum eo tempore Christianum imperatorem Numerianum (Philippum ab alijs Decium dicunt) ob percussum Regis cuiusdam filium obsequio loco in sedere sibi datum excommunicanti.* Ego expectabam, ut dicerent, imperio priuauit. Sed Antiochenus episcopus (quod miror) auctoritatem Romani episcopi non expectauit, & Numerianum imperatorem constat non fuisse Christianum; quomodo ergo excommunicari potuit oportet fuisse Philippum, qui fraude Dominum suum inter fecerat, sed illa ætate excommunicandi Reges, mos nondum inualuerat & excommunicatum fuisse Chrysostomus non narrat, qui totam historiam fuscè prosequitur contra gentes. Demus tamen esse factum: imperator propria manu crudeliter necauerit puerum; disciplina ecclesie illius temporis id quod fecit episcopus postulabat, sed non submisit percussorem qui vitæ imperatoris infidiaretur, non diadema de capite deiecit, subiectos populos ac milites à fidelitatis sacramento, quæ nostra controuersia est, nec ipse, nec alius episcopus absoluit. Additur Babylæ Ambrosius, qui Theodosium ob eandem Thessalonicæ factam, dicitur excommunicasse, de quo idem dico, nempe quòd imperatorem suum non deposuit: illud namque huc se habere, aut vltum alium episcopum non docuit. Quod ad excommunicationem attinet, nihil huiusmodi narant ecclesiasticæ historice, quæ tantum aiunt ad diuinorum mysteriorum communionem non fuisse admissum, donec cædis Thessalonicensis poenitere se testimonio dedisset. Attende candidè lector quomodo isti, ut suam & Romani episcopi defendant tyrannidem, testimonij historiarum abutantur. A Babylæ imperatorem quem Chrysostomus nusquam nominat, & ab Ambrosio Theodosium excommunicatos fuisse non legimus, nisi quis à templi ingressu prohiberi, & ad participationem corporis & sanguinis Domini non admitti, excommunicationem vocet: quod ob diuersas causas accidere potest. Scriptores

Scriptores qui non satis amentè res gestas considerant, factum Babylæ & Ambrosij excommunicationem interpretati sunt. Sed rem vt gesta est expendite & iudicate. Theodosius in templum venit, in memorem crudelis edicti quod contra Thessalonicenses emiserat, quo infantes pariter cum noxijs, peregrini & hospites, qui culpæ non fuerant affines, cum ciuibus perierant. Miserrandum narratur exemplum de duobus filijs necatis inter amplexus patris, cui optio data erat redimendi alterum è duobus quem vellet: qui dum dubitans hæret & cunctatur quem potissimum eligeret, vtrumq; amisit. Cùm huius generis plura ad Ambrosiam rumor pertulisset, imperatorem percipiendæ sacræ synaxi idoneum non iudicauit. Sed nec Ambrosius, nec illius temporis episcopus Romanus, in iudicium imperatorem esse vocandum æstimatorunt, vt in eorum confessorio, ipsis iudicijs rationem facti sui redderet. non ea erat tunc temporis episcoporum tyrannidis, non tanti spiritus, violare vt auderent regiam maiestatem, si imperator ad ecclesiam non venisset, nihil eorum quæ legitimus accidisset.

Par est Babylæ factum, ipse & Ambrosius ex occasione data, templo & corporis & sanguinis Domini nostri Christi communionem indignos, innoxio sanguine impiatos iudicant: quæ si data non fuisset occasio, neuter eorum vltro nea excommunicatione imperatorem læscendum credidisset. Tametsi morosam seueritatem Ambrosij non probem, pij tamen pastoris officio futurum fuisse reor, qui libere imperatorem peccati admonuit, cuius conscientia veterno quodam securitatis sopita læguebat, quam graui & seria illa reprehensione excitauit & sanauit, quando ne quod ad salutem & peccatorum remissionem institutum est, ad æternæ damnationis iudicium manducaret, prohibuit. Si Romani episcopi more excommunicandos imperatores putassent, tempus quo ad ecclesiam venirent non expectassent.

Quod igitur Babylas fecit, & Ambrosius imitatus est, nihil commune habet cum episcopi Rom. tyrannica excommunicatione. Pij illi viri docere voluerunt patricidis non patere fores ecclesiæ nisi prius poeniteant. Episcopus Rom. ita Reges excommunicat, vt illis poenitentia locum nullum relinquat. si Reges & imperatores excommunicandi mos illis temporibus valuisse, quomodo censuram illam euassisset Constantinus & Valens, & alij plures impij & iniqui imperatores? minor causa Ambrosio data fuit, Iustiniani & Valentinianum excommunicandi, quàm Theodosium.

C A P Y T . XXVII.

Arcadius ab Innocentio non fuit excommunicatus: si, quod quidam narrant de Leone Isaurio, & Gregorio secundo, verum est, Gregorius ab impietate in Deum, & perfidia in dominum suum non potest excusari.

DE Innocentio, dico Arcadium imperatorem eiusq; coniugem Eudoxiã ab eo fuisse excommunicatos non posse doceri, nõdum eõ audacię peruenérant Romani episcopi: nec vlla causa erat, cur potius imperatorem excommunicaret quàm Arfacium, qui in Iohannis locum surrogatus fuerat, cæterosq; episcopos qui Iohannem condemnarant: quorum iudicium secutus imperator, cum Iohanne communicare recusabat. In vita Chrysoctomi Innocentium præter cõmiserationem nihil Iohanni atalisse opis legitimus: &

quod Chrysoſtomi damnationem non approbavit. quod ſi imperatorem excommunicare tentaſſet, iurisdictionis ſuæ fines exceſſiſſet. Patriarchis enim ſuos fines concilia præſcripſerant: ad vicinos Episcopos cauſæ cognitio pertinebat. Quocirca non niſi temeraria eſſe potuit Romani Episcopii ſententia, qui parte altera non audita ex rumoribus & delationibus eorum, qui fauebant Chryſoſtomo, ſolus ſine Synodo contra Eccleſiæ morem, in Imperatorem Dominum ſuum ſententiam excommunicationis proferre auſus eſſet.

Si exempla ius dant, aut adimunt, contraria facile eſt adferre. Theodora Auguſta & Antonina Belifarj ducis vxor, cum Belifario auſe fuerant, in P&ntum inſulam relegere Siluerium Romanum Papam. eadem Theodora Vigilium Siluerij ſucceſſorem ad ſe adductum Conſtantinopolim, contumelijsq; ac verberibus affectu, ſunc in eius collu iniecto, per vrbis plateas tractum, in exiliu deportari iuſſit. Nullus tamé Papa ex cõmunicatione hanc iniuriã vlus eſt.

Gregorium 2. quod atinet, ſi verum eſt quod quidam ſcribunt, & hic allegatur, primu nullo patrum exemplo, contra Dei verbu & patrum doctriã cultum imaginu in eccleſijs defendit, quibus repurgari templa Imperator Leo Iſaurus mandauerat, deinde Domini ſui proditor fuit, qui ad defectionem ab eius Imperio totam Italiam, & alias regiones ſolicitauit, atq; induxit, & vectigalia quæ ſolui Chriſtus Cæſari mandauit, prohibuit. Quod Imperator accuſatur de hæreſi propter deiectas diuorum imagines, eſt craſſus gentiliu error, quem veteres omnes theologi vno conſenſu condemnant. veteres voco, quot Orthodoxi ſcripſerunt quingentis poſt natum Dominu annis. quorum, ne prolixior ſim, tantu nomina inſeram, notatis locis in quibus reprobantur religioſæ imagines. illas autem condemnauit Origenes contra Celſum lib. 6. & 7. Tertullianus in Apoſogetico contra gentes. Lactantius de origo erroris ca. 17. & 18. Hieronymus in epiſt. Epiphani j ab eo verſa. Auguſtinus de cõſenſu Euangelistarum lib. 1. cap. 10. Idem de fide & ſymbolo cap. 7. conciliu Elibertinum Canone 36. & in decretis luonijs. *Placuit piſturæ in Eccleſiã eſſe non debere. ne quod colitur aut adoratur in parietibus depingatur.* Itaq; tyrannicum Gregorij factum, vt pote impium, nullum ius probat.

CAP V T XXVIII.

Zacharias non depoſuit Childericum, nec regnum Francorum ad Pipinum tranſtulit.

DE Zacharia non ita res habet vt ab adulatoribus Papæ narratur. Tyrannidis nomine cuius pudere deberet, gloriantur Rom. Episcopii, quando falſis & ab ipſis confectis historijs credi volunt factum eſſe, quod nec vnquam factum eſt, nec fieri potuit. In re dubia Pipinus & cæteri Francj proceres conſulendum duxerunt Episcopum Romanum, num liceret ab inutili Rege, qui vmbra & nomen tantum gerebat Regiæ, imperium tranſferre ad eum, qui labore, ſtudio, & vigilancia ſua ſalutẽ populi procurabat: eos mouebat ſacramenti religio, qua fide ſuam Childerico vero ſuo Rege obligauerant.

Zacharias verò quem iam ſibi antè deuinxerat Pipinus, vt ei gratificaretur, ſcrupulum Francis ademit, & illa religione ſoluit. rectè an ſecus, nunc non diſputo, ſed nihil aliud egit, quod non quiuſ Episcopus & Theologus in ſacris literis verſatus, de re dubia conſultus reſpondere non poſſit.

Quamuis in Gallia non deeſſent episcopii & Archiepiſcopi doctriã & eruditione Romano nihil inferiores, minore eõ aũthoritatem habere viſi ſunt, quod res ipſos proprijs attingeret: atque hoc modo hanc rem narrant

veri

virii historici. Nemo Gallus sine læsa maiestatis crimine Romano Episcopo tantam potestatem tribuit, ut possit abdicare regem; & alium regno in eius locum surrogare. Marcellus Patavinus in tractatu de translatione imperij; Zacharias (inquit) Childericum non deposuit, sed deponentibus, ut quidam aiunt, consentit. Clericorum verò scriptura, in hoc rejicienda, tanquam Franci præiudicialis & falsa. Cui viro alicuius iudicij verisimile futurum est, Zachariam regno priuasse Childericum hominè innoxium, cum vicinos hostes reges Longobardorum sibi infestos ferret, nec regno deijciat? sed ea tunc temporis non credebatur esse Romani Papæ potestas. Præterea Papæ vassallum fieri Pipinum oportuisset, si auctoritate ipsius in regnum Childerico successisset. Nam ad ius directi domini pertinet, ob iustas causas feudo priuare vassallum, & alium eodem inuestire: atq; ita papa omnium christianorum regnorum directus dicendus est dominus. Sed rem Pipinus non ita intellexit, nec illius ætatis vllus aut episcopus aut theologus; & populus Francorum id nunquam est admisurus. Papæ tamen id sibi persuadent, cupiuntq; vniuerso persuasum orbis: nimirum qui & Romanos imperatores vassallos suos esse contendant, & à Græcis ad Francos auctoritate sua se transfuisse imperium. A quo autem hoc ius papa obtinuerit, quia docere haud est facile (à Domino autem Iesu Christo certum est civile imperium nullum fuisse reliquum Apostolis; & donatio Constantini impudens mendacij, falsiq; est conuicta) populus si Deo placet in consortium vocatur, cujus in hac re potestatem ed exulerunt, ut regna populi faciant beneficia: & cuius in ecclesiasticis negotijs nullas esse partes volunt, summam in deponendis & recipiendis regibus constituent. Atque ita regna & imperia feuda sunt partim ecclesiæ partim populi. De populi iure nunc nihil dicam; & quantum ad ecclesiam spectat, nemo prædecessorum Zachariæ legitur vllum vnquam ex auctoritate regem: nemo hoc fuisse & admirandum, totos septingentos annos nihil huiusmodi patres docuisse, aut cognouisse.

CAPVT XXIX.

Leo non transfudit à Græcis imperium ad Francos. si tentatum id ab eo est, sicut quidam volunt, nullo iure id fecisse potuit.

LEO 3. pontifex imperium à Græcis ob religionis contemptum ad Germanos et Austriacos. Impudentia Romani episcopi & clientium ipsius incredibilis olim posteris futura est, qui affirmare audeant imperium Romanum à Græcis ad Francos, a Leone 3. fuisse translatum. Nam simul conuulsa Rom. Episcopi auctoritate, cuius testimonium in propria causa nullum est, corruit; quidquid historici Papæ nimium creduli, sine vllò erroris examine, suis historijs inseruerunt. Rom. imperium nunquam fuisse in potestate Papæ ex omnibus historijs ipsa meridiana luce clarius est. Quod quis ius non habet, in alium transferre non potest. Quam autem Romani Episcopi essent auxilij inopes, quando sum Pipini, cum Caroli magni opem implorare coacti sunt, res ipsa declarat: quibus vt amplissimas possessiones ex præda Longobardorum acceperunt, ita præter verba, & meras nugas nihil dederunt.

Latissimum sibi comparauerat Carolus imperium, Saxones perdomauerat, & fidem Christi suscipere coegerat; & tandem Italiam regnum expulsi Longobardis iure belli quoque suum fecerat. Regino de Carolo narrat, quòd Papiam armis ceperit, & Desiderium Regem cum ipsius vxore

& illa omnem thesaurum patris. Ibiq; venientes omnes Longobarbi, de cuius civitatibus Italise, eius se subdiderunt dominationi. Adalgisus verò filius Desiderij fuga elapsus, mare introiit; & Constantinopolim perrexit. Carolus subjugata Italia & ordinata, custodiam Francorum in Papia dimittens, cum magno triumpho in Galliam reuersus est.

At (inquit) Leo legatos ad Carolum misit cum clavis confessionis S. Petri, & vexillo vrbis Romę. clavis confessionis S. Petri: hoc est, quod modò dñi, augas, quod vexillum attinet, illud fuit populi Romani & procerum, sine quorum consensu illud mixere non potuit. eo enim significabatur vrbis dominium Carolo deferri, cui cõstat Romanos se tunc tradidisse. De qua re Marianus Scotus ait, Carolus hoc tempore à Romanis Augustus est appellatus; & Sigebertus, Romani vno omnium consensu Carolo Regi Imperatorias laudes acclamant, eumq; per Leonis manus coronant.

Quod Episcopus fecit, fuit ministerij, non dominij: consensus omnium ordinum vrbis tradidit imperium, non vnus Pontificis. Quod translatum à Leone pontifice ob religionis contemptum dicitur, verisimile non est, quandoquidem Irene superstitiosa mulier tunc regnabat, quę cultum simulachrorum restituerat: & concilium Nicenum secundum recens erat, per omnia cum idololatria Romana consentiens. Malè distincta temporibus hic coniunguntur: nam vt Gregorius religionem prætere potuit, Leoni certè nulla causa fuit.

CAPVT XXX.

*Bellarmini due passimã rationes, quibus ius Romani Pape in reges
& eorum regna se docere putat.*

Bellarminus vt hanc translationem imperij factam auctoritate pontificis probet, toto libro quem de translatione imperij scripsit valde sudat: sed tam ipse quàm alij omnes operam ludunt, quidquid scripserint præteritorum temporum scriptores, nisi illud ius transferendi regna summo pontifici competere doceatur, quod cum efficere conetur, hic addere ipsius omnes rationes superfluum esset. vnam, eamque præcipuam attulisse & confutasse suffecerit. si enim ius reges abdicandi, & imperia transferendi, habet Romanus episcopus, poterit certè olim à Childerico regnum Francorum ad Pipinum, & imperium à Græcis ad Francos translulisse.

Sed, vt ipse ait, tota res pendet à duabus sententijs, quarum altera hæc est, Romanum pontificem totius ecclesie, id est, omnium Christianorum patrem & pastorem esse: altera, summum ecclesie totius pastorem, ita non modo priuatis hominibus, sed etiam regibus & imperatoribus præesse, vt se causa Christi & ecclesie exigat, possit vos regno atque imperio eieciere, idque regna & imperia ab alijs ad alios transferre.

Primam sententiam dixit quinque libris à se probatam: quos hic consistare alienum esset, & iam à viris doctissimis abundè factum est: alteri, quam varijs coloribus pinxit, facum detraham, vt eius falsitas appareat. in ea enim totius controuersie præcipuum est robur situm. Nam, vt maximè verum esset Romanum episcopum omnium Christianorum esse patrem; nisi quoque doceatur potestas ecclesiastica esse politica superior, nihil efficitur.

Quando principes (inquit) sunt Christiani, & in ecclesie catholice membri ac filij

filij: numerantur, dua illa potestates ita coniungantur ac coniungant inter se, ut vniam rempub. vniam regnum, vniam familiam, imò & vnum corpus efficiant, vnam enim ut Apostolus ait, Rom. 12. sumus corpus in Christo; singuli autem alter alterius membra.

In hoc autem corpore mystico ecclesia, potestas ecclesiastica veluti animus quidam est, politica autem veluti corpus, ut S. Gregorius Nazianzenus docet in oratione ad populum timore percussum, & imperatorem irascentem. Neque in controuersiam id reuocari potest, cum constet ecclesiasticam potestatem spirituales ac caelestes esse, politicam verò humanam ac terrenam: & versus illius finis aeterna beatitudo sit, haec autem pax & tranquillitas temporalis: illa animos & corda possimilium regat, ista in corporibus vim suam habeat: illa legibus diuinis & caelestibus oraculis, ista iure ciuili ac gentium nitatur: illa denique auctorem immediatam Deum habeat, ista per ius gentium & consensum populorum ad principes deriuatur.

Ignor quomodo distincta sunt animi & carnis munerera, & separata etiam inueniuntur in angelis qui corpore vacant, & belluis qua rationis sunt expertes: & tamen in homine, quia vniam hypostasim efficiunt, ita coniunguntur & coniunguntur, ut animus praesit, caro subiiciatur, & possit animus iure suo, carnem ieiunij, vigilijs, alijsq; laboribus coërcere, ne impediat munera spiritus, vel etiam si opus sit, ad finem ipsius spiritus consequendum, possit spiritus carnem imperare, ut se ac sua exponat omnia, etiam cum detrimento vitae, ut sanctos martyres sacro videmus: pari ratione in ecclesia Christi, si verè vniam corpus sit, eandem esse oportet conjunctionem ecclesiasticae ac politicae potestatis, tantumque inter eas ordinem, & vnus ad alteram subjectionem, ut in his qua ad aeternam salutem adipiscendam pertinens, ecclesiastica potestas politicam dirigat, ei que imperet, & si opus sit, cohibeat & coërcat, ne adaptionem proprijs finis impediat, etiam cum detrimento propria potestatis.

CAPVT XXXI.

Responso ad Bellarmini rationes exponitur. Nazianzeni sententia, qui suam episcopalem auctoritatem supra regiam potestatem non extulit, eo sensu qui allegatur à Bellarmino.

AD arte contextum mendacium simplicem responsonem candide lector accipe. Primum duas potestates coniungi, & conuenire inter se, ut vniam rempub. vniam regnum, vniam familiam, imò & vnum corpus efficiant, quòd vnum (ut ait Apostolus) corpus sumus in Christo, fateor; & primam hanc sententiam lubens amplector. sed ea quae sequitur sententia, nempe, in hoc autem mystico ecclesiae corpore, potestas ecclesiastica veluti animus quidam est, politica autem veluti corpus, falsa & iniqua est, Deo & Christianis principibus contumeliosa. tantum enim à priore distat, quantum aurichalcum ab auro, scoria ab argento, & veritas à mendacio. prior sententia Pauli est, posterior Bellarmini, & eorum qui cum eo idem sentiunt.

Quam autem iniqua & falsa principibusque omnibus contumeliosa comparatio sit, quae ecclesiasticam potestatem animo, ciuilem verò corpori comparat, docebimus, & quod haec & illa rationem animae obtineant in reipub. corpore dante Deo demonstrabimus. Ad Gregorium Nazianzenum hoc loqua

Y

mutum

mutum, prius quid paucis respondeam animaduertite.

Oratio illa Nazianzeni admodum sublimis & elegans est, omne genus re-
serta figuris & ornamentiis rhetoricis: quæ tota in duas partes diuiditur,
priorè populum cui offensus erat imperator, episcopus alloquitur: altera
ipsium imperatorem placare, & populum ipsi reconciliare conatur. inde verba
quædam quibus metaphoricòs Gregorius usus est, à Bellarmino vulgari &
protrita significatione citantur. quod certè aut ignorantis aut maligni homi-
nis est. Ego paulo altius citatum locum repetam, vt verus sensus clariùs
appareat.

Finito sermone ad populum, Nazianzenus ad imperatorem conuersus,
eum sic affatur. *Quid autem de vobis dicemus Principes, & in potestatibus constitu-
ti: Jam enim ad vos sermo nostrer se vertit, &c.* & paulo post, *viam sermonem suscipi-
ti liberam: & quod lex Christi vos meæ potestati meoque subiectis tribunali? Impera-
mus enim & ipsi, addo imperio majori & perfectiori: aut oportet potius vt spiritus sub-
sit carni cælestiæque terrestribus? suscipe igitur sermonem liberiore. Scio te omnem
esse mei gregis, aliarum sacerdotem, pastoris magni agrum, rectèque à supernis à spiritu
directam, & lumine sanctæ trinitatis, quemadmodum & nos, illuminatam, ac ideo breuis
& succinctus ad te meus est sermo. Christi gratia regnas, Christi gratia dispensas, ab illo
tibi datus est gladius, non vt illo utaris, sed vt eo muneris, & tanquam depositum pro-
rium tradenti custodias. Imago Dei es, & imaginem per manus ducis hęc dispensantem,
ad aliam vitam transmutandam, in quam omnes transmutabimur, &c.*

Hic addimus sublimia verba & magnifica, Christi lex vos meæ potestati,
meoque subiecit tribunali. Imperamus enim & ipsi, addo imperio majori, &
perfectiori, oportet vt spiritus subsit carni, cælestiæque terrestribus. Hæc alle-
goricòs dici, res ipsa & orationis contextus demonstrat: & Nazianzenum hoc
neutiquam intellexisse de imperio aut tribunali, vnde pro sua autoritate,
dammare posset imperatorem, & imperio spoliare, vel cogere sub anathema-
tis & interdicti pœna in ordinem. Romano Papæ hoc esse proprium Bellar-
minus contendit. peculiarem illis verbis nullam sibi vendicat potestatem
Nazianzenus, quam non haberet cum cæteris episcopis communem, misera
profectò esset imperatorum & regum conditio, si tot imperijs, tot tribunali-
bus, quot in regnis suis habent episcopos, essent subiecti. Nazianzenus tribu-
nal vocat metaphoricòs suum ambonem, & suum imperium, atque pote-
statem, liberam sermonem nomine & autoritate Christi ad regem, quo sup-
plex regem adhortabatur & precabatur, populo vt ignosceret & clementer
tractaret. totum suum imperium, totam sui tribunalis potestatem, in illa sua
oratione exposuit: & spiritum vocat spirituales Euangelij doctrinam, suam-
que Christianam exhortationem: carnem iræ & vlciscendæ injuriæ libidi-
nem. Cælestia, diuina præcepta vocat; terrestria, terrenos affectus. itaque
concludit, suscipe igitur sermonem liberaliorem, &c. quæ sequitur hunc ve-
rum sensum esse, conuincunt: non Papam esse superiorem regibus, aut eccle-
siasticam potestatem cuiusvis episcopi esse spiritum, politicam verò corpus:
illam esse cælestem, hanc esse terrenam. hoc nunquam sancto episcopo ne
per somnium quidem in mentem venit.

CAPVT XXXII.

Falsum est potestatem ciuilem esse tantum terrenam & humanam, quam cælestis & di-

uina

uina non minùs fit, quàm ecclesiastica.

Bellarminus præterea sibi dari vult tanquam extra omnem positum controuerfiam, quòd constet ecclesiasticam potestatem spiritualem atque cælestem esse, politicam verò humanam & terrenam. Verùm quandoquidem totius Pontificiæ tyrannidis, aliorumque quos idem estus abruptit, controuerfia versetur in hoc veluti cardine, & pendeat à recta cognitione discriminis & excellentiæ, quam Deus in his duabus potestatibus constituit, ignoscer nobis Bellarminus, si paulò accuratius hanc rem examinauero, antequam ei quod postulat demus. A potestate politica exordiar. eam isti tantum humi volunt reperere, vt ipsi è cælo veluti è sublimiore loco, infra se positos reges, regumque imperia despiciant: vtpote qui toti versentur in cælis, reges verò in terris. Tameñ nihil de ministerij ecclesiastici dignitate detractum velim, rem tamen aliter se habere, ex ipsarum proprietatum effectuumque consideratione apparebit. Nimis contemptim de potestate ciuili sentium scribuntque, qui Pharisæico inflati spiritu, sibi solis diuina & cælestia concedita esse putant: & regiam potentiam è terris non è cælo esse natam: atque ita versari circa terrena, vt aliùs non assurgat, neque in cælum feratur. Quid? populos regere, jus suum cuique tribuere, religionem ac pietatem promouere, tueri bonos, & iniuriæ obnoxios, viduas, pupillos, pauperes, & peregrinos à vi, & oppressione defendere, punire fontes, coërcere malos, salutem denique totius populi procurare, inter terrena & humana nunerantur? ò cæcas hominum mentes, ò pectora cæca. Quis sanæ mentis, qui hæc penitus introspexerit, diuina & cælestia esse munera neget? Episcoporum quidem hodie, vt olim sacerdotum officium est, verbum Dei docere, sacris præesse, ritus & caeremonias celebrare, easq; impartiri populo. Regum autem officium in iudicijs, & iustitia administranda versatur, in folio Dei sedent, ac ipsius iudicia exercent: estq; illorù officium oppressos leuare, & afflictos recreare: quæ certe quibusuis caeremonijs & sacrificijs, ipso Deo teste longè præstantiora sunt. Regum atq; iudicum actiones, celebriores, ac multo meliores esse externis sacerdotum actionibus, ex ipsarum rerum inter se collatione fit manifestum. Deus per Esaiã reiecit solemnitatibus & sacrificijs, totòq; religionis apparatu, euius ipsemet author fuerat, regù ac magistratù requirit officia, præfèrtq; tantquam meliora: quæ vsq; adco tantum facit, vt neglecta, *religioni ac caeremonijs omnè gratiam detrahât. Uiscere* (inquit) *ò vos reges & principes, qui populù regitis, benefacere, quærite iudiciũ, dirigite oppressum, iudicate pupillo, iudicate vidua, &c.*

Iustus Deus scelerum & flagitiorum vindex, Saulẽ quem ad regnũ eueherat, misit vt A malechitas cum omni pecore & tota quam possidebant suppellectile, stirpitius delecer, nec quemquam eorum superstitem relinqueret. cui mādato quia partim obtemperare noluit, sed moderatione clementiãq; maiore quàm Deo gratum erat, rursus est, seruauitq; regem viuum, & quidquid erat, in pecore aut suppellectile maioris pretij, à Deo reprobatus est.

Itaq; Samuel vir Dei iussus à Deo regem grauius increpuit: cui inter cætera dixit, numquid benè placitum est Deo in holocaustis, vt in obtemperando voci Iehouæ? melior est obedientia quàm sacrificium, & auscultare magis quàm adpærietum, quia sicut peccatum diuinationis est rebellio, & idolum & teraphim transgredi,

Prætebat rex opima illa spolia seruata esse ad immolandum Deo: sed Samuel ostendit, quibusuis sacrificijs regium ministerium in viciscendis impijs esse longè præstantius: aded vt nullus vnquam sacerdos gratiorem Deo obtulisse pouerit victimam, illa cæde Amalechitarum, si, vt ei mandatū erat, Saul eam fuisset exequutus.

CAPVT XXXIII.

In Christiana rep. idem est finis ciuiliu possessatis, qui est Ecclesiastica.

Adiueritate finis Bellarminus, & alij plures ecclesiasticam functionem supra ciuilem extollunt, quod illa in cælum feratur, hæc in terris demersa sit: illa ad æternam beatitudinem respiciat, hæc verò in pace & tranquillitate temporali acquiescat. qua in re similiter foedè erratur, quando Christiana politeia non præstantiorem habere finem creditur, ea quæ est Gentilium, qui Deum & vitam æternam ignorant.

Quomodo enim ciuile imperium & ecclesiasticum ministerium se mutud complectentur, vt vnum & idem corpus regant, si in diuersos fines ferantur? finem politeiz ciuiliu quotquot Philosophantur, summam foelicitatem esse censent. eam autem in pace & tranquillitate temporali, quàm rectè Bellarminus collocet, ipse viderit.

Ad summum bonum referri humanas omnes actiones, certum est axioma Philosophicum: & hoc quod Philosophis fuit incertum, quodnam illud esset, de eo Christiani nihil dubitant, quamobrem Christiani principes, si re vera sunt quod dicuntur; ad æternam beatitudinem futuramque in cælis vitam totam politeiam præsentis vitæ referent. quod si homines terreni sint, rebûsque caducis affixi, is erit eorum finis, qui animus: quod & sacerdotibus & episcopis non secus euenire potest, quàm regibus, si ipsi aut impij, aut terrenis rebûs sint addicti. qualis enim quisq; est, talis est finis actionum ipsius, hinc fit vt Deus impiorum sacerdotum detestetur sacrificia, & religionem eorum inter abominaciones censeat.

At, inquit, nos rem qualis est natura sua, non vt malè, aut benè ab homine tractatur, ac inde vitium contrahit, consideramus. Age, & nos eam quoq; sequemur rationem, quòd aut mouente Deo, aut natura ducimur. Quoduis politicum imperiû legibus & moribus constat, in quibus primas tenere oportet, quæ religionem & Dei, Deorumue cultum præcipiunt: & illud quodcunque est natura finem habet foelicitatem salutemq; populi: quæ si ea creditur esse, quam Deo docente didicimus; finis beatitudo æterna erit, & eo referentur omnes leges, & omnia populi studia, idemque erit qui religio, etiam bellorum, & iudiciorû, & omnium denique ciuiliu actionû postremus finis.

Quæ veri finis scientia vbi abest, & alius cogitatur, aut honestum, aut voluptas, aut utilitas: ed similiter diriguntur belli domiq; omnes leges, ciuiumq; publicæ actiones. Et quamuis religio soli Deo immortalis debeatur, sitq; pietas omnis honesti fons & origo, simul cum immortalitate cõiuncta, desectetur tamen religio ad eum finem, qui est politicæ potestatis. Qui si terrenus & belluinus est, eadè religio erit, & tantum terrena & caduca procurabit, aut terreno more, cõlestia hæc duo ita simul cõiuncta sunt, & amice conspirant, vt alius esse publicæ religionis finis, alius totius reip. nequeat. sic est harû rerû natura, quidquid priuatum sibi vnusquisq; boni vel mali contra publica reip. instituta sequendû colendumue

solendamue constituat. Non enim pii, qui in deprauata reperiuntur, ad eundem collimabunt scopum, quò summum illius imperium, ad Deum factorem suum hominem respicere conuenit, quisquis sit reip. status finis.

Principium & finem relationem quandam inter se habere, notum est. quocirca (vt paucis rem concludam) vt vnus author regnorum est, & omnis politica potestatis; ita eundem similiter finem vltimum esse oportet. Ab obiectis quod adferunt argumentum, nihil habet quod quenquam magnopere mouere debeat. *Ille (inquit) animos & corda potissimum regat, ista in corporibus vim suam habeat.* Animos & corda regere, proprie Dei est: cooperarios tamen ad eam rem, tamen si ecclesiarum pastores agnoscam, nihil tamen per eos fit, quod Deus non etiam per pios reges operetur. docent illi pietatem, hi imperant; illi oppugnant impietatem, reges exterminant, & puniunt. vtroque modo ad Deum homo adducitur, vt in hac parte nihil habeat ecclesiastica potestas, quo se supra regiam extollat. imò hoc præstat ciuilibus potestas ecclesiastica, quòd illa potestatem habeat in corpora, quæ huic est negata: cuius si quis causam scire desiderat, paucis accipiat; consilio Dei factum esse, vt ministerium pastorale cogendi externam nullam haberet potentiam, vt doctrinæ efficacitas nemini nisi soli Deo tribueretur.

CAPVT XXXIII.

Legibus diuinis ciuilibus potestas a quæ nititur, atque ecclesiastica.

Aliud argumentum, quod ducitur hinc, *Quia legibus diuinis & cælestibus oraculis nitatur potestas ecclesiastica, iure ciuili & gentium politica,* crassum continet errorem. non enim idcirco ciuile imperium, minus legibus diuinis & cælestibus oraculis nititur, quàm ecclesiasticum ministerium, quia iure ciuili & gentium nitatur. Nam si numerus sententiarum aliquid habet ponderis in rebus diuinis, & non tantum valeat, quod semel in vno loco dictum est, ac illud quod centies est repetitum, quot testimonijs sacrarum literarum potestas ecclesiastica stabilitur, totidem & etiam pluribus politica potestas adstruitur.

Ineptè illa etiam opponuntur inter se tanquam diuersa, & alterum altero sit excellentius, quod diuersis regantur legibus, quando leges eundem habent authorem, & eandem æquitatis rationem. vt enim diuinæ leges, & cælestia oracula à Deo profecta sunt; sic etiam ius gentium & naturæ lex iurisque ciuilia. Leges ciuiles quibus populus christianus regitur, aut ex verbo Dei scripto, aut ex naturæ lege de promptæ sunt, aptanturq; moribus, locis, & temporibus: & æquitate certant (si non vincunt) cum piorum episcoporum decretis, & canonibus, quos ex diuini verbi fontibus deduxisse creduntur. Diuinæ sapientiæ per quam viri sapientes quæ iusta sunt decernunt, acceptionem ferri debet, quicquid boni & æqui tam in ciuilibus, quàm ecclesiasticis legibus inuenitur.

Addit Bellarminus. Illa deniq; authorem immediatum Deum habet, ista per ius gentium & consensum populi ad principes deriuatur. Magnus in theologo hic error est, magna ignorantia, nescire, quemadmodum ecclesiasticæ potestatis ante legem, sub lege, & post legem, proximus author fuit Deus, si-

militer fuisse & politicæ: & sicut sacerdotium à Deo est, sic & imperium non minus proximè à Deo principatum habuit in populo Dei Iosua, quam Eliazar sacerdotium. Quòd Saul & Dauid regnum habuere proximè à Deo, ne quis crederet in populo Dei singulare illud esse, & non commune alijs gentibus, quasi Deus Iudæorum tantum fuerit Deus, & non gentium; Hazaëlem hominem ethnicum incircumcisum, inungi in regem Syriæ per prophetam suum Eliam iussit; & Cyrum nondum natum, Christum suum futurum prædixit. tantum abest ut solo iure gentium consensuque populi politica potestas ad reges derivetur, exclusa illa singularis providentiæ curâ, quam in verbo suo revelavit se habere humani generis rector de regno, & sacerdotio populi sui, quod, ut mundo testatum fieret pari, & eadem, atque per omnia simili ordinatione, qua suos sacerdotes & reges in peculiari populo instituit, se gentium etiam constituere reges, per prophetas suos docuit. hominis in hominem imperium non nisi à Deo est.

Ius gentium, hoc est naturæ lex, mortalium inscripta mentibus, malè opponitur diuinitus scriptis oraculis, tanquam inferior, atque eis imperfectior, cum ex eodem fonte manarint. vitium enim legis non est, si quid depravatio naturæ corrumpit. Illo naturæ iure prophetica & Apostolica scripta præter Dei promissiones nihil habent præstantius.

C A P V T XXXV.

Civilis possessus est resp. instar animæ, sicut est ecclesiastica.

Postremo loco Bellarminus amplificat, quod secundo loco possuerat, quando comparavit ecclesiasticam potestatem animo, & politicam corpori: & nunc eodem recurrere facit orationem, ut sit veluti complexio deducta ex superioribus, qua persuasum esse cupit ecclesiasticam potestatem præesse debere politicæ, ut spiritus carni. *Et quemadmodum animus carnis potest coercere ieiunium, vigiliam, aliosque laboribus, ne impediatur munera spiritus: & quod magis est, ad finem suum consequendum, spiritus potest imperare carni, ut se, & suâ exponat omnia, etiam cum detrimento visæ. tantam enim esse coniunctionem harum potestatum, quando simul concurrunt, tantamque inter eas ordinem, & unius ad alteram subiectionem, in his quæ ad eternam salutem adipiscendam pertinent, ut ecclesiastica potestas politicam dirigat, eique imperet, & si opus sit, cohibeat, & coercet, ne ad optinendam proprii finis impediatur, &c.*

Quod superius dixi repetò, comparisonem hanc esse ineptam, & in Deum, & summum imperium quo res humanas regi voluit, contumeliosam. Ambæ istæ potestates ut ab eodem sunt authore Deo, ita virique proprias dedit leges, nec politicæ potestati ecclesiasticam esse directricem voluit, nec politicam ecclesiasticæ. regulam inflexibilem certam & æquam esse oportet, ad quam cætera sunt exigenda. cum autem utraque à recto possit deflectere, ac læpe deflectat, meliorem & certiozem, quam possit altera esse alteri, quæ iusta & iminota est, Deus eis dedit, verbum suum.

Æquè ac reges, possunt episcopi potestate sua ecclesiastica turpiter abuti. abusus fuisse, probatione non est opus: res manifesta est. Quod subiectionem attinet, ecclesiastica est politicæ christianæ subiecta, in ijs omnibus quæ in controuersiam vocari, & in iudicium apud homines adduci possunt. Quod ut melius intelligatur, duo sunt in ministerio ecclesiastico consideranda: **primum**

nam est diuina gratia, quæ hominum ministerium constituit, & saltem efficiat operatur: quæ cum sub oculos & aspectum nostrum non cadat, iudicium nullum de ea haberi potest. In ea tamen tota excellentia euangelici ministerij sita est. Alterum est ipsam externum ministerium, tribus contentam partibus, euangelica doctrina, sacrorum administratione, & regimine ecclesiastico. In quibus quamuis ciuile imperium nihil innouare possit, sicut nec ipsa ecclesiastica potestas, Christianæ rep. statum quia variis & multis modis turbare possunt; ad eius qui constitutus iudex & rector est populi Dei, officium pertinet, videre ne quid ecclesia detrimenti patiatur; puram doctrinam defendere, falsam reprimere, & quantum valet suppressere, auctores punire, ad summum quod Deus in vnaqua; rep. constituit imperium pertinere.

Et quamuis rex, nec episcopus, nec presbyter ecclesiæ sit, & eius officium tamen spectat, eos qui ecclesijs præsumt, in officio continere, nec permittere vt sacramenta Christi contaminentur: sed ea a populo ministrentur eo ritu, quem Seruator instituit, cum ea reuerentia, & cultu externo, qui regioni & genti est honestissimus, & maximè religiosus. In ecclesiæ regimine, cuius plures partes sunt, quia sepe magni motus, turbe, factiones, iniuriæ, & varij abusus interueniunt, summum imperij est, licentiam frenare, & audaciam compefcere.

Sed mihi videor audire quosdam qui dicunt, Quid homo prophanus de sacris rebus? & num terrenus Deos iudicabit? Sed norim reges, principes, & iudices etiam Deos vocari, & religionem atq; res sacras ad eorum pertinere curam, & quod fuit Moses, Iosua, Dauid, Iosaphat, Ezechias, & Iosias in veteri Iudæa populo, reges & principes Christianos esse in populo Christiano: & eandem habere in episcopos & alios ecclesiarum pastores potestatem, quam illi habuere in sacerdotes. Nec aliud fuit patris de hac re iudicij, qui iudicij iniquis episcoporum oppressi, & iniuriam passi, ad imperatorum confugere auxilium, vt ipsorum auctoritate rescinderetur, quod perperam iudicauerat episcopi.

Et quamuis reges non sint theologi (quod eos esse nihil tamen magis prohibet, quam Dauidem fuisse vatem) habent theologos. Si medici lethalia populo propinarent pharmacâ, ad magistratus officium pertinet, aut malitiâ aut ignorantiam illam punire. At quomodo quum medicum non sint, habent medicos, qui aut ignorantiam temeritatemq; aut fortè maliciam aliorum demonstrabunt. Archireus est omnis summum imperij moderator, (vt secundo libro à nobis dictum est) qui sub se habet omnes reip. patres. Seruus Christi est episcopus: sed rex quoque Dei minister dicitur, quisquis ille sit, etiam tyrannus & impius, multo magis Christianus.

C A P V T XXXVI.

Rex imago Dei est sicut episcopus Christi: et tanto excellentius Christi gloria imaginè refert, quo Christi gloria iudicij & mundi rectoris maior, quam mediatoris.

Augustinus in quest. vet. & no. ost. ait Dei imaginè habere regem, sicut & episcopum Christi. Item Ambrosius in epist. ad Ro. cap. 13. principes hos reges dicit, qui propter corrigendâ vitâ, & prohibendâ aduersâ, creatur, Dei habentes imaginè, vt sub vno sint cæteri & Gregorius Nazianzenus imperatore sic alloquitur, Imago Dei es, & imaginè per manus ducis, hic dispensantè & in aliâ vitam transmütandâ, in quam omnes transmütabimur. Tertulianus ad Sr. epulâ sic scribit, *Colimus ergo imperatorem in hominem à Deo sequenti, &*

quidquid

quidquid est à Deo confignatum, solo Deo minorē. Quibus verbis regem supra episcopos, patres illi extulerunt, quando & imaginē Dei cum gerere, atque hominē secundum à Deo, & solo Deo esse minorē scripserunt. Servator noster Christus nusquam Apostolos civili potestati exemit, cui ipse quoad vixit paruit.

At rex regum, & Dominus dominantium erat Christus, cuius nomine Apostoli, & eorum successores episcopi legatione funguntur. sed respondeo, quāvis magna eorum sit dignitas, non tamen regibus sunt pares, nedum superiores, quippe qui in Dei solio sedeant, & Dei non hominum iudicia exerceant. Legatus vel nuncius qui à rege ad alium mittitur regem, aut ad ducem regis sui vassallum & clientem, non constituitur eis ad quos mittitur maior aut æqualis. perfert ille quidem regis sui mandata, inferendi vim potestas nulla ei datur: pareant illi necne, eorum periculo sit: perfungitur suo officio, si fideliter mandata Domini sui perferat. Legato quidem debetur honor, propter Dominum à quo mittitur: sed non ut par aut superior fiat eis, ad quos fuerit missus. Sine imperio legationem esse Apostolicam, Apostolus Paulus in secunda ad Corinthi. aperte testatur. itaque (inquit) nomine Christi legatione fungimur, velut Deo precante per nos, oramus Christi nomine reconciliamini Deo. & Petrus clericis dominantium prohibet.

Dominus noster Christus Deus & homo, Rex regum, & Dominus dominantium est, arquetotius mundi rector & iudex, sicut & redemptor. gloria ipsius & maiestatis decus, in regibus non in Apostolis voluit relucere, quatenus ipse mundi dominus, rector, & iudex est: & in Apostolis, aliisque ecclesiæ pastoribus subiectionis & humilitatis, ad quam ipse ut mundum redimeret, & patri suo reconciliaret, sese demisit, inesse imaginem. Quemadmodum (inquit) me misit pater, & ego mitto vos. missus autem erat à patre ut doctor, & mediator homani generis, subiectus magistratuum civili imperio, maiores quàm ipse erat, non eos constituit: nec in regna regesue virtute legationis suæ potestatem vsurpare voluit. Legati igitur & vicarii sunt Christi, sed crucifixi, & legationem suam obeuntis sub alieno imperio.

Rex autem quāvis mandata quæ nomine Christi ad eum perferuntur recipere teneatur, & Domini sui legatos honore prosequi, non ita tamen quasi sit illis inferior, cum Dei imaginem & ipse referat excellentiorem ea quæ fuit in Apostolis. non igitur ad eorum pedes prouolui debet, tanquam ipso digniores sint. Eum honorem nec à centurione Corneio sibi exhiberi Petrus est passus, nec à Iohanne Angelus. Quāto regis officium est maioris potestatis, tanto est similiter maioris maiestatis.

Hinc in veteri lege summos sacerdotes regibus semper fuisse subiectos legimus ambo tamen gerebant imaginem Christi, sed diuersa ratione. sacerdos Christum mediatorem referebat, rex verò supremum mundi rectorem ac iudicem: & quemadmodum sacerdos sacrificiū pro salute regis offerebat, sic rex sacerdotes gubernabat. Antistes religionis tanquam dux in sacris præsit, Deumque ostendit, atque in eum, non in se inbet mentem defigere. Et quando-cunque imperij maiestas religioni cedit, Deo cedit non sacerdoti. Qui effi religione debeat esse rege sanctior, maiestate imperij rex est eo augustior. proinde ille pareat, hic imperat.

Iniqua harum dignitatum est illa comparatio, quæ reges distineri rebus terrenis,

terrenis, atque profanis iudicat, sacerdotem verò tantum in diuinis & celestibus occupari. nihil enim præstantius in regio regimine considerant, quam in arte textoria, aut fullonia: qui hoc modo rem considerant, quicunque illi sint, non possunt non contemnere maiestatem regiam, eamque ecclesiasticæ nescio cui subijcere potestati, & vilissimum quemque sacrificulum dignitate regibus anteferre.

Hinc intolerabilis ille fastus cleri papistici natus est; & imprimis illius, qui summi sacerdotij opinione tumidus, supra omnia quæ apud homines in aliqua sunt honoris admiratione, seipsum extulit. Nunquam episcopalem dignitatem tot hominibus communem, episcopus Romanus tam facile mundo persuasisset, regia maiestate esse maiorem, nisi prius vnus sibi fratrum suorum dignitatem & auctoritatem subiecisset, vt de singulari solus superbiret sacerdotio: & ea ratione solum regio imperio augustius conscenderet, non considerans sacerdotio munus præstantius reges esse locutus.

CAPVT XXXVII.

Sacerdotij præcipua pars relicta regibus.

QVod in ipso sacerdotio erat olim præcipuum, transmissum ad reges & principes fuit, respondere de iure ad sacerdotes antiquitus pertinebat, erantque iurisprudètia pars quædam diuinæ sapientiæ, longè præstantior ea, quæ ritus sacrificiorum tractabat. In populo Dei Sacerdotes & Levitæ fuere iuris consulti, & apud alias gentes idem mos diu viguit. Magi Persarum, sacerdotes Ægyptiorum, & nostri Druidæ duas has sacerdotij excoluere partes: cæremonijs & sacris præerant, & leges iuræque seruabant.

Id enim inde ortum habuit, quòd in rerum humanarum primordijs cum civili imperio sacerdotium coniunctum fuerit, ac ita per multa secula manserit. Deus in lege sua munera quidem illa duo discreuit, ita tamen, vt præcipuam partem sacerdotij iudicibus regibusque reliquerit, quæ sita est in iustitiæ administratione: tanto est excelsior cæremonijs & externo Dei cultu, quanto Deus magis iustitia & æquitate delectatur, quam victimis.

Hanc sacerdotij partem, tanto magis reges & principes præ sacerdotibus excollandam suscipiunt, quòd in hunc maximè finem à Deo ordinantur: & potentia maiore ad eam tuendam muniuntur. Hinc sacerdotis vocabulum apud Hebræos *קֹהֵן* *cohen* principibus tributum legimus: & profectò digna est Celsi definitio iuris quæ celebretur, eleganter enim illud his verbis definit, ius est ars boni & æqui, cuius merito quis nos sacerdotes appellet. iustitiam namque colimus, & boni & æqui notitiã profitemur, æquum ab iniquo separantes, licitum ab illicito discernentes, bonos non solum metu poenarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes, veram nisi fallor philosophiam non simulatam affectantes.

Responsa dare de lege in rebus controuersis, ac dubijs populo, Deumque consulere de republica, ad sacerdotis functionem pertinebat. Sed quanto præstantius est, quod bonum & iustum est perficere, quam consilium dare, tanto præstabat rex sacerdote. Quid vellet Deus fieri per sacerdotem & prophetas regibus & principibus indicabat, sed ea res prophetam supra regem non

magis extollebat, quàm bona consilia sapientum & consiliatorum sapientes & consiliarios. responsis sacerdotum & prophetarum parere, est Deo non homini parere, cuius tantum partes sunt quæ consiliatorum.

As Euangelij predicatio (inquit) potentia Dei est ad salutem omnium credentium per eam enim ingeneratur fides quæ iustificatur, & qua ex spiritu sancto regeneramur, & novam induimus hominem, & divina efficiamur consortes natura, & filij Dei vocamur, & sumus. Ministerium Euangelij est dispensatio mysteriorum Dei, qua & ministerium spiritus vocatur, non literæ; vita non mortu, & M est ministerio excellens est, ac cum maiore communitum gloria. Maior potestas in terris dari hominibus non potest, ea quæ peccata remittuntur aut resistentur in terris, solvantur & ligantur in terris, solvenda & liganda in caelis.

Respondet, excellentiæ ministerij euangelici me nihil velle detractum: sed duo quædam (vt modò dixi) in ministerio ecclesiastico considerari, primum sunt diuinæ spiritus sancti actiones, quæ externum hominis ministerium consequuntur, quarum minister efficientiam non attingit tamen quia cooperatur est Deo, non ei negantur sublimia nomina & effecta quæ propria tantum Christi sunt: quæ quum sub sensum non cadant, homines de eis iudicare nequeunt. Alterum est externum ministerium, vt est prædicare Euangelium, baptizare, & ecclesiam regere, & hæc nos externam potestatem, cum externa potestate comparamus, & internas actiones & inconspicuas Deo relinquimus: illa cum externis æquari non possunt.

Nemo mihi theologus negaturus est, fidem, peccatorum remissionem, iustitiam Dei, qua iustificamur, regenerationem, novam creaturam, Dei esse actiones, non hominis, quod ministerio externo euangelij, aut si quis mauult ecclesiasticæ potestati hæc tribuuntur, tropus est. Nam & sine hominum ministerio illa fieri possunt; & non raro ministerium non consequuntur. Neq; hodie alio modo peccatum remittit Euangelij minister, quàm sacerdotes à lepra mundabat, multis Euangelium prædicatur qui non credunt, & quibus mysteria communicantur, omnes eorum non percipiunt gratiam; quæ tamen credentes non adhibitis sacramentis fide consequuntur, vt non sine causa Paulus dixerit: *Neq; qui plantas est aliquid, neq; qui rigat, sed Deus est qui dat incrementum.*

Paulus gaudebat se paucos Corinthiorum baptizasse, ne quis inde causam gloriandi haberet, ac illi ministerio plus tribueret, quàm par erat, abutereturq; eo ad schisma. Efficacitas potestatis ecclesiasticæ propria est gratiæ Dei, nec eam attingit externus hominis labor, cooperatur quidem Deo, sed Deus non semper cooperatur homini, sed vbi maximè cooperatur, ne tunc quidem efficientiam gratiæ attingit minister, eo modo quo ciuilis potestas ea quæ Deus per illam exequitur, quando aut noxios punit, aut oppressos releuat.

C A P V T XXXVIII.

Iudicium quidem de moribus ecclesiastica potestatis est, in quo tamen si quis sit laicus, ad regem ipsiusq; delegatos recurrere poterit, & ab eo restitui.

Iudicium de moribus non adimo ecclesiæ, sed vt liget aut soluat, vt retineat peccata, aut vt remittat, quatenus in caelis apud Deum poenitentia & fide peccator liber, & solutus est propter Christum, aut in poenitentia, peccatis suis, ad poenam eternam obligatus manet. Hæc res magna quidè est, sed effectus sunt inconspicui, & externo ministerio, quo perficiuntur, ciuilibus magistratus potestatis

fastus est inferior, quâ malis hominibus repurgat ecclesiam, & defecit bonos.

Dispensatione gratiæ Dei in ecclesiastico ministerio, vel potestate ecclesiastica maiorè, quàm in civili nô negamus, sed eam non sic admiramur, vt minoris æstimatione iudiciorum Dei dispensationem creditam regibus cæterisque summis magistratibus. Potest Episcopus exterius per errorem aut malitiam soluendos ligare, & ligandos soluere: de qua re, iusta deferri ad summi imperij moderatorem potest à subditis querela.

Hanc sententiã multis non probatũ iri scio, eritque in posterioribus libris pluribus disputanda, num ad synodos & consilia generalia semper deferenda sint omnia huiusmodi iudicia, tantum hoc aio, qui civiles pœnas à magistratu civili excommunicatis atque alijs præfractis Christianis qui ecclesiæ præceptis parere detrectant irrogari æquum censent, & illud quoque, æquum esse iudicent, vt ab eo, aut eius nomine, qui legis & iudicij primus, & præcipuus in rep. est author, de tota re cognoscatur.

Quid? (inquier) vis ecclesiastica iudicia à rege, aut alio civili supremo iudice retractari? Quid ni in rebus huius generis, quæ admodũ iuriconsultorum, medicorum, & textorum, & fabrorum controuersis, si inter eos tanti momenti suboriantur lites, vt interponi supremi imperij authoritatè necesse sit, deferuntur ad regis tribunal; episcoporum & theologorum etiam tandè deferantur? non cum minus principi deserunt episcopi & theologi, qui cognoscant citra personarum delectũ, de hæresi aut de iniusta excommunicatione, quàm iuriconsulti qui de iure, aut medici de medicina, textores de lanificio, & fabri de rebus fabrilibus iudicent.

Mirum certè mũdo persuaderi posse perplexas controuersias melius Romæ posse ab auditoribus rotæ, aut alijs papæ iudicibus decidi, quàm vbi nata fuerunt, quæ in Gallia, Lutetiæ Parisiorum, quæ in Anglia Londini, & quæ in Germania Spira. Iniquum est iudici qui de alicuius criminis pœna pronunciaturus est, illius ipsi cognitionè negari, aliter enim quomodo iustus esse iudex potest?

Hæc tamen à me non ita intelligi velim, quasi tribunalia forasque confundi, atque misceri velim, & civiles iudices de causis ecclesiasticis iudicare, sed de postrema appellatione loquor, cuius auxilium afflictis, & iudicio, siue per errorem, siue per calumniam, siue per vim oppressis negandum non est.

Accedit ad hæc, quod nec in sacris historijs, nec in scriptis Prophetis aut Apostolicis inuenitur ecclesiasticæ potestati, regis fuisse superiorè & directricè, nisi illa eadè ratione modòque, qua ipsa sui ipsius est directrix, nepe verbo Dei, cõsulebant quidè sacerdotes Deũ, & responsa dabãt regibus: sed hoc non fuit peculiare tantum sacerdotibus, nam Deus etiã prophetis, qui non erant generis Leuitici vltus est; vt tam sacerdotes ipsos, quàm reges in viam reuocaret.

Mos idè fuit omnium gentium, vt sua numina cõsulerent per suos sacerdotes, & augures, non tamen sacerdotum crediderunt potestatem esse eminentiorem potestate regia, aut imperatoria, totiusque reip. vnde quæso nunc ea persuasio?

Postremo eadem ratio fuit Apostolorum & episcoporum sub imperio infidelium principum, quando priuati priuatis præerant, quæ nunc est sub Christianis principibus, vbi publica authoritate præsent sacris, sicut publico magistratu illi funguntur. quod si ea quæ hodiè præteritur potestas ecclesiastica in summos magistratus à Deo est, multo magis tunc esse debuit in priuatis, vt quæ admodum regna transferre, & reges suis regnis & dominijs eijcere, disputatur posse ecclesiastica potestas, multo magis tunc priuatas possessiones fidelium auferre,

& à veris possessoribus ad alios transferre Apostolos potuisse oportet: sed hoc est falsum & antehac inauditum. ergo & illud necessarîo huic connectum, reges ab episcopis regnis posse spoliari. par enim utrobique est ratio, imò maior hîc, quàm illîc. Nam si in reges potestas ecclesiastica eò se porrigit, vt de eorum regnis, si ita salus ecclesiæ, aut ipsius regis postulet, disponere possit, & constituere quod magis ad Dei gloriam pertinere videbitur, multo magis hæc eadem locum habere debent in rebus priuatis hominû priuatorum, qui non minùs se, & sua omnia consecrauerunt Christo, quàm reges, & summi orbis monarchæ. & hæc hoc in loco pro eminentia ciuilibus imperij in viros ecclesiasticos, & eorum ministerium, contra Bellarminum, & alios qui idem sentiunt, dicta sufficiat.

CAPVT XXXIX.

Consuetudo capituli. Vnam sanctam ecclesiam. Extra. de maioritate, & obedientia. vbi Bonifacius octauus seipsum suamq; pontificiam dignitatem effert supra omnem aliam, quæ in terris in aliquo habetur precio.

HAud mihi hoc loco negligenda sunt argumenta Bonifacij octauus in Extrauagante de maioritate, & obedientia c. vnam sanctam ecclesiam, quibus ecclesiasticam suam potestatem supra omnem ciuilem & imperatoriam dignitate, nobilitate, & authoritate excellere contendit: nimirum quòd suam ecclesiasticam potestatem arbitretur spirituale esse, regum verò & imperatorum terrenam. Inter cætera quibus id persuasum vniuerso orbi esse vult, duo adfert. primum est decimarû solutio, alterum episcopalis benedictio. vnde argumentatur summa imperia ciuilia quæcunq; illa sunt, ipsius subesse potestati. verba Bonifacij prætereo, ipsius ratiocinatio hoc modo potest resolui. qui offert decimas minor est eo cui offeruntur, reges, & imperatores, aliique summi magistratus soluum decimas sacerdoti: ergo ipsi sunt sacerdote inferiores. Alterius resolutio est huiusmodi, qui benedicit maior est eo cui benedicitur, pontifices benediciunt imperatoribus & regibus: sunt ergo eis præstantiores.

Argumenta hæc videntur habere veri speciem, propter similitudinem quam habent cum argumento Apostoli in epistol. ad Hebræos cap. 7. vbi à solutione decimarum facta Melchisedecho, & benedictione qua Abrahamo benedixit, ostenditur Abraham & Leui, qui in suo patre erat, inferiores fuisse Melchisedecho: quoniam maioris fuerit benedicere minori, & oblatio decimarum, testimonium fuerit agnitæ excellentiæ sacerdotalis & maiestatis regis, cum professione quadam subiectionis.

Respondeo paralogismum cõmitti à glorioso Bonifacio, qui factu superbiæ cæcus videre non potuit, alia ratione olim decimas à presbiteris illis patribus fuisse solutas, alia ratione hodiè solui. Nam si hoc valere debeat argumentum, multo magis ante Christi aduentum reges subiectos reddidisset sacerdotibus. etenim strictiori iure oblationi decimarum astringebantur Christianis principibus, qui & à summo sacerdote benedicebantur, sicut & nostri reges benedicuntur ab episcopis: nec tamen ideo ullus summus sacerdos potestatem suam dignitatè inque superiorem esse iactauit, ea quæ regum erat.

Sub

Sub lege alia fuit causa offerendi decimas, quam Abrahami temporibus fuerunt enim ante datam legem, & postea passim apud ceteras omnes gentes vestigial & tributum debitum summo imperio. quod cum Deus in Israelitico populo sibi seruaret, summi imperij iura sibi persolui voluit. Itaque in illo populo decimæ non tam sacerdoti, quam Deo debite soluebantur: in quas nulum sacerdos sibi potuisset vendicare ius, nisi Deus illud ipsis expressa lege dedisset, sicut apparet ex ultimo capite Levitici, & 18. Deuteronomij: locos lege. hinc apparet reges offerendis decimis, non supremi alicuius imperium in sacerdote se agnosceret, sed in Deo significasset, & in re non sacerdoti, sed Deo tanquam summo rerum omnium principi honorem exhibuisse.

Abraham vero qui Melchisedechum decimis honoravit, rationem regie maiestatis habuit, potius quam sacerdotij. nondum enim vlla lege Deo sibi debitas decimas dederat sacerdoti, cum summo imperio apud priscos patres sacerdotium coniunctum erat. proinde dominum & regem suum Abraham sacerdotem Melchisedechum agnovit.

Si quæ Deo ante legem offerebantur ex voto decimæ, sicut apparet Iacobum fecisse, totæ exurebantur, sacræ enim erant, & numerandæ inter anathemata. Quod autem Deo sacrum erat, in humanos usus convertere non licebat, nisi Deus ipse concessisset. decimas autem tunc fuisse destinatas sacerdotum usus, cum nusquam sacræ testentur literæ, pro certo adserere aut obstinacius negari temerarium existimo.

Multa quidem in lege Mosaica, apud priscos patres vni recepta, Israeli servanda Deus præcepit. inde tamen verisimile non ducitur argumentum, omnem veterem patrum morem, à lege naturæ habuisse ortum. pleraque enim ad cæremonias pertinent, quæ leguntur ante Moysen observata patribus: ut est discrimen mundorum & immundorum animalium, & esus sanguinis prohibitus, quando esum carniû Deus indulsit & circelsis non à Mose, sed ab Abrahamo fluxit: quæ omnia non ad naturæ legem, sed ad cæremonias referuntur à postoli.

Quod decimæ solutæ leguntur Magis apud Medos, & Persas, atque etiam sacerdotibus apud alias gentes in eorû usum, imitatione quadam factum est prisca patrum religionis, sed nemo inde iudicavit sacerdotes esse suis regibus digniores. Decimarum autem exactionem ad Æs regium pertinere, ex lib. 1. Samuelis cap. 8. apparet, & historiæ idem passim testantur.

Quod hodie solvuntur decimæ, ex libertate populi christiani & piorum principum accidit, sicut stipendia ministerij ecclesiasticis, quo honorantur ecclesiarum episcopi & pastores. quemadmodum igitur ex honorario quod medico aut iuris consulto datur, non committitur medicum aut iuriscōsultum esse potestate & honore superiorem, eo qui honorarium exhibuit: ita ineptè ratiocinatur Bonifacius à decimarû solutione, potestatem suam ecclesiasticam esse maiorem regia, ac proinde pontifices superiores esse dignitate & auctoritate regibus: quod si consequi necesse est, oportebit omnes quorum iure decimæ recipiunt, esse dignitate & auctoritate superiores illis qui solvunt decimas. Causa solvendi decimas, iusque inspicendum est, antequam certi quidquam inde colligatur. si solvuntur tanquam Deo debite, illis Deus non honor colitur. si vero regi, habentur instar tributû, & agnoscat qui eas solvit, cum superiorem Dominum, quæ si datur stipendij nomine, sunt liberis merces,

si subleuandæ neceſſitatis gratiâ, ſunt eleemoſynæ. Non igitur Bonifacius conuincit ex decimarum acceptione, ſe regibus eſſe ſuperiorem, niſi prius doceat quo nomine ab ipſo & ab alijs eccleſiarum epiſcopis accipiantur. Vice-rit autem ſi docuerit iure dominij deberi.

CAPVT XL.

Benedictio epiſcopalis non arguit Regem epiſcopum eſſe maiorem.

NEC validius alterum argumentum eſt, à benedictione pontificia datum; valèſque tantum in re ſimili, ratione ſubiecti, non ipſos argu-mentandi formulæ, quia ſæpe accidit maiores à minoribus benedici. In rege & ſacerdote & patre, ſuperioritatis eſt argumentum ſolemnis precatio. indicat enim præcipuo quodam honore ſupra eos quos Deo commen-dat, eum eſſe præditum, qui bene precatur.

Quando in populo Dei ſacerdos benedicebat populo, regibus, & principi-bus, argumentum quidem fuit eatenus in illo ſuo munere ipſum excellere ſu-pra eos quibus benedicebat: ſed cum excellètia illa ſit vt Græci aiunt *κατὰ τὴν*, niſi conſtituatur idem ſacerdos ſimiliter & rex, non conſequetur ex benedi-cendi actione, eum eſſe ſuperiorem rege: nec ſummi ſacerdotes populi Dei id vnaquam inde deduxerunt. poteſt enim fieri vt pater priuatus benedicas filio ſuo in magiſtrato conſtituto, ſicut Iacob Iosepho benedixit: vnde nihil aliud poteſt doceri, quàm quatenus Iacob pater erat, qui vt pater benedice-bat, fuiſſe Iosepho filio ſuo maiorem. ſimiliter dico quatenus ſacerdos Chri-ſtum mediatorum inter Deum & homines referebat, benedicebat, & pro ſa-lute regis hoſtias immolabat, fuiſſe rege maiorem.

Sed eo excellentiæ genere ſuperari quibus monarcha multis modis poteſt à ſibi ſubiectis, vt in cognitione variarum artium, & ſcientiarum: quæ excel-lendi ratio ad regiæ maiestatis excellentiam collata, nihil eſt. In hoc noſtro noui Teſtamenti tempore epiſcopus & presbyter, qui aut ſacramenta cele-brat, aut preces publicas concipit, ligat & ſoluit, & verbum Dei docet tan-quam miniſter Chriſti, & oeconomicus gratiæ Dei, eatenus eſt maior eis, quibus illa miniſtrat: vnde tamen nemo rectè inferet, eu angelij miniſtrum eſſe digni-tate aut poteſtate abſolute maiorem. Prætereo ineptam, ſtultam, & vanam allegoriam duorum luminarium, in qua Papa ſeipſum, ſua mōq; papatum ſoli & diei comparat, Imperatorem vero & imperium lunæ noctij; vt quæ rī-deri magis ſit digna, quàm refelli. tranſeundum nobis eſt ad reges & Impe-ratores excommunicatos, & videndum, an ex facto Romani epiſcopi ius naſci potuerit.

CAPVT XLI.

Quæ facta ſcriptaq; ſunt à Romanis pontificibus, reſtimonia non ſunt idonea pro-bando iurè de quo controvertitur. Henricus quartus primus fuit Imperator quem Papa auſi ſunt excommunicare, & Imperio ſpoliare.

Germani (inquiunt) Imperatores ob ſchiſmata, hæreſes, & ſacrilegia à pontificibus deiecti multi narrantur: huiusmodi ſunt Fridericus primus, Fridericus ſecundus, Otho 1. Ludouicus 4. & famoſus ille Henricus

Henricus 4, quem Gregorius 7. ob simoniam, homicidia, adukeria, & Sodomiticam turpitudinem excommunicauit, & imperio priuauit. Singulas horum Imperatorum recensere historias, & iniquitatem Romanorum pontificum, ac perfidam tyrannidem, nimis longum esset. quæ designata sunt ab Hildebrando in Henricum, quem præter cæteros famosum dicit, & criminibus grauat, quæ Romano pontifici magis sunt peculiaria, sufficiens, ex eis de cæteris fieri poterit iudicium.

Otho Frisingensis historicus clarissimus, in historia sua sic habet, *Anno Domini 1057. Henricus 4. ponnè puer patri in regno successit, hic excommunicatus fuit per Papam Gregorium 7. si res se, videat ipse. Et subiungit, lego & relego Romanorum regum, & Imperatorum gesta, & nusquam inuenio quemquam eorum, ante hunc à Romano pontifice excommunicatum, vel regno primatum, nisi qui pro anathemate accipiat, quòd Philippus ad breuis tempus à Romano episcopo inter penitentes collocatus, & Theodosius à beato Ambrosio, propter cruentam caudem à liminibus ecclesie sequestratus est. hæc ille.*

Sed Henrici 4. historiam paucis complectar, vt iniquitas Romanorum episcoporum magis appareat. fuit enim puer septennis à patre relictus, & sub tutela matris, & principum aliquandiu vixit. Sunt qui educationem culpant, & fieri potest vt fuerit mollior, quàm conueniebat, & vbi ad pubertatis peruenisset annos, vt licentiùs vixerit. quæ res, non tam ei vitio verti debet, quàm infuitoribus, & militiae & bellis, ad quæ puer coactus est descendere. Et id quoque fortè accidit, vt antequam ad maturam perueniret ætatem, aulici eo fuerint abusi. sed cum vir factus esset, de imperij iure ei cum pontificibus Romanis nata est controuersia. Lasciuæ iuuentutis peccatorum facilis fuisset veniæ impetratio, si parere pontificum tyrannidi voluisset. Verùm inueffitura episcopatum & Abatiarum, & fidelitatis sacramenta propter imperij feuda possessa ab episcopis postulare, inexpiabile crimen fuit.

Ediderat Gregorius 7. decretum quod extat 16. q. 7. cuius occasione non tantum Germania, sed totus Christianus orbis sæpe in partes decessit: & qui suos Imperatores & Reges oderant, pontificum factiones secuti sunt. vnde funesta cum omnibus christianis, tum inprimis imperio bella ciuilia exarserunt. Hinc crebræ rebelliones aduersus Henricum. sed cum victor exaceret, varijs calumnijs est appetitus. Aduersarij diffisi armis Henricum posse vinci, ad saltem pontificium confugerunt. eo namè episcoporum potentia creuerat, vt Regibus esset metuenda.

Primus hic Imperator fuit, in quem sui fulminis vires quantum possent, Papæ experti sunt. Itaque Romam euocatus est, vt sese Papæ consistorio listeret, factorum suorum ibidem redditurus rationem. Semel igitur, & postea iterum, atque iterum, citatus Henricus, quamuis initio contempsisset Papæ audaciam, tandem amicum suam Romam iuit, ac sese totum Papæ permisit arbitrio, à quo iussus est non discedere Roma: sed ibi totum annum pœnitentiam agere, ieiunijs & orationibus vacare, memorias martyrum visitare, ecclesiarum limina terere. huic sententiæ dum parer, Papa imperium ad alium transfert: de qua perfidia Helmoldus presbyter, in Slaouum chronicis quæ sequuntur narrat.

Compendium Historie Henrici quarti, qui primus fuit quem episcopi Romani regno deiecerunt nisi sunt.

Cardinales (inquit) videntes quia pro timore sedis Apostolicae conseruiscane potestates, cuius caput est, qui orant orbem, suggerunt Apostolice vestrarum foras regnum ad alium virum, dicentes indignum esse ut talis regnet, qui de publicis commictus est sceleribus, inique constituitur Rodolphus Dux Suenia, cui Papa coronam misit hoc versus insinulationem, Petra dedit Romam Petro, tibi Papa coronam. Alij hoc insigne elogium sic referunt, Petra dedit Petro, Petrus diadema Rodolpho. Et hæc omnia clam Henrico fiebant, quem tamen interdum ad prandium Papa admittebat.

Episcopus vero Stratsburgensis fidus Henrico amicus. quam potuit celeritate Romam æcurrit, Regi, qui nihil minus suspicabatur, prodicionem indicauit, suauitq; vt clam Roma se subduceret, & vitæ suæ, atque imperij rebus, consulere.

Vincitur prælio Rodolphus, & dexteram manum amittit, ex lethali vulnere decumbens familiares qui astabant his verbis est alloquutus: *Videte manum meam de vulnere sanctam, hac ego iuravi domino Henrico, ut non uocarem ei, nec insidietis gloria eius: sed inisso Apostolica pontificis quoque petio me ad id deducti, ut iuramenti transgressor honorem mihi indebitum reserparem, quis igitur finis nos excepit videtis: quia in manu unde iuramenta violauit, mortale hoc vulnus accepi. Viderint ergo qui nos ad hoc instigauerunt, qualiter nos duxerint: ne forte deducti simus in precipitium æternæ damnationis: et hoc dicens, cum graui molestia diem clausis extremum.*

Henricus Imperator prospero successu elatus, Romam exercitum ducit, & ibi conuocato episcoporum concilio, Gregorium 7. tanquam præditorem Papam abdicat, Rauennate episcopo in eius locum surrogat, qui Clemens dictus est, à quo accepta benedictione populus Romanus cum imperatorem & Augustum salutauit. *Factumq; est verbum hoc in laqueum magnum in Israël; siquidem ex illa die orta schismata in ecclesia Dei, qualia non fuerunt à diebus antiquis.*

Nam neq; sic fractus est Hildebrandi animus. Imperatorem enim alia aggressus est via. Saxones & alios Imperatoris inimicos iussit alium creare Imperatorem, nempe Lothariogiz & Lucemburgiæ principem, qui etiam victus malè perijt. Ecbertus tamen Saxo nihil territus his exproplis, imperium inuasit: sed neque hic contra Imperatorem substitit, prope Brunsvigam à militibus obruncatur.

Mortuo Hildebrando successit Urbanus 6, qui Conradum maiorem natu filium Imperatoris, Italiam præfectum, aduersus patrem concitauit: quem vt uiceretur pater, minorem natu Henricum successorem imperij designauit. Perempto Conrado, Paschalis, qui in Urbani defuncti locum Papa assumptus erat, & hunc Henricum contra patrem armauit: qui tandem episcoporum Saxonum auxilijs patri imperium ademit.

Clemente mortuo, vniuersa ecclesia ad Paschalem redijt. Is imperatorem ab vniuersis episcopis excommunicari fecit, & eò usque sententia inualuit, vt princeps Henrico diadema tollendum, & ad filium eius transferendum decernerent.

décernerent. Rex in choste regia Hilgelsheim tunc erat; Moguntinensis, Colonienfis, & Wormaciensis ad eum mandatum principum perulerunt. Ille percunctante deiectionis culpam; quid inquirunt quæris ea quæ optime nobis? obijciuntq; ei, quod causa fuisset le hismatis in ecclesia, quod episcopatus, & Abasias vanales habuisset, in creandis episcopis non electionis, sed solius pecunie habitam fuisse rationem. proinde auctoritate Apostolica, & consensu principum, regno & ecclesiastica communione dicunt priuandum.

Quos contra Rex interrogat; quid vnquam ab vilo eorum accepisset pretij, ob collationem episcopatuum, quibus ipsos præfecerat? qui ingenuè confessi sunt, nihil eo nomine fuisse datum aut acceptum. Gloria Deo, ait Rex, quia vel in hac parte fideles inuenti sumus. certè istæ duæ dignitates præstantissimæ sunt, & magnum questum cameræ nostræ adferre potuissent. condignam ergo beneficij nostris rependitis gratiam. nolite quæso effici participes eorum, qui leuauerunt manus aduersus Dominum & Regem suum, & temerauerunt fidem & iuramentorum sacramenta: ecce nun deficiunt. parumq; nobis vitæ restat, curis semper & labore confectis.

Secedens Rex paululum amicos sui participes fecit consilij: restiti legatis non poterat, qui stipati magnis militum copijs venerant, vt inopinantem opprimerent Regem. qui cum in tanto se discrimine videret, assumptis imperij ornamentis solius regium conscendit, & legatos alloquitur dicens, Hæc quidem imperialis honoris insignia mihi præstitit æterni Regis pietas, & principum regni electio concurs: potens autem est Deus qui me ad hoc culmen sua dignatione prouexit, mihi conseruare quod concessit, mansuèq; vestras à cæpto opere cohibere. diuino enim præsidio nos innoxios nul oportet, omni scilicet militia & armis destitutos. Hactenus quidem externis bellis impliciti semper custodiæ nostræ diligentia constitimus, omnes impugnationum iacturas, propitia diuinitate, virtute præhij euincentes. hoc autem in testinum malum, sicut nec suspectum habuimus; ita nec præcauimus. Quis enim in orbe Christiano tantum nefas conturpere crederet, vt iurata principi sacramenta fidelitatis irritentur, suscitetur filius aduersus patrem, postremo nulla beneficij gratia, nulla honesti reuerentia exhibeatur? Certe manifestas imperasoria eam etiam erga hostes honestatis disciplinam seruare consuevit, vt proseribendis sine damnandis uocationum siue induciarum remedia non negauerit: atq; præueniens quàm feriens, prius iniucans per gratiam, quàm damnans per sententiam. At nobis contra fas uocationes & audientia negantur, ideo que præfocamur ne audiamus: qui tantam alienationem à fidei firmis amicit, maxime verò à pontificibus crederet? Dominus ergo factor orbis vos coercet, quos pietas non retrocitat, quod est nec Deum, nec honestatem vestram reueremini, ecce presentes sumus, vbi uentitate excludere nos possumus. necessarium est vim sustinere, cui refragari locus non est.

Carperunt ergo pontifices hasitare quid agerent. magnarum enim rerum ingressus semper sunt difficiles. Tandem Moguntinus alloquitur se factos dicens, Quosque trepidabimus socij? Nomen officij nostri est Regem consecrare, consecratum inuestire: Quod ergo principum decreto impendere licet, eorumdem auctoritate tollere non licet? quem meritum inuestimus, inmeritis quare non diuertimus? Qui vnque accepto conamine Regem aggressi sunt, eoque coronam de capite abruerunt: deinde

Sublatum de sede, purpura, et vestibus, quæ ad sacram inuestituram pertinent funditus amictus.

Tunc Rex confusum circumdatus aie ad eos, Videat Dominus & iudicet, quæ iniquè agitis contra me. Ego quidem luo peccata adolescentiæ meæ, recipiens à Domino statueram æquè ponderis ignominiam, & confusionem, quantam nemo Regum qui ante me fuerunt sustinuisse dinascitur. Non vos tamen ideo immune à peccato, qui lenassiu manus adversus Dominum vestram, & prævaricati estis iniuriandum quod iurassiu, videat Dominus & vlciscatur in vos, Deus, inquam, vltionem Dominus. Non consurgatis, neque crescat, neque prosperetur honor vester, sed; portio vestra cum eo qui tradidit Christum Dominum.

At illi obturantes aures suas perreuerunt ad filium, defendentes ei imperialia, firmantesque eum in regnum.

CAPVT XLIII.

Filium Henrici quarti Henricum quintum patri surrogarunt episcopi, & contra patrem excitarunt.

ITaque exauthoratus Henricus fugere filium cogitur, & collecta parua manu milicum Coloniam venit, vbi à filio cum longè maiori exercitu fuit obsessus, & ciuitati cum metueret, clam noctu inde se subduxit, petens Leodium, quò ad eum conuenere quotquot fidi permanferant, & casus sui Imperatoris commiserati tangebant. Nactus iustum exercitum, Martii aleam experiri voluit, obsecrans principes & reliquos milites, si Deus ipsis victoriam largiri dignaretur, vt filium seruarent incolumem; benignior parens filio, quam is erat parenti, sed miser victus in filij potestatem venit.

Quantas autem captus contumelias pertulerit, & hic Helmoldum audite, eius verba hæc sunt: *Quanta opprobria vir iste magnificus in illis diebus pertulerit, scire velas difficile, ita auditu lamentabi' e est. insultabant ei amici, illudubens ei nihilominus inimici. Denique, vt aiunt, pauperculus quidam, sed literatus coram omnibus adoratus est eum dicens, Inuesterate dierum malorum, nunc reuertens peccata tua quæ pridè operabaris, iudicans iudicia iniusta, opprimens iustum, & dimittens noxium, cui cum astantes irascerentur viri scilicet sensasi, Cesar compescuit eos dicens, Nolite quæso irasci in eum: ecce filius meus qui egressus est de vtero meo, quæris animam meam, quæris moxus alienus? finite eum vt malè dicas, quia voluntas Dei est.*

Erat autem illic episcopus Spirensis Cesari quondam dilectissimus, nam & templum ingens Dei genetricis apud Spiram construxerat; præterea ciuitatem & episcopatum diligeret promouerat. dixit ergo Cesar ad amicum suum episcopum de Spira, ecce desiniturus regno, decidis à spe, vobisq; mihi vtilius est, quam renunciare militiæ, da ergo mihi præbandam apud Spiram, vt sim famulus Domine meæ Dei genetricis, cui deuotus semper existi, noui enim literas, & possum adhuc subservire choro. ad quem ille, Per matrem (inquit) Domini non faciam tibi quod petis. tunc Cesar suspirans & illacrimans ad circumstantes aie, miseremini mei, miseremini mei vos saltem amici mei, quia uox Domini set egit me,

Bonus

Bonus hic Imperator non diu supervixit. Leodij mortuus est, mansitq; corpus eius inhumatum in capella quadam deserta quinque annis. Tanta enim senescere Dominus Papa & caeteri adversarij ejus in ipsum rsi sunt, ut mortuum vel humari non sinerent. &c.

Præterea ut idem author ait, fuit ille ecclesijs admodum bonus, his videlicet quos sibi fideles persensit. Porro Romanam antipapam Gregorium & caeteros insidiatores honoris sui, sic infestus habuit, ita etiam infestare studuit &c. Idem author: certe David peccans & pœnitens Rex & Propheta permansit. Rex autem Henricus ad vestigia Apostolorum jacens orans ac pœnitens, gratia perfundatus est: nec invenit tempore gratiæ, quod ille obtinuit duro legu tempore. Sed disputaverint de his qui scierint vel ausi fuerint: unum hoc scire licet, quia Romana sedes adhuc hodie hinc factum illud. Hæc Helmoldus. De famoso illo Henrico historiae nihil addo; sit candidi lectoris judicium liberum, num Reges hoc modo tractare sit Apostolicum. inquiratque quo iure, quo exemplo, hæc ab episcopis facta sint: & num hic spiritus præfuerit carni, eamque in ordinem coegerit. Quisquis ille spiritus fuit, qui hos pontifices rexit, Christi certè non fuit, nec quicquam Christi habuit.

C A P V T X E I I I I :

Historia Friderici primi, & quæ fuerint ipsius hæreses.

Cæteri Germaniæ Imperatores qui ob schismata, hæreses, & sacrilegia, à pontificibus deiectioni numerantur, fuere fortissimi heroes, qui rem Christianam contra Mahumeticam & Turcicam vim, facile defendissent, ac propagassent, nisi domi à pontificibus varijs technis, bello civili fuissent impliciti. schismatis non fuere authores, sed episcoporum avaritia & ambitio.

Quod hæreses attinet, nulla causa fuit, cur à pontificibus aliejus insimularetur, quidquid superstitionis & erroris in eis fuit, à Romana ecclesia hauserant. ipsi nullius novi dogmatis fuere authores. Tamen Friderici primi hæreses audiamus. prima hæresis fuit, quòd descendenti de equo Papæ cui pedes obuiam proccleserat, cum dexteram deberet tenere strepam, tenuit sinistra imprudens, utpote qui tenendis strepis operam nunquam dederat. Altera fuit, quòd Apuliam à Guilielmo Siculorum Rege, bello recuperare pontifici noluit. Tertia quòd inuestituras feudorum ecclesiasticorum imperio asserbat, & eo nomine ab episcopis, & alijs Germaniæ prælatis, hominum & fidelitatis sacramenta exigebat. Quarta, quòd legatos pontificis non vocatos Germaniæ ingressu prohibuit. Postrema quòd nomen suum in literis, pontificis nomini præponebat. Nihil horum tamen iure & exemplo majorum non debitum imperatori doceri potest: sed vtriusq; epistolas hic subnectam.

Hadrianus episcopus servus servorum Dei, Friderico Imperatori salutem, & Apostolicam benedictionem, Lex divina sicut parentes honorantibus longevitatem promittit, ita maledicentibus patri & matri sententiam moris intendit. Veritatis voce docemur, quia omnis qui se exaltat, humiliabitur.

humiliabitur. Quapropter dilecte in Domino fili, super prudenciam tuam non modesto creditur admirari, quod beato Petro & sanctæ Romanæ ecclesiæ, non quantum de beatorum reuerenciam exhibere videris. In literis enim ad nos missis, nomen tuum nostro præponis, in quo insolentia, ne dicam arrogantia, notam incurris. Quid dicam de fidelitate beato Petro & nobis à te promissa & iurata, quo modo eam obseruasti? Eam ab his qui Dñj sunt, & filij ecclesiæ omnes (episcopi videlicet) homagium requiris, fidelitatem exigis, & manus eorum sacras in manibus tuis inuectis, manifestè nobis factus contrarius? Cardinalibus à latere nostro directis, non solum ecclesiæ, sed & civitates regni tuæ claudis. Quid dicam? Respice, ergo, respice tibi consulis. Quia dum à nobis consecrationem & coronam merueris dum inconcessa captas, ne concessa perdas, nobilitati tue timeamus, vale.

Ad has pontificis literas imperator ita respondit: Fridericus Dei gratiâ Romanorum Imperator semper Augustus Hadriano Romanæ ecclesiæ pontifici, omnibusque que adherere volentibus ijs que cepit lesus facere & docere S. D. Lex iustitiæ unicuique quod suum est restituit. Non enim parentibus nostris derogamus, quibus in hoc regno nostro debitum exhibemus honorem: à quibus (videlicet progenitoribus nostris) & regni dignitatem suscepimus, & coronam. Nunquid tempore Constantini Syluester Regalis aliquid habuisse dignoscitur? Sed eius pietatis concessione libertas data est, ecclesiæ pax restituta, & qui cepit Regalis Patris vester habere dignoscitur largitione principum donatur. Vnde cum Romano pontifici scribimus, iure ex antiquo nomen nostrum præponimus, & ad iustitiæ normam eidem nobis scribentis concedimus. Reuoluite anales: & si lectum neglexistis, quod asserimus illic inuenitur. Ab his autem qui Dñj sunt, per adoptionem & Regalia nostra tenens, cur Homagium & Regalia sacramenta non exigamus? cum ille noster & vester institutor ab homine Rege nihil accipiens, sed omnia bona omnibus conferens, tamen pro se & Petro censum Casari persoluit, & exemplum vobis dedit, ut & vos ita faciatis? Docet itaque ipse dicens. Discede à me quia mitis sum, & humilis corde. Aut igitur Regalia nobis dimittant, nisi si hæc sibi vtilia iudicauerint, tunc que Dei Deo, que Casari Casari persoluant. Cardinalibus vique vestris clausæ sunt ecclesiæ, & non patent civitates. Quia non videmus eos predicatores, non pacis corroboratores, sed pecunie raptores, non orbis reparatores, sed auri insatiabiles corrosares. Cum autem viderimus eos quales roquisit ecclesiæ, portantes acem, illuminantes patriam, assistentes curiæ humilium in aequitate, necessarijs stipendijs & commensu eos sustentare non differemus. Humilitatis autem (qua est custos virtutum) & mansuetudinis vestre, non minimam notam incurritis, cum huiusmodi questionibus religioni non multum confereutes, secularibus personis præponitis. Provideat itaque paternitas vestra, ne dum talia mouet, que indigna ducimus, offendiculum ponat illis, qui velut ad imbrem ferocissimum ori vestro aures suas arrigere festinant. Non enim non possumus respondere auditis, cum superbia desensibilem hostiam usque ad sedem Petri rapasse videremus, paci ecclesiæ semper bonè prospicientes, valete.

Hæc est summa hæresium Friderici primi, ob quas Hadrianus fulmen ipsi minabatur, sed morte præuentus, illud successori Alexandro excudendum, vibrandumque reliquit vnde tum in Germania, tum in Italia factiones, prodiciones, & cruenta bella nata sunt, quibus tamen non inferior esset Fridericus, superstitione tamen & amore redimendi filij victus, tandem cessit, & Venetias iit, atque ad pedes Alexandri se abiicit

Sed

Sed quo patrum exemplo, quo Dei verbo, summi orbis Monarchæ huius coram se prostrati, pedibus collum presserit Papa, iubens à pontificijs intelligerem.

Friderici 2. hæresis non alia fuit, nisi quòd iura imperij, & Apuliam, atque Siciliam Romani episcopi arbitrio permittere noluit. Hæc inferrem historiis, tum horum imperatorum qui hic non inantur, tum aliorum, quos Romanorum pontificum tyrannica interdita præda & cædi exposuerunt, nisi me & proluxas deterreret, & iam ante me ab alijs factum esset. Ab Henrico quarto pauci fuere imperatores, in quos Romani Veniæ suo fulmine, cum totius orbis Christiani maximis motibus & scandalis non detulerunt.

Miror Romanistarum impudentiam, qui hosti facinorum audeant resticare memoriam, quam æterna sepultam esse obliuione vtilis esset rei pontificiæ. Nihil pijs votis populo Dei magis optandum est, & assiduis precibus à Deo optimo maximo precandum, quam vt omnes Christiani & imprimis principes, episcoporum Romanorum hypocrisis, perfidiam, prodiciones, imposturas, dolos, fraudes, inexplabilem auaritiã, immanem crudelitatem, fastum, superbiam, impotentem, regnandi libidinem, & summam in Deum & Christi ecclesiam impietatem norunt, & oderint.

CAPVT XLV.

Malos reges & tyrannos excommunicatos subiectus populus non semper deseruit, nec deserendos iudicauit: multo minus bonos, qui tantum odio & impotenti tyrannide Romani episcopi fuerant excommunicati.

Verum vt generatim ad excommunicationes regum & imperatorum quotquot adferri poterunt, quacumque tandem illæ sunt aut re ipsa vere, aut falsè ereditæ: respondeam, aio nullo verbo Dei, nulli quæ veterum patrum exemplo, aut à pontificibus, aut ab episcopis reges propter flagitia aut impietatem regno fuisse deiectos, posse doceri. constat ante Henricum 4. neminem ob excommunicationem regno pulsum, aut esse pellendum à quoquam fuisse existimatum. vt à Theodosio incipiam, nec ipse, nec Arcadius cum coniuge Eudoxia, nec Zeno, nec Anastasius, nec Lotharius Francorum primus, nec Dagobertus, (qui se vt alter quidam Nero gessit, primis regni sui annis clementer & piè exactis, postea deprædari ecclesias, templa demoliri, viros ecclesiasticos in exilium pellere, & sexcenta id genus detestanda facinora exercere cepit, ob quæ grauiter reprehensus à Severino Romanæ vrbis episcopo, & tandem ab Amando Traiectensi sacris interdictus) à populo suo pulsus regno est, sed precibus ad Deum fuis à populo, tandem in viam redijt, & ad Deum conuersus, reliquum vitæ piè transegit.

Philippus Augustus à Celestino 3. excommunicatus, quod temerè vxorem Ifambergam Iohannis Danicæ regis fororem repudiasset, à suis desertus non fuit. Quum Bonifacius 8. virulentam bullam contra Philippum pulchrum edidisset, à proceribus regni & prælatis, qui Parisijs conuenerant, responsum fuit, episcopum Romanum eam non habere in regno Galliarum potestatem.

Item Iulius 2. Ludouicum 12. qui iure pater patriæ meruit dici, excommunicauit

communicavit: sed ipsi episcopi cum proceribus bruum illud fulmen regi contemnendum censuerunt.

Henricus 2. Anglorum rex ab Alexandro 3. interdicti fulmine percussus, quia Thomam Cantuariensem in exilium expulerat. regno non excidit: sed more solito, omnifide atque obseruantia, nihilo secius quam antea Angli suum regem coluerunt.

Sueuo rex Daniz apostata & paricida, qui cognatos iusserat in templo necari, ab episcopo Roscholechi communionem fidelium & ingressu templi prohibitus, non fuit regno exutus, nec subditi imperium eius detrectarunt, non tamen deerant, qui hoc pretextu regnum ipsius inter se partiri auebant.

Brigetum Sœuiz regem, flagitijs & crudelitate insignem, si quis alius, cum in ecclesias & ecclesiarum pastores, imprimis in Nicolaum episcopum Vpsalensem, quem cum alijs pluribus carceribus mancipauerat, tandem excommunicarunt, & simul cum eo Turgillum Canutum generalem ipsius capitaneum, qui regi author habebatur malorum consiliorem.

Quamuis populus suo regi grauiter succenseret, nec iugum ipsius excutiendi deesset facultas, cum se offerrent ipsius fratres belli duces, nemo eis auctare voluit, sed in fide sui regis permanserunt, vt coacti fuerint fratres regis aliunde ab amicis auxilia petere, ad perficiendum quod in regem moliabantur. quem vbi cepissent, nulla fuit vrbs, nullum præsidium, quod se vltro dederet, non vi coactum. tanta fuit fides, & obedientia erga regem improbum, & excommunicatum, atque à fratibus vinculum, vt eos tandem coegerunt regem libertati restituere, eiq; parere.

Boleslaus Poloniz rex flagitiosus, publicus adulter, inimicus ecclesiz, post crebras admonitiones episcopi Cracouiz, postremo excommunicatus fuit: iratus ob eam rem, episcopum iussit interfici. Gregorius 7. qui primus reges solijs deiecit, excommunicationem confirmauit, & regnum interdicto supposit: regnare tamen non desistit, imperauit annum vnum postea Poloniz, donec in itinere, vt ad Ladislaum Hungariz regem, amicum suum proficisceretur, iusto Dei iudicio seipsum interfecit.

Romanorum imperatorum nemo excommunicatus, idcirco vnquam ab omnibus suis fuit desertus: ij tantum quos aut cæca superstitio, aut principis sui odium occupauerat, contra reges suos rebellarunt. Et ex vicinis quos nulla aliena cupiditas abripuit, nullus propter interdictum pontificis, vicino bellum inferendum iudicauit.

Ex his quiuis iudicium facere potest, quis sit populi Christiani sensus, quod iudicium, de fide & obedientia debita regibus: & quanti æstiment papæ Romani interdicta, non semper est improbum populi iudicium: de quo vulgo dici solet, Vox populi vox Dei.

C A P V T XLVI.

Primis ecclesia temporibus imperatores nec reges quantumuis mali, & impij tyranniq; ab episcopis non leguntur societate Christianorum eiecfi.

Sed vnde factum putabimus, vt olim primis ecclesiz temporibus, episcopi, imperatores & reges quantumuis improbos & hæreticos non excommunicauerint,

nicauerint, nec subditos ab eorum obedientia absoluerint, concitauerintque contra suos principes? Constantini magni filius Constantius fuit Arianus, qui multa contra orthodoxos mala perpetravit; patruos suos occidi iussit, & Iulianum apostatam Cæsarem nominavit.

Iuliano impio apostata, & professo Christi Domini hosti nemo princeps in imperio Romano se opposuit: ab eius obedientia nemo Christianus, quem tolerare voluit, recessit: populus imperiū non detraxit. quòd quidam contra eum publicas suscipere preces, ipsorum periculo id factum esto: hoc certum est illius ætatis neminem episcopum sollicitasse plebem ad defectionem. de eo Gratianus in suis decretis 11. q. 3. imperatores, ex Augustini comentarijs in Psalmos inferuit Iulianus exitit infidelis imperator, apostata, iniquus, idololatra, milites Christiani seruerunt imperatori infideli: vbi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum qui in cælo erat, quando volebat vt idola colerent, & thurificarent, praeponabant illi Deum, quando autem dicebat, producite a ciem, ite contra illam gentem, statim obtemperabant, distinguabant Dominum æternum, à domino temporali, & tamen subditi erant, propter Dominum æternum, etiam domino temporali.

Valentinianus duas simul vxores habuit, & legem tulit, vt omnes qui vellet, impune bina matrimonia susciperent. Valens eius frater Arrianus fuit, qui multa contra orthodoxos designauit, per tyrannidem innoxios afflixit, monachos illius ætatis ad militiam vi, tormentis, & cædibus coegit: quorum superstitionem, quæ tunc incipiebat, tamen non probem; Valens in eos minus probo tyrannidem. Hunc tamen nullus papa, nec alius quispiam illius ætatis episcopus, excommunicationis fulmine perculit.

Valentinianus 2. fautor fuit Arrianorum contra Ambrosium. Valentinianus 3. moechus & magus fuit: qui duces de ipso & toto imperio bene merito necari iussit.

Siluerius iussu Theodoræ Augustæ vxoris Iustiniani, eo coniuente (si non iubente) à Bellisario de papatu deiectus est, & factus monachus, in exilium deportatus, quia Anthemium hæreticum patriarchatu Constantinopolitano priuatum, restituere nollet. Hic quàmuis dicatur excommunicasse Bellisarium & Vigilium, qui dolo in eius locum se surrogari procurauerat, Augustam tamen Iustiniani coniugem præterijt.

Vigilius autem, qui vt in locum Siluerij succedere posset, Augustæ pollicitus fuerat se restitutum Anthemium, factus episcopus, quia perficere promissa detrectabat, à Iustiniano & Theodora Constantinopolim accessit; vbi per biennium cum eo est altercatum, de reuocando Anthemio, tandem cum adduci non posset, vt Anthemium restitueret, malè multatus, & publica ignominia affectus, fure in eius collum iniecto, per totam ciuitatem, cum ludibrio tractus est; atq; ita coniectus in carcerem, tenuit & miserè pane & aqua ibi alebatur. Hanc tam insignem iniuriam, nullo Anathemate episcopi Romani vlti sunt. Hæretis Anthemij erat, quòd duas in Christo naturas negaret.

Quis commemoret imperatores Constantinopolitanos, aut tetris facinoribus insignes, aut vero nomine hæreticos, aut falsò habitos, à Romanis episcopis, in quos tamen censura suæ gladium stringere non fuisse auri?

Mauritius Imperator à Chagano Anarum rege 12. millia Romanorum obruncari maluit, siue auaricia, siue malivolentia, siue utroque, potius quam singulos singulis redimeret manibus. Ob suspicionem affectati regni innoxium interfecit Philippicum generum suum. Iohannem Ieiunatorem, & eius successorem Cyriacum, & eorum successores episcopos Constantinopolitanos, reclamantibus cæteris patriarchis, & inprimis Gregorio magno, œcumenicos decreto suo dici, & haberi voluit: tamen excommunicatus non est, quamvis ea res grauius animum Gregorij vreret.

Ei verò iuceffit Phocas parricida & proditor domini sui Mauritij: qui in seditione militum imperator ab exercitu suo saluatus, & in suburbano à patriarcha Cyriaco coronatus Chalcedone: Mauritium cum coniuge & natis cepit, quos omnes ipso spectante Mauritio iugulari iussit. tantum abest, vt hunc crudelem tyrannum excommunicarit, quod ipsius & vxoris imagines receperit cum faustis acclamationibus, ab omni clero & senatu: cui idem Gregorius congratulans, in hæc verba scripsit, Considerare cum gaudijs & magnis actionibus gratiarum libet, quantas omnipotenti Domino laudes, quod remoto iugo tristitiæ, ad libertatis tempora, sub imperiali benignitatis vestræ pietate peruenimus. &c. Et circa finem, Sed in omnipotente Domino confidamus, quia ea quæ cepit, consolationis siue nobis bona perficiet, & qui suscitauit in republica pios dominos, etiam extinguet crudeles inimicos. sancta itaque trinitas vitam vestram per tempora longa custodiat, vt de bono vestræ pietatis, quod tardè suscepimus, diutiùs gaudeamus. hæc Gregorius ille magnus, qui nihil verius est adulari tyranno, quem (si à papa excommunicandi sunt tyranni) diris omnibus deuotum oportuit.

Heraclius piùm hunc scilicet Cæsarem sustulit, & Monothelitarum sequutus est errorem. Constans similiter Heraclij nepos: ob eamque causam Maximum virum doctissimum & sanctissimum, cum duobus eius discipulis crudelissimo supplicio affectit, ac Martinum Papam in exilium egit. sed & hic censura Romana siluit.

Gregorius secundus vt quidam volunt Leonem Isaurum excommunicauit, & primus subditos ab imperatore suo alienauit, & tributa soluere inhibuit: & quia propendere eò vidit vulgi animos, oleum camino (quod sunt) addidit, quod si verum est, nullo prædecessorum id factum est exemplo. Non enim Constantio, aut Valente peior erat.

Sed huius episcopi vita, quæ in tomis Conciliorum extat, contrarium testatur: quod mihi verissimulus est. nondum enim eò temeritatis & audaciæ ventum erat, quæ posterioribus temporibus familiaris omnibus papis fuit, vt ob nullas, aut ob leuissimas causas, dixit deuocere summos Christiani orbis Monarchas, dominos suos auderent, tamen non vulgarem fuisse imperatoris in episcopum iram, inde colligitur, quod eum necari pluribus ducibus mandauerit, sed præsidio Longabardorum, & Romanorum ciuium, ac totius Italiæ, propter opinionem sanctitatis, quæ de homine habebatur, tutus fuit.

Et cum Italia de nouo elegèdo Cæsare conciliū agitare, quem Constantinopolim ducerent, illud compescuit, bene sperans de conuersione principis

& ne

& ne ab amore vel fide Romani imperij deficerent, admovebat: quod à Paulo Diacono confirmatur, cuius hæc sunt verba; Hac tempestate Leo imperator apud Constantinopolim, sanctorum imagines depositas incendit, Romanoq; pontifici similia facere si imperialem gratiam habere veller, mandavit. Sed pontifex hoc facere contempsit. omnes quoque Rauennæ exercitus vel Venetiarum, talibus iussis, vno animo resisterunt, & nisi eos pontifex prohibuisset, imperatorem super se constitare aggressi fuissent. Fieri potest, vt quod factum est à Gregorio tertio, tribuatur huic secundo, erratumq; in persona sit; sed neque id in ipsius vita legitur, nisi pro excommunicatione quis accipiat, quòd ab vtroque ad imperatorem exhortatoriz datæ sunt literæ.

Diuersitas opinionum de simulachrorum cultu, ita animos vtrinq; exulcerauit, vt ab eo tempore, defecisse à suo Imperatore videantur Itali & Romani. Cui rei, causam Romanorum Episcoporum error atque ambitio præstitit, dum contra Dei verbi veritatem, & imperatoris sui mandata, simulachrorum cultum totis viribus defendunt:

Exarchos qui imagines deponere vt iussi erant conabantur, opera & auxilio Longobardorum eiecerunt Italia. A quo tempore Romani, totaq; Italia parere Constantinopolitanis Imperatoribus, eisq; consueta pendere tributa desierunt. Sed quod excommunicationem attinet, quemadmodum Bellisarius excommunicatum legimus, præteritis Iustiniano & Theodora, ita Eurichus vltimus Exarchorum fuisse excommunicatus dicitur, sed ego vtrumque factum esse arbitror.

Leo & Constantinus tantùm literis admoniti memorantur; quæ an ad eos peruenierint, in medium relinquo. Nam eorum qui cum literis missi sunt, alij presentes apud Imperatorem eas tradere non fuere ausi, alij in itinere detenti post verbera & detentionem in carcere remissi Romam, Constantinopolim ad Imperatores peruenire nequiverunt. Decretum quidem Gregorii 89. Episcoporum extat generale de veneratione imaginu, quo iubentur extorres esse à corpore & sanguine Domini nostri Iesu Christi, & totius Ecclesie vnitæ atque compage, destructores & depositores earum: sed particulare nominatim aduersus Imperatorem nullum.

Constantinus Copronymus patri successit, qui imagines adorari vetuit; Synodè celebravit, quæ cultum imaginu reprobat: & 34. annis imperauit, cui filius Leo quartus successit, qui & patris imitator fuit, & simulachroru cultu est detestatus. mirum ergo tela excommunicationis Episcopos Rom. in hos nulla vibrasse.

Equid dicam de Gothorum Regibus, tam qui primi in Hispania regnarunt, quam in Italia? hos sanè constat omnes fuisse Arianos, in quos tamen isto excommunicationis fulmine nulli episcopi vsi sunt. Theodorici cum Ariano, nobilium virorum Symmachi & Boëtij, nullo ipsorum peccato interfectorem, qui nec Iohanni Papæ, nec Senatoribus, quos cum eo ad Imperatorem Legatos miserat, inde reuerfis pepercit, nemo excommunicauit.

Syluerius Papa tulit Theodatū tyrannum Gothum, Amalofanthæ vxoris suæ, quæ ad regnū cum euexerat, crudelem paricidam. hic enim metu & gladio coëgit clerum, in ipsius in regnū adsumptione consentire. Syluerio autem ordinato in Episcopum, propter adunatione ecclesie & religionis, presbyteri qui antea recusarāt, ab eo persuasi, subscriberunt Theodati creationi. Præter à

Vandalorum Reges, quos & Arianos fuisse constat, & crudeles Orthodoxorum persecutores. Primi Francorum Reges Christiani multa impiè & crudeliter perpetrarunt. Clodougi filij Childebertus & Clotharius manu propria nepotes suos impuberes crudeliter necarunt, né patri Clodomiro succederent, sed ipsi inter se defuncti fratris regnum diuiderent. Clotharius multa præterea mala perpetravit: viduam fratris sui Clodougi, cuius natos ingularat, vxorem duxit: occidit in ecclesia Gualterum D'iuero, cuius hæreditibus satisfacit, eos & eorum ditionem prærogatiua donans regia. Sed in petitione tertie partis bonorum ecclesie, Archiepiscopus Turonensium ei animosè restitit. Clotharius Ingundem & Aregundem sorores simul vxores duxit. Singulos recensere Christianos Principes qui regia potentia freti nefarie regnarunt, & turpiter vixerunt, quibus tamen papæ nihil molestie exhibere, nimis longum esset.

CAPVT XLVII

Quando episcopi Romani Reges excommunicandi sumere cœperunt audaciam.

Postquam fractæ fuerunt imperij vires, præcipuis prouincijs, & potentissimis ab eo distractis, metu & reuerentia imperij excussis; cristas erigere cœperunt Romani episcopi, & paulatim experiri, quid valeret papale fulmen. primum in fratres & collegas patriarchas & Archiepiscopos: & vbi Romani imperij potentiam inter multos partitam conspexerit, singulos facillè cœperunt contemnere: quod vno offenso, certum apud alios sibi scirent fore præsidium: & sensim eo peruenere audaciæ, vt Nicolaus I. insignem illam epistolam ad Michaëlem Constantinopolitanum scribere sit ausus, nouo prorsus stili genere, veteribus planè insolito, sicut ex epistolis Gregorij primi & Leonis primi, omnibus est manifestum. Et inde pro sua libidine, in quosuis magistratus, gentes & populos cœpere debacchari, tandemq; Henricum 4. totis aggressi viribus regnum ademerunt. Et ab eo tempore nulli fuere Reges, nullum in orbe Christiano regnum, quod anathematis aut interdicti fulgure tonitruq; non concusserint. Quis clades & vastationes regnorum, & strages populi Christiani, quæ ex sanctissimorum istorum patrum excommunicationibus natae sunt recensere? earum occasione plus Christiani fuissemet sanguinis, quam vnquam Mahumeticus gladius absumpsit.

Præteritorum temporum memoriã mitto, à Caroli 5. tempore qui imperare cepit anno 1520, in hunc diem, qui est anni 1592. myriadas hominum nemo recensere, quos tum bella à papis excitata, tum in pace suppliciorum varia genera sustulerunt. Non tot hodie viuere arbitror mortales in Europa, quot toto illo tempore violenta morte per vnus vilissimi homuncionis tyrannidem perierunt. Vt verius Romanus episcopus ecclesie Christi pastor sit, quam pastor. Ad ædificationem quæ data fuit Apostolis potestas, iste ad perniciem humani generis & ecclesie Christi vastationem abutitur.

CAPVT

CAPVT XLVIII.

Excommunicatione ritendam ad ecclesie edificationem, quod si ea plus mali quam boni exspectatur, est ea superferendum.

Quamuis in ea non sim sententia, quæ censuram morum, & prophanorum hominum excommunicationem à sacris tollit: tamen ea non vitur ex Christi Domini nostri Apostolorumque ipsius sententia, quibus ad Christiani populi perniciem, & regnorum regumque eversionem abutitur; sicut excommunicationes & interdicta episcoporum Romanorum olim attulisse, & adferre quotidie videmus.

Augustinus contra epistolam Parmeniani ita scribit: *Cum quisque fratrum (id est) Christianorum, inuis in ecclesia societate consistens, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anabemate dignus habeatur; has hoc ubi periculum schismatis nullum est: atque id cum ea dilectione, de qua ipse à ubi præcipit dicitur, ut inimicum eum non existimetis, sed corripite ut fratrem. Non enim estis ad eradicandum, sed ad corrigendum. Quod si se non agnouerit, neque penitendo correxerit, ipse foras exiet, & per propriam voluntatem ab ecclesie unitate derinetur. Nam & ipse Dominus cum seruis volentibus zizania colligere, dixit, sinite utraque crescere usque ad messem, præmissis causam dicens, ne forte cum vultis colligere zizania, eradiceis simul & triticum. Idem de fide & operibus ait; Nos vero ad sanam doctrinam pertinere arbitramur, ea utriusque testimonijs tutam sententiam moderari, ut & canes in ecclesia propter pacem ecclesia toleremus, & canibus sanctum, ubi pax ecclesie tua est, non demus, in hanc sententiam plura ex eodem auctore possint citari.*

Si hac moderatione uti placuisset Romanis pontificibus, nunquam nostri maiores, nec nos tot cruenta bella experti essemus, quorum nullus apparet finis.

CAPVT XLIX.

Gregorius septimus sibi non constat in excommunicatione, coactusque est incendia fulminum suorum nonnihil restringere

Gregorius 7. sævus fulminibus excommunicationum tyrannus, videns incommoda quæ inde sequebantur, & violari iura naturæ; iuris pontificij rigorem temperandum iudicauit. Et II. q. 3. *Quoniam multos quo decreto familiaribus, & domesticis excommunicatorum cautum voluit. Verba decreti hæc sunt; Quoniam multos, peccatis nostris exigentibus, pro causa excommunicationis perire quotidie cernimus, partim ignorantia, partim nimia simplicitate, partim timore, partim etiam ex necessitate, deuicti misericordia, anathematis sententiam ad tempus prout possumus temperamus. Apostolica itaque auctoritate, ab anathematis vinculo hæc subtrahimus, viz. uxores, filios, seruos, ancillas, seu mancipia, necnon rusticos, nec non & omnes alios, qui non adeo curiales sunt, ut eorum consilio scelera perpetrentur. Et eos qui ignoranter excommunicatis communicant, siue illos qui communicant cum illis, qui excommunicatis communicant. Quicumque autem orator, siue peregrinus, aut viator, in terram excommunicatorum deuenerit, & ibi non possit emere, vel non habeat unde emat; ab excommunicatione accipiendi licentiam damnis.*

& si quis excommunicatus in sustentationem, non superbæ, sed humanitatis causa, dare aliquid voluerit, non prohibemus. Hinc Canonistæ hunc iactant vericulum;

*Vile, lex, humile, res ignorata, necesse,
hæc anathema faciunt, ne possit obesse.*

Hic est ille idem Gregorius qui 15. q. 6. fidem seruare vassallos prohibet Dominis suis: eius hæc sunt verba. Nos sanctorum predecessorum nostrorum statuta tenentes, eos qui excommunicatis fidelitate, aut sacramento constricti sunt, Apostolica auctoritate à iuramento absolvimus, & ne sibi fidelitas observent, omnibus modis prohibemus, quousque ipsi ad satisfactionem veniant. & Urbanus 2. Episcopo Vapicensi

Iuratos milites Hugoni comiti, ne ipsi quandid excommunicatus est, seruiant prohibeto: qui si sacramenta præterderint, moneantur oportere Deo magis seruire, quam hominibus, fidelitatem enim quam Christiano principi iurauerunt, Deo eiusque sanctis aduersantibus, & eorum præcepta calcanti, nulla cohibentur auctoritate persolvere. & in Decretal. de hæresibus cap. 16. Absoluitos se nouerint à debito fidelitate domini, & totius obsequij, quicumque lapsus manifesti in hæresim, aliquo pacto quacumque firmitate uallato tenebantur obstricti, & ibidem cap. 13. Quod magis Principes & Domini qui non pellunt hæreticos excommunicantur, & eorum possessiones & dominia prædæ omnibus exponuntur.

Hoc iure fretus, serenissimæ Reginx Anglorum & à Deo seruatz Elizabethæ, similiter Henrici 4. pij Gallorum Regis subiectos populos cuiusuis gradus, & ordinis, Episcopus Romanus ab obedientia & fidelitate absoluit. Sed cum nulla possit excommunicatio naturæ, gentiumque iura soluere, immanis & impia hæc in Principes tyrannis non nisi aliunde corruptis animis persuadetur, vt à legitimo & naturali Principe propter excommunicationem papalem desistant. Verè hoc dictum est; *Naturam expellas furca licet, usque recurret.* Vidit Gregorius, si sibi decretisque suis constaret, maximam innocentibus iniuriarum fieri, & naturæ iura violatum iri, si mulier à marito, nati à parentibus, famuli à Dominis, & contrà, propter excommunicationem aut deserendi, aut eadem incurrenda poena excommunicationis esset. idcirco temperandum iuris rigorem iudicauit: sed ius non est, quod iura diuina & humana euertit. Admiranda profecto Gregorij moderando hoc iure clementia, qui maiorem habuit rationem priuatæ familiæ, & priuatorum, quam regno-ram & populorum, quos aut cruentis bellis inter se commisit, aut excommunicationibus suis implicuit.

Hoc scilicet est pastorem agere, & gregis procurare salutem. His argumentis demonstratum arbitror, paci & tranquillitati ecclesiæ, si perturbationem excommunicatio allatura sit, ea quantumuis quispiam sit excommunicari digna, esse suspensendum. malum sæpè bono loco positum, non est mouendum, ne suscitetur grauius. quando non potest ex agro dominico zizania euelli absque detrimento tritici, Deo res committenda est, & expectandum mellis tempus.

CAPVT L.

Quod reges excommunicare, aut alios, penes quos residet summum reipublice imperium, verbo Dei aduersetur.

SED præteritorum temporum calamitates, & ingenia mala quæ Romanorum episcoporum pertinax audacia inuexit, non tantum monet, sed

sed cogunt rem vltius examinare, & inquirere, num Rex, qui ij, penes quos reipublica Deus voluit summum esse imperium, pelli queant societate fidelium, excommunicationem enim intelligo, qua consortio & consuetudine Christianorum quis interdicitur, & diris deuocetur. Ratio cur non possint more vulgi excommunicari est, primo, quod in verbo Dei nullum extet exemplum, pessimos tamen Reges fuisse quamplurimos in veteri populo Dei notum est: quorum quum neminem excommunicatum legimus, temeritas est audere in nostros reges, quod sanctorum patrum nomina testasse legimus. Verisimile enim inter tot sanctos prophetas & sacerdotes non est, nullum vnquam extitisse, qui suo munere fungi non fuerit ausus, perpetuus namq; visus ecclesiarum, quas veras fuisse constat, & incorruptas, quantum in hac vita esse possunt, non malus est interpretanda scripturae canonis, de primis Christianorum temporibus, quae malos Reges & imperatores habuerunt supra docuimus, nullum fuisse excommunicatum, & tum demum coepisse excommunicari à Romanis pontificibus Reges, vt eorum creuit aut adulta fuit tyrannis. repetere nolo iam commemorata exempla Saulis, & aliorum Regum, in quos pro sua autoritate ecclesiam animaduertisse falsò adferre aduersarios conuicimus. Rationem illam addo, quam Romani episcopi, vt sese iudicij eximant, de seipsis adferunt: *ab inferiore superiorem non iudicari*, docui paulo ante ecclesiasticam potestatem, inferiorem, & subiectam ciuili supremae potestati Christianorum principum, in ijs omnibus quae in iudicium venire possunt, vt est haeresis, censura morum, excommunicatione, Pastorum ecclesiae creatio, aut exauthoratio, & alia id genus plura. Praeterea Psalmus 81. vbi dicitur, *Deus stetit in cæta deorum, & in medio eorum diiudicauit*: & ibidem, *ego dixi, Dñs estis, & filij excelsi*: de regibus & summae autoritatis principib. intelligitur, docetq; eos esse solus Dei subiectos iudicio. Quamuis à Deo ecclesiarum pastores, & episcopi potestatem ecclesiasticam obtineant; ea tamen in ijs quae in contentionem venire possunt à regia potestate iudicari potest, tenentur enim pastores & episcopi Regi factorum suorum reddere rationem, rectè necne sua autoritate sint vsi vtantur, & oppressus episcoporum iudicio, ad regiam potestatem recurrere potest, vt ab ea releuetur, sicut olim factum constat ab episcopis, tam in bona; quam in mala causa sub Christianis imperatoribus. Quo praesidio quum destitutus sit princeps, & contra cum sua potestate abuti possint episcopi, consequens est vt in benè ordinata reipublica excommunicari non possint ij penes quos summum est imperium, siue illud penes vnū Regem sit, siue penes optimates, siue pens vniersum populum, ad quorum in necessitate appellantis recurrendum est praesidium. Non tamen in populari statu, aut optimatum intelligo singulos eximi sicut vniersos. summum enim imperium penes singulos non est, quemadmodum penes vniersos. Tamen pastores & episcopi hanc cessurae partem semper retinent, vt iram & vltionem Dei propter peccata hominum, Regibus & magnatibus, ac deniq; vnierso populo denuntiare possint, & debeant: ab hoc cessurae genere nemo se potest eximere.

Deus qui est boni ordinis author, non perturbationis, ferre ac pati vult à bonis malos principes, ne ordo quem in rebus humanis constituit, perturbetur. Excommunicare est cætu & communionem fidelium abiquem excludere,

qui cœtus quando respublica est, aut regnum, aut pars præcipua regni, vel respublica non potest è cœtu illi Rex sine sensu perturbatione, & violatione ordinis, quem Deus constituit, eiici.

Pueridum membrum, quod lethum toti corpori est allaturum, rescindere est prudens medicus, quando cum salute totius corporis fieri potest: si moram relicto sit acceleratura, malum illud est relinquendum, ac committendum Deo, similiter quando morbus occupavit caput, aut partes nobiliores quæ tangi non possunt, sine corpora interiori, necno unquam amputandas esse censuit, idem dico de Rego & alijs, penes quos reip. suum tuum residet imperium, qui capitis vicem in rep. aut regno obtinent.

Servator noster monet quidem vt si oculus scandalizet, aut pes, aut manus, totum reliquum corpus, vt eruat oculus, & amputetur manus, potius quam totum corpus intereat: sed de capite non idem præcipit.

Deus in lege vetuit, ne quis principi populi malediceret, idq; capitale esse voluit: Rex autem Christianus, populi Dei princeps est, proinde maledictio anathematis non est appetendus. Maledictis potestates laceßere verbum Dei pluribus in locis prohibet, & peculiare hoc futurum desertoribus fidei, iam olim præmonuit Diuus Petrus, vbi ait, *Dominatum despiciat, audaces, & sibi placentes, non horrens dignitates conuictis incessanter, cum ipsi Angeli qui sunt robore & potestate maiores, non ferant aduersus eas apud Deum iudicium maledictum.* Similiter Iudas: *Dominatum, verò reijciat, & dignitates conuictis incessanter.* At Michael Archangelus, quem aduersus Diabolum certans disceptaret de corpore Moysi, non ausus est illi impingere vocem maledicti: sed dixit, *Incepit se Dominus.* Scio quo cauillo solcant nonnulli has eludere scripturas, segregantes dominatum ab ipsis hominibus qui dominantur; quod nihil aliud est, quam lucis offundere tenebras, quas Iudas vno verbo disciuit, quando ait, *Michaelem tantum Archangelum, nec ipsi Diabolo falso iactanti potestatem acceptam à Deo, iudicium blasphemias non fuisse ausum impingere.* Ecquis tam effrons aut desperatè audax, horum non ignarus, qui hominem illum qui post Deum in terris secundus est, maledictis audeat laceßere? Diabolo certè nullus Rex nequior esse potest. Et Elihu apud Iobum ait, *Numquid licet dicere Regi, O imique, & principibus, O impiis?*

Postremo, amplas familias hominum priuatorum D. Paulus Ecclesiæ qui honorat titulo, multò magis principum atque Regum familijs id dedisset honoris, si qui recepissent Euangelium: atqui nullo iure, neque verbo Dei priuari familiæ suæ societate, aut eiici paterfamilias cum possit, consequens est, non posse ibi inter suos excommunicari. Domesticorum & familiarium cum patrefamilias necessitudinis vinculum cum natura constet, per excommunicationem non dissoluitur: sed inter Regem & regnum idem interuenit vinculum quod est inter domesticos & patremfamilias; remanet ergo & verbo Dei contrariæ sunt omnes excommunicationes & interdicia, quæ in Reges, regna, & respublicas, ausus est ferre Romanus Episcopus.

Quod decretum concilij Toletani 4. attinet, in quo Sunthilana Rex excommunicatus, & depositus autoritate ecclesiæ dicitur, res ipsa atq; ad eodè decretum ipsam fidem faciant: cedo, in contrarium luce clarius appareat: decreti verba inspiciamus:

ciamus: *Sane de futuris regibus (inquiūt illi patres) hanc sententiam pronuntiamus, ut si quis ex eis, contra reuerentiam legum, superba dominatione, & factu regio, in flagitijs & facinore, sua cupiditate, crudelissimam potestatem in populo exercuerit; anathematis sententia à Christo Domino condemnentur, & habeat à Deo separationem; atque iudicium, propter quod presumpserit praua agere; & in perniciem regnum deducere. De Sunthilana uero, qui propria scelera inuicem, stuprum uicem priuauit, & potestatis fascibus exiit; id cum gentis consilio decreuimus; ad neque eum uel uxorem eius; propter mala quae commiserunt neque filios eorum, uisitati nostrae unquam consociemus; nec eos ad honores; à quibus ob iniquitatem deiecti sunt, aliquando promoueamus. Quique etiam sunt in fastidio regni habentur extranei, ita à possessione rerum quas de miserorum sumptibus auixerant, maneant alieni, praeter id quod pietate piissimi principis nostri, fuerint consecrati, non aliter & Geilhanem memorati Sunthilana & sanguine & scelere fratrem, qui nec in germanitatis fide stabilis exiit, nec fidem glorioso Domino nostro pollicitam conseruanti; hunc ergo cum coniuge sua, sicut & quae factum est, à consuetudine gentis, & consortio nostro placuit separari: nec in amissis facultatibus, in quibus per iniquitatem creuerant, reduces fieri, praeter id, quod consequuti fuerint pietate clementissimi principis, cuius gratia bonos donorum praemij dicit, & malos à beneficentia sua non separat. Haec tunc concilium.*

Duas partes illius decreti audimus: altera continet contra reges qui potestate regia ad tyrannidem abuterentur, anathematis & iudicij atque sententiae Domini nostri Iesu Christi contra tyrannos & regni inuasores denuntiationem, cuius formula longè diuersa est ab ea qua *episcopi Romani* uti solent. deinde non ab vno episcopo illud decretum est factum, sed ab vniuerso concilio, praesente & volente Sisenando rege, qui regnum quod armis acquisiuerat, ne per tyrannidem occupasse videretur, à concilio episcoporum probari voluit, & Sunthilanam regni iure excidisse declarari: qui tunc priuatus vivebat, & excommunicari. citra populi & reipublicae periculum poterat.

Hispaniae episcopi tyrannos multos fuerant passi: & fera Gothorum gens reges suos mactare & regnum per vim occupare consueuerat: neminem tamen eorum, ante illud concilium excommunicatum legimus. Decretum ab Episcoporum concilio contra regni usurpatores & tyrannos facta, Rege postulante, nec Dei verbo nec iuri gentium aduersatur: nihil hoc publicam salutem, ordinemque rerum quem Deus constituit turbat, sed confirmat ac stabilis. Reges de successione regni leges ferre possunt, & haeredes Testamento designare: quae, si fraus & dolus iniuriisque absit, ratae habentur. Plura de hac eadem re in eo concilio decreta fuere, ut suo loco dicemus. nihil tamen illi patres accusari possunt, tanquam *ut ipse rei communitate non dicitur*, qui ut saluti Regis & reipublicae consulere Rege volente, populoque postulante, decretum illud ediderunt: quod indicatur quando gentis consulti, factum id à se testantur. Alienum ab Episcoporum officio non est, si consulantur à Regibus, & populo de re quapiam ciuili, respondere. quod verbum Dei docet, & ipsi in conscientia aequum esse iudicant, quando simulatio abest, nec hoc agitur, ut religione, aut religionis antistitum responsis, scelus tegatur.

Præterea

Præterea Sumbilanam non regno deiciunt, quem ut pios & modestos Episcopos docebat, tyrannicè regnantem uulnerant: sed ei qui vltro seipsum regno & fascibus potestatis exuerat, conscientia scelerum suorum territus, spem regni omnem adimunt, ut tutius regnet is, cui Deus iusto bello regnum dederat. Accusatur tamen tyrannidis Silenandus, quòd adiutus Francorum copiis alienum regnum inuaserit. Sed ego eum, ut plerosque alios Reges, Dei relinquendos censeo iudicio: si ius armorum a Deo habuit, & iusta belli causa fuit, inter tyrannos numerari non debet. Et hæc dixisse sufficiat ad ius, quod in Reges sibi vendicant Episcopi.

Tertij Libri finis.

DE



ET CHRISTIANA OBEDIENTIA. *Lib. 4. 193*
 DE IMPERANDI AVTHORITATE, ET CHRISTIANA OBEDIENTIA
 LIBER QVARTVS.

CAPVT I.

Sacramenti religio qua Rex Polonia in sua coronatione se adstringit, periculi plena est.



ostquam de iure exauthorandi reges locuti sumus, quod ecclesiasticæ potestati coniunctum esse volunt, nobis deiureiurando regum dicendum est. ex eius enim violatione proceres & populum à suis principibus posse deficere à perlisque disputatur. mihi longè maioris momenti res videtur, id quod reges iurant, quàm quòd eos episcopi coronant. nam nunquam cuiquam benè cessit, nec cedit, quidquid impij contra sentiant, adferantue, sacramenti violasse religionem. Quocirca quamvis sibi & suæ potestati reges nonnunquam iureiurando derogent, seruandum tamen est, quidquid teste Deo & iudice iurauerint, si modo in eorum sit situm facultate.

Rex Poloniae in sua coronatione, vt alij reges & imperatores, iurat & promittit coram Deo & Angelis eius, *legem, iustitiam, & pacem ecclesie Dei, populo que sibi subiecto, pro posse suo facere & seruare. ecclesiarum pontificibus condignum & canonicum honorem exhibere &c.* in fine autem explicatè ponitur, *si (quod absit) iuramentum meum violauero, nullam nobis incola regni obedientiam debeant, sic me Deus adiuuet & hæc sancta Dei Euangelia.* Iuramentum hoc Regis Poloniae ab aduersarijs regis potestati vrgetur, & quod in eo diseritis verbis exprimitur, in omnibus aliorum regum iuramentis intellectum volunt.

Quæ res profectò tum regi, tum populo, plena est periculi: primum quòd populus coram Deo in conscientia liber à fidelitate & subiectione quam debet & iurauit suo regi, propter violatam ab eo iuramenti fidem non sit. Ratio mea hæc est, quòd obedientia fidelitatisque debita regibus, magis à Dei mandato qui nos eis subijcit, pendeat, quàm ab ipsorum voluntate, & erga subiectos fide: deinde, si ut humana ferunt, rex iuramentum suum violauerit, aut si non violauerit, tamen ita videatur populo proceribusue, apud quem iudicem hæc quæstio disceptabitur? apud ordines inquires. at illi sunt actores. Quid? illorum iudicio sistere se si nolit, & excipiat, sicut consultum non est, nec quisquam prudens rex est facturus, annon certum ciuile bellum, cuius incertus exitus est, expectandum? Nam nisi admodum tyrannus sit, semper suæ partis habebit aliquot defensores. quàm hoc non sit reip. vile, norunt qui quid sit ciuile bellum experiuntur.

Vulgò dici solet (quod semper prudentis fuit habitum) è duobus malis eligere minus. Vtrum verò horum minus maiusue malum sit, facile quiuis iudicare potest, qui hæc inter se comparare volet. Maius malum multorum periuurium perfidiæque quàm vnus est, & minus malum perfidum pati regem, anarchi

châ, belloq; ciuili: quæ consequi necesse est, ex dissolutione imperij, quando ab obseruantia obedientiæ quæ regis populus & proceres deficiunt. Nisi rebus humanis Deus præfesset, & sua clementia melius hominibus, quam ipsimet sibi prouideret, dissoluto, quo respublica stat, imperio populum illum interire necesse esset. Quàm tenui pendeat salus publica filo, ubi populus proceresq; à regis obedientiæ vinculo soluuntur, quis non videt? cuius enim tunc, quod liber, licet.

Porro imperium illud molle sit & inualidum oportet in diuites, & potentes, & in eos omnes qui aliqua auctoritate eminent: qui quantumuis sunt improbi, & iniqui tenuiorum ciuium oppressores, tantum abest, vt in eos possit animaduertere, vt vix ab eorum metu & calumnijs, princeps queat esse securus.

Si quis obijciat liberos ab obedientia regis viuere, tum proceres tum populum mortuo rege, quamdiu durat interregnum, non par nec eadem est vtriusq; ratio. aliud est enim nullum regem habere, aliud habentibus esse persuasum, nullam à se regi deberi obedientiam. Et quamuis nullum interregnum sit, sine magno periculo, facilius tamen est mortuo Rege, proceres ad nouum Regem eligendum consentire, quàm dum viuunt qui regno potitur, alium cum comodo reip. constituere. Quando nihil turbarum quod exitiale sit Reip. inde nascitur, bonitate prouidentis Dei, non hominum prudentia, accidit, quibus id casus est, non virtus. Mare placidum timidissimus quisq; facile contemnat, sed nauigandi peritus, qui maris rabiem est expertus, quàm ei non sit fidendum didicit: ad eundem modum populi pacati & turbati se habet ratio.

CAPVT II.

Quis sit status regni Polonici.

Gentem Polonicam nunquam vidi, sed non possum non illis precari vt foelix, faustumq; sit ipsis Regis sui iuramentum, vereor tamen, si vera sunt quæ Polonicæ historiæ quidam scriptor de statu illius regni narrat, ne nimia libertas exitium toti regno aliquando adferat. Inter cætera, author ille hæc scribit. Circa annam Domini 1468 (inquit) ad comitia placuit mæti binos Legatos ex singulis satrapijs: siue palatinatibus, qui decernendi in commune cum cæteris potestatem haberent. quod sic posterioribus temporibus inoleuit, vt sine ijs legatis seu nuntijs terrarum (sic enim vocantur) nulla comitia legitima habeantur; neque tributum decerni, ac ne lex quidem vlla fieri posse videatur: auctusq; est, & subinde etiã augetur eorum numerus. Potestas verò eorum, instar Tribunitia potestatis, apud Romanos, vel Ephorum apud Lacedæmonios esse cæpit. Nam tantum ij nostra tempestate arrogare sibi cœperunt, vt nullam rem maiorem iniussu suo decerni à Rege & Senatu, aus fieri velint: & in Senatam, atq; aded in Regem ipsum censuram grandi supercilio sumant. Ad extremum crescente iam ambitione, de religionis quoque Christiane dogmatibus, ritibus & ceremonijs disceptare, & non accipere, sed ferre leges sacrorum aggressi sunt. Auertunt hæc eorum licentiam, eòq; magnitudinis sensim prouexerunt partim Reges superiores, multa ipsis indulgendo, siue inopia fisci sui releuanda gratia, siue quieti & otio suo consulentes, partim posentiores & factiosos, nonnulli proceres, certatim eos prehensare, & epulis largitione quæ sibi adiungere, & quocunq; libuisset incitare, & quasi sibiis (quod quosdam ex ipsis iocari solitos dixisse constat) instare adorti, idq; siue vt gratifi-

gratificarentur sine ut agrè facerent Regibus, siue ut potentiam suam stabilirent, emul-
losq; suos deprimerent, aut ulciscerentur; seu deniq; ut per eos subornatos quidvis per-
ficerent, quod aperte per se ipsi vel aggredi non audeant, vel efficere non possent. Est
quidem salutare a modum in rep. esse custodes libertatis communis: ceterū providentiā
est etiam atq; etiā, ne quod ad salutem comparatū est, abusu vertatur in perniciem: me-
tuendumq; est ne infinita illa potestas, & in licentiam erumpens libertas, non tam pub-
licam fortassis iudicem spectans, vel primas alicuius minus, vel paucorū libidini &
cupiditatibus, vel denique aut a populari seruiens, & regere magis quam regi satagens,
prostrata & emersa regia potestate & auctoritate senatoria, summam reip. confusionem,
& barbaram quandam exitialemq; αἰχμησίν (ut Græci vocant) Polonia quando pa-
riat, aut certe graui & acerba tyrānide finiatur. Quorum verumvis eò quidem proprius
impendere videatur, quò iuniores & imperiores verū, eoq; audaciores, ad id munus ob-
eundum legi, siue adeo ipsi sese vltro ingerere cœperunt, credentibus impudens & im-
portunitati eorum nata maioribus, ut quisq; grauitate, vsu rerum, & sapientia maxime
pollet. Quò vltimam non in consultando vsu quoq; venires, ut non id plerumq; obtineat,
quod grauissimis aut plurimis duntaxat, sed quod loquacissimis, clamosissimis, & mina-
cissimis placuit. Ex his quis status sit regni Polonici scire possumus, & quid mali
non queat ex tam effreni licentia nasci. Malum consilium tamē esset suadere
regi iuratas conditiones, legesq; frangere, aut quicquam nouare sine publico
regni ordinū consensu. malum bono & quieto loco positum non est mouedū,
sunt in regnis, & rebuspub. sicut & in humanis corporib. morbi incurabiles,
ad quos curādos si quis accesserit, pro salute lethū egris corporib. accelerabit.

Dux Brabantie eandē iuramento suo clausulam addidit aliam conditionem
ducis vassalli qui superiorē agnoscit dominum, aliam regis iudico. dux
Brabantie populūq; olim dominum superiorem habebant imperatorē, qui
legibus quibus voluit ducem potuit obligare. superior enim dominus & iudex
ma nebat ducis, & subditorum ipsius, qui læsæ parti ferret opem, siue populus
in ducem, siue dux in populum peccasset; vtrovis modo lis dirimenda esset, iu-
re vel bello. Et huiusmodi pactum interuenire posse, inter eos qui dominum
superiorem habent, non est absurdum.

Quis status sit rerum Polonicarū nescire me fateor, nec meum est eis quic-
quam præscribere, aut curiosius in eorum leges & mores inquirere. propter
eos tantum hæc scribo, qui cuius pedi aptandum censent eundem calceum,
& quia rex Polonizæ & dux Brabantie ita iurant, ab omnibus regibus idem
debere fieri, imd factum debere intelligi, etiā non sit appositum, contendūt.

CAPVT III.

*Apud quos ex pactis conueniētia quæ mutuo ac solo consensu contrahuntur nascatur
obligatio, & quod ea quæ inter Regem & populum intercedit, non nascatur ex
partium mutuo soloq; consensu.*

Sed quia constat inter regem, & populum obligationem nasci, tum ex ip-
sius rei natura, etiam si neutra pars, aut altera tantum iuret, tum etiam
ex pactis & conuentionibus vtinque iuratis; contra hæc quæ modò dis-
putauī duas propositiones opponuntur: nempe, in omnibus pactis & conuentionibus,
quæ mutuo ac solo consensu inter partes contrahuntur, eos ipsos per quos obligatio
contracta est, eandem solueri & dirimere posse; quosvis id ratio possit. itaque quibus

*est potestas Regis creandi: ijdem quoque eius abdicandi ius erit. Altera verò hæc est, si quæ est iusta solvenda conventionis aut pacti occasio, quæ obligatio ipsa per se evanescat, & pro nulla habeatur, hæc unam esse, si essentielles conditiones, propter quas propriè obligatio contracta est, manifestè violantur. Hæc duas propositiones naturalis e-
quitatis esse certissimas regulas, quibus contradici non possit, aduersarij autumant. Pacta conuenta iuri gentium iuri, & esse seruanda, iam dixi: ex illo iure istæ propositiones desumptæ sunt, & quandam suam veritatem habent: sed quia latius extenduntur, quàm par est, & errori defendendo adhibentur, ad eas primùm in genere respondebo, deindè propositæ quæstioni ostendam non conuenire.*

Primò si pacta conuenta inter pares, vtpote Reges & vicinos liberos populos, optimatèsue interueniant, vt si Regi, populòue alicui libero sit incunda societas cum imperio, & potentiore Monarcha, qui libertatem aut regnum, quum dare aut adimere possit, tamen certis pactis & legibus possessionem regij, libertatèsue relinquit, sicut quando Nebuchadnezar Zedechiam Regem constituit, & Herodes regnum à Romanis accepit, & Augustus Nicomedie regnum lubæ dedit, Senatus populùsq; Romanus Græciæ ciuitates liberas esse voluit: similiter quando ciues inter se, de rerum priuatarum violatis pactis apud iudicem disceptant, nihil verius, nihil æquius dici potest.

Sed in pactis, quæ inter maritum & vxorem, inter arrogantem & arrogantem, adoptantem & adoptatum, Regem & populum interueniunt alia est ratio. Nam inter Regem & populum, nemo nisi Deus iudex est, qui de iniuria & violatis conventionibus iudicet: inter cæteros dispar est & obligatio & conditio. Deindè tamedum inter Regem & populum, maritum & vxorem, patrem & filium, pacta & conuentiones intercedant, non indè tantum nascitur obligatio, sed ex ordinatione diuina, quæ pactis validior est, etiam vbi nulla pacta intercedunt vt inter Mosen & Israeliticum populum, & inter iudices quos Deus dabat, & illum eundem populum: similiter inter victorem Principem & iusto bello deuictum populum.

Proindè adsumpta propositio est falsa, nempe imperia Regia constare pactis & conuentionibus, quæ mutuo ac solo consensu contrahuntur. Inuitis enim etiam legitimi Reges imponuntur, vt iusto bello subactis populis, ex historijs & rerum vsu notum est, legitimos Reges interdum à rebellis populo electos, vi & armis fuisse restitutos.

CAPVT III.

Quibus est Regis creandi potestas, ijdem non competit ius exanthorandi, etiam si violentur essentielles conditiones, ob quas Rex eligitur.

QUæ sequitur Enthymematis illatio, quando dicit, itaque quibus est potestas Regis creandi, ijdem quoque eius abdicandi ius erit, euoluenda est hoc modo: qui Reges creant pactis & conuentionibus, quibus mutuo ac solo consensu obligatio inter partes nascitur, eandem soluere possunt, quoties id ratio postulat: id autè ratio postulare videtur, quando rationes essentielles pacti, ob quas obligatio contracta est, violantur. Sed in Regij creatione, & connubij coniunctione, nego solo & mutuo consensu ex pactis conuentionibus obligatione nasci: quoniam ad mutuum consensum vtrobiq; Dei specialis accedit

accedit constitutio: quæ magis deuincit partes inter se, quàm mutus consensus. Firmiorem obligationem inter maritum & vxorem, ac inter Regem & subditos, Deus esse voluit, quàm sunt vulgares obligationes, quæ in pactis conuentis ex mutuo & solo consensu partium contractis nascuntur.

Vt autem hæc clariora fiant, notandum est pacta & conuentiones in nuptijs nonnunquam varias interuenire, quibus vtrinque partes teneri extra omnem controersiam pono; earum quædam ad officium vtriusque coniugis pertinent, sũntque omnibus communes, quas stipulari pacificè necesse nihil est, quoniam connubij leges, etiamsi nulla fiat earum mentio, natura sua coniugibus obligatione adferunt. Earum commemoratio potius est commemorfactio debiti officij, quàm ex mutua stipulatione conuentio, virtute cuius obligentur aliàs liberi, nisi accederet. Quædam ad dotem & iura dotis inter opulentos & diuites referuntur: quæ etsi frangi sæpè contingat, non ideo soluitur matrimonium. contra suum officium sanctè in nuptijs promissum multa peccare in vxorem maritus potest, & abuti rebus vxoris, quas in sua potestate habet, & multis modis ei fraudem & iniuriam facere, ac præter quàm virtus & generis dignitas vxoris postulat tractare: Nihil tamen horum liberat vxorem à iugo mariti. & quod grauius est, nulla stipulatio, nulla conuentio potest addi, quâ à contracto semel matrimonio discedere liceat offensæ parti.

Addam quod maius est, essentialia conditiones & causæ, ob quas contrahitur matrimonium, sunt tres: prima certè prolis est procreatio; altera mutux consuetudinis & bonorum communionis solatium; postrema est aduersus scortationem remedium. has singulas, & isterdum omnes violari, alterius coniugis peccato contingit, nec tamen idcirco soluitur coniugium. sterilitas vxoris, ab ea procurata, morositas, & quotidianæ rixæ, & iurgia, congressus cum coniuge imp. dimenta ex morbo nata quem suo peccato sibi concuerit, tria hæc etiã simul si concurrant, nexum coniugij non soluunt. Tametsi (vulgò quod dici solet) ex consensu partium coniugium fieri sit verum, audeo tamen & hoc adijcere, quod in regno accidere notauit, inuitis & coactis legitimum dari regem; similiter nolentem maritum legitime posse addici vxori, in cuius nuptias nunquam antea consenserat. Lege Mosàica præceptum erat, vt qui Israëlitem stuprasset, perpetuam vxorem eam haberet, si patri puellæ ita visum esset: ratio hæc est, quòd non tantùm hominum pactis conuentis, solo ac mutuo consensu contractis constant matrimonia, sed ordinatione diuina, quæ coniuges tam arctè simul conglutinat, vt separari ab hominibus nequeant. adulterium exceptum intelligi cupio, similiter & desertionem ab infideli coniuge factam: ita tamen vt accedat magistratus fidelis authoritas, vbi sub eo viuunt.

Qui credere non aliam esse naturam contractus nuptialis, & pactorum quæ vulgo de re quauis fiunt, repudia, diuortiaque tum ex vtriusque partis consensu, tum ex partis offensæ arbitrio, etiam libera esse statuerunt. Sed non ea facilitate qua coniunguntur, separantur coniuges: mutuo quidem consensu fiunt coniuges, sed mutuo consensu non desinunt esse coniuges. Si hominum inuentum esset coniugium, vt ab hominibus contrahi, ita & ab hominibus posset dirimi.

In adoptionibus mutuo consensu contrahitur obligatio, quæ non tam ex pactis & conuentionibus ius patriæ potestatis adoptanti tribuit, & necessitatem obedientiæ filialis adoptato adfert, quàm ex rei natura legibusque: quæ huiusmodi sunt vt nec prætor, nec filius inuito patre possint illud vinculum dissoluere, & à patria potestate liberare. Idem dico de Regibus, qui electione, aut alio quouis modo legitimi Reges fiunt, eorundem consensu aut arbitrio non possunt exauthorari, quorum consensu aut creati, aut recepti, aut ad regnũ sunt admissi: quia quamuis per homines creentur reges, & ab eis recipiantur, non tamen ab hominibus in homines potestatem accipiunt. hominibus enim maior est, qui regiam potestatem in homines dat Regibus. Inter electum Regem aut natum, & populum similis est necessitudinis vinculum ei, quæ nascitur inter eum qui arrogatur in filium, & patrem adoptanem. Etenim in lege Dei parentum vocabulo Reges, & summos magistratus intelligi, extra omnem controuersiam est. Quapropter vinculum subiectionis, ac debite obedientiæ officium, non est tantum voluntariæ submissionis, sed diuinæ iussionis.

Babylonicæ superbiz persuasio hæc est, seueriter à Deo in Nebuchadnezare animaduersa, quenquam in animo suo persuasum habere, creandi Regis in se, aut alio quouis potestatem sitam esse, vt sine Deo seipsum, aut alium quempiam constituat Regem. Dispositionem Deus habet regnorum, & illi qui placuerit ei, illa confert, quod longè alia ratione fieri accipiendum est, quàm ea quæ fiunt generali illa prouidentia, qua cuncta etiam minima quæque administrat, sine qua ne passeruli quidem duo cadunt in terram, aut vaneunt obolo. speciali enim quadam cura, qua res humanas admirabili sapientia Deus gubernat, constituuntur reges. Si humanum institutum esset regium imperium, quibus potestas esset Regis creandi, iisdem quoque esset ius abdicandi.

CAPVT V.

Alia noua potestate opus est ad deponendum electum regem.

Quamuis enim Deus ad regnum Reges per homines promoueat, & per homines de regno deturbet, non tamen semper per eosdem id fieri ius est. speciali enim quadam potestate propria, aut mandata ad vtrumque opus est. Quemadmodum prophetæ Dei mandato vnere Reges, qui tamen illa eadem potestate eos exauthorare non poterant, nisi nouo accepto mandato, sicut in Samuele & alijs prophetis videre est, qui tam electionem, quàm abdicationem à Deo factam, Regibus denunciarunt nouis acceptis mandatis: ita qui Regem Monarcham eligunt, sua potestate electo Rege defuncti sunt: in quem cum omnem potestatem transfulerint, ius reuocandi nullum retinere; nec ea amplius sunt autoritate, qua erant, durante interregno. priuati enim sunt, quod eam actionem attinet, cum antea tanquam depositum summum haberent in sua dispositione imperium. Aliam ipsi nouam potestatem fieri oporteret, aut ab ipso Rege (quam daturum non est verisimile, nisi forè cedere regno velit, & illud alteri tradere) aut ab eminentiore aliqua potestate, quæ in regno supra Regem nulla est.

Nulla ratio est, cur in Romanæ episcopi electione hæc vera iustaq; sint, non autem similiter in ea quæ est imperatorum Regumq;. Cardinales nouum est habere

habere pontificis eligendi potestatem, sed non eiusdem electi abdicandi, perfuncti enim sunt officio suo postquam canonicè quempiam elegerunt. etenim in ara statim electum collocant, & tanquam numen cœlitus delapsum adorant; & ipse ut electus est, omnem papalem potestatem nanciscitur virtute electionis, ante coronationem, quam post coronationem habiturus est, sicut superius monstrauius.

Huius iuris ratio hæc est, quòd Papa proximè à Deo nõ ab electoribus potestatem accipere, & Deum suffragia direxisse, creditur. Quemadmodum sacerdotium in Dei non hominum est dispositione constitutum; similiter & regnum, de quo clara testimonia extant quamplurima, quæ superius à nobis citata cum sint, superflua eorum hic foret repetitio. Proinde nihil sibi Papæ iuris, ex electione vindicare possunt, quòd non possint meliori iure Imperatores & Reges.

Constat Rom. Pontifices de sede Apostolica disponendi Imperatoribus ius dedisse, ut nemo eligeretur, nisi quem ante, vel post electionem, Imperator probasset: sed nulli imperatores, nec reges vllam vnquam Rom. pontificibus dare potuerunt potestatem, de regnis suis disponendi, ut nemo imperator, aut Rex esset, nisi quem ipsi probarent. Quæ de electione & electi potestate ab episcopis Rom. scripta sunt quemadmodum ad pontificem nihil spectant, ita nec ad Reges. Ius vtriusq; iidem nititur rationibus: nempe sacerdotium & regiam dignitatem à Deo ita per homines tradi, ut non teneantur hominibus acceptum ferre quod acceperunt, siue regnũ, siue sacerdotium sit, sed soli Deo, quod à me non ita velim accipi dictum, tanquã sacerdotium verum ut sibi persuadet, potestatem obtinere episcopum Rom. sicut Reges & imperatores verum regnum & verum imperium: sed per concessionem more ipsorum loquor, ut intelligant idem esse ius imperatori, Regibusq; electione vel natiuitate ante coronationem, quod in papatu, Rom. episcopo prærenditur.

CAPVT VI.

Nihil stipulandum à Regibus in eorum coronatione nisi tantum ea, quæ lege Dei & iure gentium tenentur obseruare.

Leges qui paciscuntur alias quàm Regis officiũ erga subditos in sese cõplectitur, ut ipsi liberiũ viuant, quã conditio subditorum sub rege postulat, aut ut suum Regem, si videatur, coërceant, perinde faciunt, ac si vxor cum marito ante nuptias pacisceretur, maiorem libertatem atq; autoritatem in domestico regimine, atq; adeò fortè in ipsum maritum, quàm connubij leges concedunt fœminis. Monarche nullæ conditiones proponendæ sunt, præter eas quas lege Dei & gentium debet subditis. Vbi plura exiguntur, excipiunturq; labes sunt regnorum, non propriè regna.

Et quemadmodum regem in sua inauguratione, nihil populo iurare ac promittere sub conditione, sed absolutè, se ut Regem decet regnaturum, & cuius ius suum seruaturum esse conuenit; ita populus, proceresq; subiectione & obedientiam simpliciter, & absolutè promittere æquum est. Excipi mandata impia, & iniqua nihil opus est: primò quòd improbæ mentis sit, de Rege male suspicari, & aliquid quod non est honestum, expectare: deinde quòd sceleri perpetrando nemo se adstringere possit.

Qui conuentiones pactaq; huiusmodi inter Regè & populũ cogitant, quæ si non

non seruentur, obligatio euanesceat, tanquam nihil nisi illis conditionibus sit Regi promissum, imprudenter meo iudicio faciunt, & nimia sua prudentia pessimè in populum istud consulunt: cum eodem iure vtendi potestas, similiter Regi danda sit, vt pacta non seruet, si populus prior pacta fregit. Sed quemadmodum nulla populi pernicacia rebellioe Regem ab officio liberat coram Deo, quin seruare teneatur ea omnia quæ se seruaturum promisit, & tam iure diuino quàm humano obligatur: sic populus ab officio & obedientia quam suo Regi debet, recedere non potest, etiam si Rex pacta conuenta quæ dicuntur manifestè violarit.

Sed malignè Reges traducuntur, tanquam soli pacta conuenta non seruent, de populis verò nihil, perinde ac si in hac re peccare nequeant, & pactas conuentiones æquè ac Reges violare. Si pari iure populo cum suo Rege certare fas est, æquum & hoc quoque sit Regibus vt pactis conuentionibus non teneantur, quoties populus conditiones illas conuentas essentielles non seruauerit. Si mores hominum cuiquam obseruare lubeat, non minùs a populis peccari in Reges, quàm à Regibus in populos inueniet. Rebellem legitimè Israëlem contra sanctissimum ducem Mosen, & postea contra Dauidem. ecquis motus populorum & rebelliones procerum, contra bonos Reges recenseat? iniquus & corruptus ille iudex est, qui peccata vtriusque partis æqua lance non trutinat.

C A P V T VII.

Contractus inter Regem & populum qua sunt conditiones essentielles.

Contractus & conuentionis inter Regem & populum conditiones essentielles sunt nobis similiter inspiciendæ. omnis ciuilis societas constat certis quibusdam legibus, quæ si dissoluantur, quæcunque illa sit, subsistere non potest, quæ quamuis aliæ sint in regno, aliæ in Optimarum potestate, aliæ in populari regimine, communes tamen omnibus sunt imperandi obedientiæ; leges: quarum alteram si soluas, simul dissolues societatem. Regni leges siue conditiones essentielles istæ sunt, vt vnus benè imperet, cæteri omnes benè pareant. sed cum imperij sint multæ partes, tot similiter obedientiæ esse oportet.

Multis modis tum à Rege, tum à populo imperandi parenti; leges violari possunt, vt tamen maneat mutua inter eos contracta obligatio. Quis mortalium vnquam rex existit, qui imperando moderationis leges adeo potuit exactè seruare, vt eas non sæpè fuerit transgressus. Idem de subiectis queram, atque in primis de ijs, quorum maximè opera reges vtuntur, & ad sunt ipsis proximi: num quis eorum ita legibus & mandatis principis sui obsecutus sit, vt nihil peccaret? Eos esse tamen volunt regibus instar fræni. Iniquum est à rege exigi, quod non præstant subditi. Quod si ob singulas violationes harum duarum essentialium conditionum, ob quas obligatio contracta est, euanesceat omnis obligatio, iustaque sit soluendæ conuentionis aut pacti occasio; quod regnum in vniuerso terrarum orbe stabit incoleme? Non censemus (inquier) ob minutulas quasque noxas regum in populum,

aut

aut populi in regem, manifesteque sumat, quae imperi non est, obligationes. Sunt igitur regum flagitia speciatim definienda, quot, quae, & quantum de thesi in-
orta est disputatio, quando nihil certi definitur. Fingatur, exempli causa, inter Christianos regnare aliquis Sath, aut Ieroboam, aut Achab, aut Manah, seu, aut Idrodes, aut Nero, aut Caligula & disputetur de officio populi proce-
rumque, atque etiam episcoporum in huiusmodi regibus.

Notum est quam rara sit res, & semper fuerit in populo veteri & in alio
quouis reip. Sath, hincorur tumis: cuius, nulla superflitione, contamina-
tus. De iustitia, quid dicantur impio plures reges in Iuda: & Israele legimus
quam pios millos tamen propter impietatem solija deiectione a populo. De i aut
regno pullos. Saepè accidit eum: qui quibusdam in rebus, ut in imperandi
ratione aberrat in ceteris, quibusque utinere. Quocirca quantum vna alte-
raue conditionum essentialium pacti manifestè violetur, quantum stant que-
bus conferatur ciuili societas, Deus obligationem voluit integram mane-
re, nisi forte ipse eam abrogaret.

Nullus enim adhuc tyrannus exiit, qui sine furo aut regis sui iuratu, si,
aut omnes poxit: aut etiam voluit infringere, nisi qui sui imperare neces-
sit, & potes merito capus, aut noluit, ut qui regnum decessit, sicut, nuper ab
Henrico Gallorum in Polonia factum est. Altera tunc conuentionis inter ip-
sum & Polonos conditio essentialis ita violata est, ut subsistere nequiverit, &
resp. fuerit interitura, nisi proceres regni alium sibi regem elegissent. Quid (in-
quies) iniqua si (sui regis imperia) Vnum hoc studiant subiecti, ut sit ius
eius eorum obediencia.

In interdum accidit, ut sibi potestatis iniquitate se: regia superioris manda-
tum, cui tamen se subditus pareat, nihil parcat. Tribus autem rebus, quibus
aequum est, si rex populum suum oneret, peccat quidem ipse, & non minus
eius iniquum est: tamen qui parent nihil peccant. si vero mandatum sit hi-
iustitiam, ut parere vir pius nequeat, quin se scelere aut impietate contamine-
re pareto, atque in ea re constantiam ac fortitudinem retineto. Ceterum
idecirco in ceteris rebus, quibus nec pietas, nec iustitia violatur, ab obediencia
fideque regi debita ne recedat, ac si regno excidisset, ubi eius progredi
pote hominibus non esset.

CAPVT VIII

Aduersariorum regia potestatis argumenta referuntur ad duo, in quibus capit
primum refellit rationes quibus probare conantur, reges esse subditos legibus, et
tempus, quibus procerum populi que potestatem supra reges adferuntur.

Quandoquidem autem regis potestatis aduersari i multas rationes, eas-
que acutas, & ipsorum iudicij, quouis oraculo certiores adferre videntur,
quibus populo proceribusque reges subijciant, non possunt defendi
sunt res omnes ad duo praecipua capita remouebo, primum argumenta e-
uicte, quibus doctre conantur reges esse subditos legibus: in altero, popu-
lum vniuersum habere potestatem in suam regem, siam tyrannum degeneret,
ut regno deturber, nullis solidis verisque argumentis demonstrari, cuiusquam.
Legibus autem subiecti reges, his scire rationibus, quae sequuntur a firmare vo-
lunt: principes (inquies) philo sopherū conuentione confensu, tyrannus defini-
unt eum, qui nullis subiacet legibus, & dominans ad propriam vultatem. De

hac se in definitione tyranni quæ diximus repetere omnia, effert superfluum: hoc fixum esto, eum qui per nefas principatum inuadit, aut illud cum iniuria subiectorum administrat, verè tyrannum dici: eum verò qui legibus eximiar, esse tyrannum, nihil est necesse, quamdiu ius pietatèq; colit. Et quæcumq; admodum publicam utilitatem cum iniuria priuatorum procurare iniquum est, nisi cogat necessitas, cui cedere æquum sit priuatam commoditatem: ita regem proprijs commodis studere citra cuiuscumq; iniuriam, tyrannicum non est. Quando autem philosophi potestatem solutam legibus tyrannidem vocant, id de illa intelligunt, quæ contra ius grassatur, & ex libidine non æquitate gubernat: quod nos non negamus, sicuti imperium quod *Pompejus* dicitur, & nemini sine administrationis rationem reddere tenetur, tyrannidem appellat; et vulgi opinione loquamur, qui neminem credit tanta potentia esse vi.

Deinde pacta conuenta (inquiunt) seruanda sunt regibus. tenentur ergo lege conuentionis, & contractus: quæ cum robur accipiat tum à principe, tum ab ijs qui cum ipso contrahunt, non potest solus non consentientibus ceteris quorum interest, & cum quibus contaxit, eam abrogare. vinculum enim soluitur eodem modo, quo colligatus est. Respondetur: quando solentur legibus rex dicitur, ius gentium, Dei, & naturæ lex excepta intelliguntur, quibus ad seruandam fidem datam in pactis & conuentionibus homines obligantur: de ciuilibus legibus id tantum intelligi debet, quarum rex ipse aut author est, aut quas in sua habet potestate: vtpote quæ ab eius auctoritate pendeant. Gratiæ exempli, leges plerisque in locis vtrant inde annonam, aurum, argentum, ferrum, æs, & id genus nonnulla, quibus regio carere non potest, exportari: incidere tamen messis solito maior, aliæque occasio poterit, quando futurum est, velius reip. potestatem quibusdam fieri transferendi fructuum; & annonam ad exteros.

Multæ causæ occurrere possunt, quibus rex, aut alius cuius summus magistratus, contra communem legem, sine auri, argentum non factum, factumue, aut signatum, suis ditionibus efferrî. Præterea sunt in quouis regno leges poenales quamplurimæ, quarum rigorem moderari ad regem pertinet clementiam. Quoduis furtum etiam simplex morte puniri durum est. Ceruicium aut aprum necesse agricolis apud pleròsq; est capitale, alibi ius fisci grauius inuenitur, vt summum his summa sit iniuria, nisi benignitas & clementia succurrat principis: quod minime poterit, si subijciatur legibus. Digni profectò sunt, qui in has incurrant poenas, & cum quibus summo iure agatur, qui regem subiectum esse oportere suis legibus iudicant.

Si quid ciuiles leges continere cõingat, (vt necesse est multa contineant) proprium Dei, aut naturæ legibus, cuiusmodi sunt de stupris, & adulterijs, de parricidijs, de perurijs, & in Deum blasphemijs, tam populos, quam principes obligatum est: quippe qui Deum supremum Dominum habeant, cuius mandatis ab omnibus parendum est.

Porro fidem seruare tam exteris, quam subiectis ciuibus nature lex est: quæ si violetur à rege subditos patientes ferre iniuriam oportet, quam nemini priuato vti fisci Deus permittit: ipse vindex erit omnis iniuriæ: poenas enim de superioribus suis impere subiecto non solum est.

Alienis

Alienis verò siue hostes siue socij sint, ius suum autoritate publica repere belloq; persequi licet: quod si privata id autoritate facere aliqui audeant, quamvis subiecti non sunt illi principi, inter eos censendi sunt, qui gladius viurpant: adeo res sacra gladius est, ut nemini eo liceat uti, nisi eis qui auctoritate armanur publica.

CAPVT IX.

Quo sensu tenentur rex legibus quibus regnat, alijs ab omnibus legibus civilibus solutus.

Leges tamen (inquiunt) quas rex fert consensu populi, à solo rege abrogari non possunt, nisi populus consentiat: solutus igitur non est legibus. Respondetur aliud esse legem abrogare, aliud legi subiectum non esse: quid absoluta sua potestate rex posse, hic non pluribus est disputandum: hoc tunc satis est, nullam esse legem, rogante populo latam in vero regno, quae rege obliget, ut contra illam legem ire non ei liceat: sed quod nullam abrogat legem particulare regis factum, aut alicui indultum privilegium, etiam si tenent id ab eo factum fuerit, aliam causam habet.

Quando populus à suo rege aliquid decerni, & vim habere legis postulat, quod id fieri sit e rep. vinculum sibi non regi injici rogat. Quod reges in rogâ comitijs latae leges privatim non abrogant, causa est ne abrogando receptâ legem regno & sibi ipsi detrimentum adferant; idcirco discipulanda res est: & prius quid emolumenti, quidue damni, ex abrogatione veteris legis, & nominatione euenturum esse timendum sperandumue sit, examinandum, quod regi licet, et saepe nocet, interest maiestatis regiae, nihil fecisse videri temere; & consilio malo abrogasse, quod bono fuerat ante constitutum, & postea mutare cogatur.

Addunt lege illa necessario teneri regem qui regnat, imperiumque, summamque obtinet: & Romanos imperatores, qui lege regia soluti erant omnibus legibus, illa lege frai non potuisse, nisi ea tenerentur, respondetur leges quibus alicui adferitur, ei nullam subiectionem neq; seruitutem adferre; sed dominium & imperium: ferricq; ne vim & iniuriam patiat in iure suo. Quae cum non iniquant potentiam eorum in quorum sunt latae favorem, obligant proprie alium quemvis potius; qui vim atq; iniuriam alieno iuri intorto velit, quam eos, quibus cautum esse volunt. Lex quae Dei cultum praecipit, homines non Deum obligat: & ea quae iubet honorari parentes, natos non ipsos parentes: lex regia de imperatoris iure lata, non obligat imperatorem, cui potestatem facit liberam omnium legum, sed subiectos imperio legum, ut eam suo illo concessio iure liberè uti frui sinant.

Lex illa quae regnum confert regi, aut è gentium iure nata est, aut civili, & duos respicit, regem & subiectum populum: regi necessitatem nullam, nec obligationem adfert (nisi forte apud Deum) in arbitrio & potestate regis est abdicare se magistratu, & regnum tradere alteri. Dictaturam deponere Romanis, qui eam diutius retinuisse poterant, si libuisset sed subiecti obligantur eum regem recipere; quem iura gentium legesq; civiles designant: ipsi venientibus legibus, ipsi eis alligantur, ac veluti quibusdam necessitatis vinculis, ac finibus includuntur. Principes autem qui illis solvantur, suntq; reges & domini, obligari proprie illis non possunt dici.

Insatur praeerea valde hoc modo. In diversis regnia varia sunt regni iura.

iura. Nam est vbi regnum traditur regi & ipsius hæredibus, quicunq; illi futuri sint, & cuiuscunq; sexus: formine succedunt æque ac mares: alibi solos maris admissunt, & interdum cum hac conditione, si videbuntur digni, & ea re, prudentia, aq; virtute sint, vt per se regnum queant administrare. Has vob leges cum infringere reges non possunt, arguit eos regni legibus esse subiectos: gratiã exempli, regni hæredem si contra has leges solus rex constituerit, vt potest filiam vbi excluduntur formine, aut natu minorem filium præterulerit maioris; res non tenebit, & perfidiæ crimen rex incurret, si in legem illam iuravit. respondetur, pacta conuenta (vt diximus) legibus Dei & naturæ: nitiã quibus nemo sinus vnquam reges, exemit iura regnorum ipsius rei natura pacta conuenta quædam esse, interrogem & populum, quibus tam rex quam populus tractatur. Sed hoc non magis subijcit regem legibus regni sui, quam vicinorũ regum & populorum, cum quibus pacta conuenta fœderatque societatis intercedere varia sæpè contingit. nulla lex manavit à populo proceribus, quæ regem non seipso obligaret: vtriq; ex illa conuentione pariter tenentur: & quemadmodum iura illa regni rex mutare non potest, ita nec proceres popululue: obligatio mutua est. Quod si iura illa proceres popululue infringant, rex de eis sumere potest supplicium, quippè qui rex sit, & gladio armatus, ad dignitatem imperij sui defendendam. In regem vob labefactantem illa iura, si monarcha sit, par non est procerum aut populi potestas, vt cum vocare in ius possint, & vt causam dicat compellere: non enim habet superiorem in regno suo iudicem, nec cum bello cogere possunt, qui ius non habeat vtendi gladio, nisi ad mandatu regis sui, qui subiectos nunquam armabit in se. Perfidie quidem rex agit, Deoq; suo iudici & Domino violant conuentionis pœnas aliquando daturus est. Multis quidem modis tum in se, & familiam suam, tum in regnum & populum suum peccat. primò ipse res quo regnat labefactat, deinde natos aut alios hæredes iure illo, quo ipse rex factus est priuatis postremò regni hæredes inter se committit, regnumq; bello civili exponit, & in factiones diuidit. Nam populus huius iuris non ignarus non facile obtemperabit ei, qui contra leges irrepserit, populus semper prolixior erit in eos, quos sibi ius reges dedit.

CAPVT X.

*Reges patribus in iudicibus facere possunt, ut de præditiõ, & de rebus ad fscum re-
giam pertinentibus iudicent, secundum leges & regni iura, sed non de parricidio,
aut alia quouis crimine, si quod commiserint.*

Item absurdum esse contendunt, subditos iudicio cum rege expectari de suo-
sædo, & iure alienius aq; si legibus subiectus non est: & regni iudices de rege
sæpe sententiam in priuata re posse, non autem in grauissima, ex qua salus
totius pendeat reipublice. Buchananus hæc sunt, *iniquum cerò est de præditiõ,
de iudicibus, de supplicio, aduersus regem iudicium dari, & parricidij puniri, per doli-
ctum nullum esse iudicium: in vniuersis rebus sententia iuris vni, in maximis flagi-
tiis summam licentiam & imperiãtatem permitti.* Respondet in hoc differre regem
à tyranno, quòd aliena capere vi, aut contra reges sibi quicquam retinere no-
lit: & quauis legibus sit exemptus, secundum leges tamen iuratur, pœnitentiaq;
suos iudices secundum leges, de suis præditiõ, & id genus pluribus iudica-
re: potest etiam enim illi sibi subiectis iudicibus potest facere, quia de pœni-

nia tantum agitur, quam in suis rex habet dispositione: at ubi capitis, aut fame periculi est; quum vitę suę rex, aut fame potestate non habeat, non magis auctoritatem iudicibus dare contra seipsum potest, quam seipsum necare, nisi prius se regno abdicet, & priuatus fiat, iudicęq; potestatem ab alio rego.

Hinc Dauid perpetrato adulterio, & cęde Vrię, quando peccatum suum deslet, & obsecrat, ait, *Tibi soli peccavi, & malis coram oculis tuis feci*. Insigne tamę iniuriam fecerat Vrię fideli suo: sed quia nemo erat illius iuriz nisi Deus, sensus est; ego tibi soli iudici peccavi, quippe qui *præter te nullum habeo iudicem, qui uelisci peccatum quod commisi possis*. In illum enim maxime peccare videmur, qui uictor est legis violatę. In hanc sententiam D. Ambrosius in apologia Dauid, cap. 10. scribit; *Reg. utique erat Dauid, (inquit) nulli ipsa legitur tributum, quia liberi sunt reges: a vinculo delictorum. Reg. enim illis ad penam uocantur legibus, pœni imperij potestate. Homini ergo nō peccauit, cui non tribuunt obnoxium*.

Iudices inferioreq; omnes magistratus sub regibus & a regibus constituti, nomine ipsorū non suo causas cognoscunt, liteq; dirimunt; & reges sistere reuo caręq; potestatem illam possunt, quando uolunt. In causis autę regis, tantum tanquam arbitri sedent, non enim sunt regis sui legitimi iudices.

Causa nulla est, ea quę est capitis & fame regis excepta, de qua permittente rege iudicare non possunt, æstimaturq; eorum iudicandi auctoritas non grauitate, aut exilitate rei, sed regis arbitrio & uoluntate.

Sententia autę non a suo iudice lata nulla est: ce quis in regno regis est iudex, & omnis iudicium potestas ac iurisdictionis a rege manat, nec in regem tantum in hominem suę iurisdictionis subiectum possunt ab eo delegari iudices ferre sententiam, non magis quam rex in seipsum. & quamuis mille mortes esset meritis, in eum animaduertendi non magis potestatem habent, quam rex ipse in seipsum, ut se ipse iugulet, propter aliquod ab eo perpetratum flagitium. Nummos & agros suos, & alia quę numerantur in bonis, rex habet in sua potestate, & mandare potest iudicibus, ut de ijs secundum communes ciuium leges statuunt, & subiectis permittere, ut de iure legibus cum eo descendant; uicę uerō, & fame ipsius alia est ratio, earum exponendi potestatem subditorū iudicio non habet. penitende enim illud esset, ac si rex scellitici portigaret gladium dicens, Homo seclustus ego sum, & morte dignus, percutio me.

CAPITULUM XL. De potestate regis in iudicibus.

Tunc rex reges legibus solui sunt, tamen secundum leges uiuunt.

AT, inquit, Alexander ad Antigonium rescripsit, *Nihil iam proprium imperij esse, quam legibus uiuere*. Idem etiam Alexander Antigono rescripsit, *his imperfectis uisum est imperatorem capere non posse, sapē constitutum esse*. Plato ait, *qui legibus seruauit, dijs ipsis seruit*. & Aristoteles, *qui legem præ se esse uult, in uelle uidetur Deum imperare, qui autem uult hominem, in eum etiam bellum adinuenit*. Ita q; non magis absurdum est, reges subesse legibus, quam Deo. Unde Martianus in libro D. *Qui in bonis legibus obtemperant, non enim in iudicij damnare aut absolute Titus dicit Sempronius uescio quomodo affirmandum est, sed lex ipsa. Legibus parere honoris factum etiam iudicantur imperatores Theodosius, & Valentinianus*. eorum uerba hæc sunt, *digna (inquit) maiestatis regnantis rex est, legibus esse alligatum principem futuri, & reuerē, imperio maius est subuicere legibus principatum, & seruare præsertim edictis, quod nobis licere non patimur, alijs iudicantur*.

Dat. 3. Idus Iun. Reatinæ, Florentiæ, & Dionysio Caff.

Omnes æquissimum semper indicant, ut quis legem patiat, quam ipse tulerit. Zaleucus commendatur, quod cum Locrorum legislator esset, penam quam contra adukeros lege sancierat, ut viroq; priuarentur oculo, filio adultærij reo remittere noluerit. sed quam in patris honorem tota ciuitas adolescenti postularer ignosci, precibus victus, ita seueritatem suæ legis temperauit, ut sibi iuberet alterum oculum erui, ut filio vnâ seruariet oculum, & pœnæ partem dimidiam ipse ferret, quæ condonabatur ipsius filio. Ius ciuile Romanum multas leges continet de iure imperatorum; quæ frustra latæ fuissent, si illis subiecti non essent.

Respondeo, quo modo hæc intelligenda sint, ipsæ leges & doctissimi atque integerrimi viri, qui sub imperatoribus vixerunt, docent. Paulus lib. 5. senatus interuenit scriptis, *ex imperatores leges a vel fidei commissa imperatores vnus dicere inuenerunt non est. decet enim iam a maiestati eas seruare leges quibus ipse solus esse videtur.* Et Plinius iunior, exponit de voluntaria submissione, sicut iam notauimus, non de legis virtute, quæ in principem nulla est: ita enim de Traiano scripsit, *in nostris quor, simili religione ipse se legibus subiecit Caesar, quas nemo principi scripsit.* hic audimus non esse scriptas principibus leges, quibus tamen vltro se subiecit Traianus, subijcuntq; omnes alij boni principes. Theodosius Gothorum & Romanorum rex senatui urbis Romæ rescripsit, *Imperioq; vniuersæ res esse pietas nostra P. C. quando propria voluntate vincuntur, qui alius conditionibus non tenentur.* Nam cum Deo præstante possimus omnia, sola nobis licere credimus laudanda. Legibus esse solum, nemo bonus interpretatur, idem esse, quod iura legesq; violare, & belluarum more viuere. Legibus namq; non teneri, & in omnibus legum æquitatem tenere, nihil inter se pugnant. Voluntaria submissione maiestatem principis nihil lædit, nec absolutam ipsius potestatem minuit. Non enim soluitur legibus, ut secleratè & impite viuat, sed ut eas rogat, modereturque sua æquitate & prudètia, prout res, tempusq; postulare videbitur.

Ciuitatis regniq; sui legibus principem obligari, & hoc argumento probare conantur: Ciuitas cæcis est hominum iuris consensu & utilitatis communicatione sociatus: quo & princeps regnum obtinet, ac more aliorum ciuium agros & fundos suos, aliaq; quæ numerantur in bonis possidet. At hominum nulla multitudo conuenire potest, ut societate iungatur, & populum ciuitatemue constituat, nisi certis inter se deuiantur legibus: quæ si dissoluantur, dissoluitur etiam societas, siue ab ipso populo id fiat secum vniuerso, siue cum principe. eadem enim est principis ratio cum populo, quæ populi inter se. qui quemadmodum ex vaga multitudine foedere mutuo inter se iunguntur, & ciuitatem constituunt; similiter princeps cum populo, qui pactis quibusdam principatum accipit, quæ si violantur, perit societas. iam plures dici iure gentium, legesq; ea, cum quo nati sumus, mortales teneri, quæ usq; illi sint, & illa lege prima fuisse comparata regna, primaq; coaluisse hominum societates, ante vllas scriptas leges illud naturæ ius vnum, & idem immorui vbiq; a. pud omnes gentes viguit. hoc iure sublato fateor. nullum regnum, nullam ciuitatem, nullam denique hominum societatem posse consistere.

Ciuile vero ius cum varium, inconstans, ac mobile sit, & proprium cuiusq; genti

genti & tempori, in arbitrio, ac moderatione fixum esse dicimus boni & prudentis principis, aut eorum penes quos summum reip. est imperium. Qui cum illud ius ex causa mutare possint, eo teneri non possunt. Quod tamen non ed. valet, vt leges patrias reges contemnant, & solutijs subiectis viuant; atque hac licentia ad omnem abutantur turpitudinem: sed vt intelligatur supremam imperij potestatem, legum repagula effringere posse, quando cumque æquum & bonum, aut publicum commodum id postulat: deinde si iura violari contingat ab eo, cui summum Deus commisit imperium, nullum esse supra supremum iudicem alium hinc in terris, qui eum iudicet, cogatq; in ordinem.

CAPVT XII.

Argumentantur reges Persarum, & Medorum sua decreta non potuisse reuocare, & subiectos fuisse suis legibus: similiter reges Anglorum teneri decretis suorum parliamentorum.

Argumentum aliud ex sacra historia quod adferunt, magnam habet veri speciem: nempe, regum Assyriorum, Babyloniorum, Medorum atque Persarum maior (inquunt) fuit potestas in subditos, quam sit nostrorum regum, vt domini gentium verius, quam reges fuerint: tamen suis ipsi subiciebantur legibus, nec eas poterant tollere quas rulerant. Estheris & Danielis historie notæ sunt, Decretum quod de consilio septemviroorum signatum, set rex, lex erat adeo firma, vt secundum institutum Medorum & Persarum reuocari ab ipso rege non posset. Id apparuit in Danielis periculo, qui contra regis edictum intra vetitos dies Deum ter in die precatus fuerat. quamuis enim rex liberare cuperet, non tamen aut legem reuocare, aut ei derogare regia sua potestate potuit. Si quam suam legem regi frangere fas esse debeat, illam inprimis deceret reuocari posse, quæ tum iniqua & impia, tum circumuento rege per fraudem aulicorum esset obtenta: sed Medorum & Persarum leges inuolabiles erant, & quicquid vim legis semel obtinuerat, fixum & immotum manebat. Decreto regis semel abdicata Vasthi, & regno depulsa, & reconciliationis cum marito spes ablata erat. Repudiata quidem coniugis regem cum miseresceret, statim obuiam itum est à sapientibus novo coniugio, itaq; nec Dario liberare Danielem, nec Assuero reuocare uxorem, per leges Medorum atq; Persarum licuit, frustra totum diem tanquam monarcha laborauit, vt hominem quem nōrat pium atque innocentem mortis periculo subtraheret. tanta erat legum vis atque autoritas, vt qui alias suos reges nihil non posse volebant, contra leges tamen quarum ipsimet authores fuerant, nihil valerent.

Ordines apud Gallos conuocari soliti, idem robur quondam habebant, vt irritum fieri nec ab ipso posset rege, quicquid de consilio stansset ordinum, qui mos est etiam apud Anglos: & in decretorum conceptis formulis, ordines ita loqui inueniuntur: *relatum in acta id. quoque esto, auctoritate huius parliamenti statum, &c.* quibus verbis indicari videtur pondus addi regio decreto, vt à principe postea nequeat tolli, nisi prius a cæteris eadem autoritas, & diplomata veterum Gallia regum signata reperiuntur manibus nobilium, qui tunc adstant regi: vnde apparet maiore quadam auctoritate leges condi solitas, quam sit ipsius principatus, subiectosq; illis legibus fuisse reges.

Hoc

Hoc argumentum & quicquid in eo roboris, & virum propono, non (qui est mos quorundam) incisus neruis elumbe illud reddo, vt à me queat facile proferri. Attende igitur, candide lector, & vide quomodo in speciem verisimilis oratio, incautus sæpè fallat, cuius tamen solutio facilis est. Viti sapientes olim indicauerè (quod res est) habere vacillantes leges, eaque subinde figere atque refigere, contemptum earum ciuitati adferre, cui sacrosanctæ esse debent: quare antequam ferantur, multa esse consideranda, quæ multos facile fugiunt; & in rege leuitate & inconstantia nihil esse turpius. haud decere regem, quicquam mandasse leuiter atque temerè videri, cuius statim cū poeniteat, & tollere labore, interesse plurimum ad ipsius existimationem, quicquid seridè semel pronunciaffet, haberi instar diuini oraculi. Quoniam multi sunt, qui regum clementiæ ac facilitati insidiantur, à quibus facile potest decipi: In decretis legibusque condendis, aut abrogandis, multorum sapientium consilio opus est, ne quod ab eis emanabit surteptium existimetur: & in hac re non tam regiæ potentiæ derogatur, quam consolitur.

In parlamentis nihil ordines ex imperio iubeat: sed supplices accedunt ad summa regem, cui quid fieri ipsius, & regni intersit, indicant: & autoritas tanti consilij non est alicuius in regem potestatis, aut imperij, sed prudentiæ & consilij eorum, qui nouum decretum fieri rogant, eique sese nomine totius regni subiacentem.

Septemviri qui fuere Persarum regibus auctores alicuius decreti, suadebāt & hortabantur, quod ipsis videbatur uelle, non imperabant: & decretū (quod tunc; illud fuit) a voluntate regis, non ab ipsis, auctoritate accepit.

Quod attinet Persarum morem, dico regem voluisse utrobique vitare notam leuitatis, contemptumque subditorum suorum, quæ ex mutandi facilitate nascitur. Quod leges instituitque Medorum attinet, nihil ad obligandum regem, sed populum factum est: quemadmodum ex illis iisdem locis apparet. Mutauit enim Assuerus decretum suum quod Haman ab eo contra gentem Iudæicam obtinuerat. Idem oportuisse à Dario esse factum in causa Danielis quis dubitat? iniquum erat edictum, innocentia pietasque Danielis reginota erat, firmos subditos ad terrorem subditorum erat, vt transgressoribus spes nulla esset veniæ, non vt Regi necessitas parendi imponeretur. Edictum illud ad stabilendam noui regis auctoritatem & reuerentiam in nouo populo, Danielis inimici factum videtur uoluisse: ex cuius abrogatione in gratiam vniuersi hominis, multa mala poterant allegari euentura. Persuasionibus ergo cum rege actum est, non auctoritate. Si nullum liberandi Danielis Rex habuisset spem, non tempus protaxisset, non tantum in ea re frustra laborasset, victor igitur in potentatū sacra parū cessit, sperans fore, vt Deus sententiam suam conseruaret. . Constitit etiam Cyri edictum, de construendo templo Ierosolymitano, ipso adhuc in viuis existente fuisse reuocatum. Præterea mutata sententia, Cyrus mortis poenam, quam in Creso consulerat, ei remisit, utiq; cum domum: vnde apparet Persarum Reges edictorum suorum, legumque, plenam habuisse potestatem, & quod regium est, fuisse solutos legibus, quæ non sibi sed subditis ferrebant. Cum regibus Galliarum quod diplomata olim signabantur, factum est collentis suspitionis, ne scriptum diploma

diploma potius, quam à rege impetratū videretur. Sed quā hoc sit leue, signa secretariorum indicant, qui scribunt, literas, hoc magis inuere deberet, non prius esse ratum, quod à rege est impetratum, quam publicis tabulis fuerit illatum de iudicio senatus regij, ad postulationem procuratoris ipsius, qui intercedere ex fide quam iuravit suo principi, tenetur, si quid in sit quod aut ini- quum sit, regij; & recip. detrimentum iudicet esse allatum, quæ res tamen non est alicuius supra regem authoritatis argumentum, sed fidelitatis.

C A P V T XIII.

Maiores est regum authoritas in subiectum populum, quam fuit olim Romanorum Cesarum, in populum Romanum.

VEhementius adhuc alia rationatione insinuat. Principatus (inquiunt) lege regia imperatoribus Romanis datus, de iuris authoritate pende- bat, non gentium, neq; diuinæ legis, sed hominum: at illam esse maiorem ipso principatu oportet, ut pote quæ principatum haberet in sua potestate; aliis de principatu constituere nihil potuisset. Subsistat igitur illius potestatis legibus, & arbitrio, quibus eorum principatus nititur. Etenim principatus est quidam magistratus à populo, vel à proceribus institutus, quorum consensu & authoritate rempublicam gerat: ut quidquid agit, censetur agere populi, procerumque consensu & authoritate, non sua, sicut nec ceteri magistratus, vnde consequitur principem leges condere maiore quadam potestate, quam ipse est principatus, & principem qui se legibus subicit, non seipsum sibi, sed potestati illi se submittere, quæ princeps est constitutus.

Hic nodus quibusdam videtur esse Gordius, quem tamen non secare, sed soluere (Deo dante) mihi propositum est. Atque ita respondeo, nihil me in hoc argumento reprehendere, si de populi Romani principe intelligatur, in quem senatus populūq; Romanus nunquam tantam potestatem transfudit, quin sibi retinuerit maiorem quamdiu liber fuit. Transferendo imperium illud à se non abdicauit: quod translationis genus communicatio quædam est imperij potius dicenda, quam translatio. Nam lege regia non regnum conferri censebatur, sed quædam tantum potestas, quæ regum propria, summūq; imperij erat, quod penes populum remanebat. Lex regia non semper eadem dabatur omnibus imperatoribus: & quæ datur fuerunt, certis imperium includebant terminis, quod populus æternum & absolutum habebat, nullis terminatum legum finibus, nisi solius Dei, & iuris omnium gentium.

Discrimen magnum esse inter regnum, & Romanum principatum inde cognosci potest, quod Suetonius narrat de Caligula, *Quem (inquit) aduenerat forte reges, qui officij causa in urbem aduenerant, certantes apud se de nobilitate generis, exclamant, eis imperio igitur, eis summo: Nec unquam abfuit, quin statim si adema sumeret, speciemque principatus in regni formam converteret. Verum aduensis et principum et regum, se coersisse festinatum, diuinam ex ea maiestatem afferere sibi cupit.* Hac adulatione Caligula deductus est à sua sententia.

E c

Impera-

Imperatorem autem Romanum, quidquid agebat, populi Romani nomine & auctoritate fecisse; non sua, inde fit manifestum; quod propagatis Imperij finibus, non suum, sed populi Romani propagasse Imperium dicebatur.

Modum Imperij nullum plerumque Imperatores tenuisse, tyrannis fuit: in quam Senatus populusque Romanus jure suo animaduertere potuit. quod raro aut nunquam id est factum, aut potentia Caesarum impedimento fuit, aut majoris calamitatis metus. Nero à Senatu condemnatus & hostis iudicatus, quæ sitis fuit ut more majorum puniretur: hoc est, ut nudi hominis ceruice inserta ferrea, virgis ad necem caderetur. Domitiani acta Senatus auctoritate rescissa leguntur. Sub regibus autem nullus est Senatus, in regem qui hoc audeat, aut jure possit, nisi forte apud Lacedæmonios, quorum gubernatio non regia, sed Aristocratica erat. In alijs regnis nusquam reges in jus vocatos, aut causam dicere coactos legimus. Bello autem victos reges concessisse in victoris populi sui leges, & conditiones, vis fuit, non jus: quippe quod bonos pariter ac malos reges in eam calamitatem incidisse certum sit.

Dico igitur non esse parem imperatoris Romani auctoritatem in Senatum, populumque Romanum, quæ est regum in regni sui nobiles, pariter & populum. Vsarpatio quorundam imperatorum supra ipsi datum ius, à tyrannide non potest excusari. Fateor tamen à maiore quadam iuris potestate, regiam ipsam auctoritatem dependere, sed ea meo iudicio non est populi, sed vel Dei, vel naturæ, vel iuris gentium, Dei, ut in Moysi & Davidis imperio; naturæ, ut in primorum patrum, & ab ipsis natorum gubernatione, gentium verò, ut in victorum dominatione in deuictas nationes. Non tamen inde fit consequens, positiuis legibus, quas ex illa auctoritate reges condunt, ipsos esse subiectos, sed populum, quem non tantum propter iram, sed propter conscientiam parere potestati, per Apostolum suum Dominus præcipit, ut ipse quod potestas illa sit ab ipso Deo. In populum autem summi imperij potestatem recidere valde rarum est, quod ubi fit, eodem iure cum populo Romano uti potest.

Sed mihi hoc valde mirum est, eos qui regiam potestatem aut eleuare, aut è medio tollere adnuntur, Romanorum imperatorum iura in populum Romanum, (qui liber erat) potius intueri, quam in debellatas gentes, quibus tanquam reges dominabantur. alio enim iure populo Romano, alio deuictis nationibus imperabant. Francorum, Vandalorum, Longabardorum, & Gothorum reges, in iura Romanorum Imperatorum succedere.

Scio ab illis temporibus, cum subiectis populis, ab ipsis regibus, quibus Romani aut dedere, aut cessere prouincias, conuentiones multas factas & transactas esse: sed ex alijs causis quam somniant regie potestatis inimici, qui omnes populos fingunt liberos, certis legibus admisisse, aut vocasse reges; cum plerique omnes bello victi, à victoribus accipere leges coacti fuerint.

Regna quæ hodie in vniuerso sunt orbe, à bello inceperunt, iusto an iniusto, rebus in tranquillum statum adductis, & imperio semel constituto, non est inquirendum. Turbatis rebus bello pax queritur, & barbarum ac motuum finis: qui nullus vnquam futurus est quamdiu de iure disceptabimur. Hispania

rex

rex in America hodie dominatur, si quaeratur quo iure, iusta belli causa nascetur. si quondam de Romanis quaesitum esset, quo iure imperarent Asia, Africa, & penè toti Europæ, nunquam defectionis, & nouarum rerum causæ defuissent.

CAPVT XIII.

Absurdum est adserere, leges latas esse coercendis regibus: leges & privilegia, quibus accisa est regum potentia, profecta sunt ab ipsis regibus.

Idem Buchananus hoc modo argumentatur: *Quandoquidem rex homo est, quàm multa per ignorantiam & errorem, multa sponte, multa propè imitus peccare solet, quippe animal ad omnè fauoris & odij auram facile mutabile, quod vitio magistratus attingere etiam solet, omnes enim licentia deteriores sumus, leges que eum in officio continent, & ignorantem quid factò opus sit doceant, & aberrantem in viam reducant, salubriter sunt inueniæ: qua cerè imitiles essent, nisi contra regem legibus agere fas esset.* Huic argumento superius ex parte responsum effertant tantùm bonæ istæ rationes, reges esse homines qui multa peccare possunt &c. quas agnosco; sed coercendis regibus vllas fuisse latas leges, non satis intelligo. cuperem enim id demonstrari certis, & veris, aut saltem verisimilibus rationibus. Coercendis populis leges à regibus esse latas, legisse & audisse memini à populo verò regibus coercendis nunquam.

Quando populus Romanus principem vniùm necessarium regendo imperio iudicauit, lege regia legibus eum soluit, quòd hæc duo simul non stent, quempiam principatum tenere in rep. & legibus simul adstrictum esse. Regis ignorantia & error doceri, & sicubi aberret in viam reduci potest, etiam si nullis sit alligatus legibus. Imperatores suos esse homines, Romani non ignorabant, & multa per ignorantiam & errorem, multa sponte, multa imitus peccare, & animal esse ad omnem fauoris & odij auram facile mutabile, & licentia in pessimos mores degenerare, vsu & experientia didicerant: tamen Vespasianum, & alios præterea qui secuti sunt imperatores lege regia legibus esse solutos voluerunt, quòd hodie legibus ordines imperij adstringunt Romanum imperatorem, & alij alios quosdam reges, vtile necne sit imperio, & regnis vehementer dubito, vereor ne potiùs id vtile sit prinatim paucis, quàm in vniuersum omnibus, qui viuunt sub Romano imperio, & regnia, vbi regia potestas multis modis accisa est.

Errant qui putant illas leges potiùs esse populi & procerum, quàm ipsorum imperatorum, & regum privilegia, qui suæ potentiaæ prodigi eam abliguerunt. Quod & ipse Buchananus non diffitetur quando ait, *reges populo non esse incredibile multa concessisse, vt stabilem regni sedem in sua familia collocarent, quæ coniectura eum fefellit, quum nullibi minus regnum sit familiae proprium & hæreditarium, quàm vbi populus proceres sue plurimum possunt, & regia potentia diminuta est.*

Sed vt veritas magis fiat manifesta, prima incrementa Romani imperij velim lectorem recordari; quomodo prouincia, & regna aut bello subacta, aut testamento Romanis relicta, libertatè acceperint, aut seruitutè per-tulerint, maiorem aut minorem, non ex præscriptis legibus deuicti aut accepti populi, sed vt Romanis viliùm est suis rebus esse vtile; deinde quæ & quot

mutationes, potest sub eodem imperio interuenire, & inuenient seruitutem, & libertatem, & omnia deniq; bona vel mala, ab imperatoribus esse profecta, & auctoris, aut propitijs, prout ipsis data, vel accepta fuit occasio. & minimum hinc potuisse auctoritatem populi.

Gentis Anglicæ quæ fuerint initia non ignorant ij qui vel mediocriter tantum in historiarum lectione sunt versati, quod postea clementia regum qui scisci sunt ex tēpora, populis indulfit, aut nobilitati dedit, isti populi non potest adscribi.

CAPVT XV.

Quod episcopi Romani olim vixit subiectus canonicis ecclesie, & quod imperatoris leges cedunt sacris canonibus, non atque reges subiectos esse legibus civilibus.

Item ratiocinantur similiter ab auctoritate Romani pontificis hoc modo: Romani pontifices longè regum omnium condicione sunt superiores, qui tamen legibus ecclesiasticis haud eximuntur: igitur nec reges ciuilibus. Gregorius Papa ad Mantuanum, & Thomas scribit, iustitiam & rationis ordinem suadere, ut qui alijs de iustis suis mandata seruare desiderant, decessoribus sui procul dubio voluntatem & statuta custodiant, & Zozimus contra statuta pacem conderere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis (inquit) potest auctoritas, apud nos incommulsi radicibus viuat antiquitas, cui decreta patrum sanare reuerentiam, &c. In hanc sententiam ex vetustioribus canonicis placita citari possunt, quibus manifestum sit Romanum episcopum non solum ac alij episcopi subiectum esse regulis ac decretis ecclesiasticis.

Responsio est facili, confundi Romani episcopatus tempora, olim quando episcopatus Romanus nondum degenerat in tyrannidem, verum est episcopum Romanum fuisse subiectum ecclesiasticis regulis, sicut ceteri omnes ecclesiarum alij episcopi, sed manifestum est longè aliam esse administrationem ecclesie quam est regni, & episcoporum auctoritatem non esse regiam dominationem, nunc vero episcopus Romanus eo peruenit superbie, ut non tantum suam potestatem supra ecclesiasticos extulerit canones, sed etiam reoannes alias leges tam diuinas, quam humanas suo subiecerit arbitrio. Quum igitur episcopi Romani ecclesiasticis constitutionibus (nisi quantum rerum suarum ipsi interesse videatur) non pareant: malè contra reges inde colligunt argumentum.

Præterea argumentatur hoc modo, imperatoris leges sacris episcoporum canonicis reuerentiam deferunt, ea tamen submissione minus suam maiestatem imperatoris non indicant, deinde constat etiam reges & imperatores ecclesiasticis legibus & censuris esse subiectos, quid nō ergo & ciuilibus?

Respondeo, legum ecclesiasticarum alias esse desumptas ex sacris literis quæ potius inter diuinas leges sunt censendas, quam humanas, de quibus iam sæpius diximus, illis etiam reges tenent: alias esse de rebus medijs in bonum faciem & ecclesie ædificationem: alias, ad quas pij principes ex parte obligantur, quod ex iure diuino tenentur ea promouere, quæ conducunt regno Dei & animarum saluti: sicut inter leges civiles, quæ sunt propria,

propriae, innumeræ sunt, quæ naturaliter æquitate; secundum quas & rex ac populus vicarij debet influere, vt jam pluries est responsum. & controuersia nostra est de iure populi in regem, si contingat eum grauiter in illas leges peccare.

Verum enimuero tantum abest, vt reges & summi magistratus teneantur episcoporum decretis, vt ne plebeios quidem affirmare auidam illis obseruandis obligari, nisi quatenus à diuina lege ducantur. Non enim Apostoli, ceterique ecclesiarum Christi pastores, Pharisaico more quibusuis auctoritate possunt fideles constitutiunculis. ipsi sunt verius diuinæ legis euangelijq; interpretes, quàm legistatores.

Gubernatio quidem regimèq; ecclesiæ cum cælesti potestate ipsis commissum est, sed diuersum à terræa dominatione. Hinc protestatio illa Pauli ad Corinthios, non quòd dominemur fidei vestræ: & Diui Petri admonitio ad ecclesiæ presbvteros, vt pastant Dei gregem, eiusq; curam habeant, ea tamen modestia & moderatione, ne videantur dominari in clarum: quibus præceptis & id genus plurimis, impotentissimus Romani episcopi dominatus manifestè damnatur. Quocirca Canones ecclesiastici & sanctorum patrum decreta, nullam vim legis in christiana rep. obtinent, nisi quatenus ab imperatoribus comprobantur. Iustinianus in Nouell. consti. 131. quatuor Conciliorum decreta, & Canones imperatoria auctoritate sancit pro legè haberi.

D. Paulus ceteriq; Apostoli nihil ex Imperis tradidere ecclesijs, quod à Domino non acceperant, sicut in ipsorum legatione Dominus iusserat, ea genes doceri quæ mandauerat. Quandocunq; Paulus ex suo sensu quidpiam docet, quod à Domino traditum non fuerat, hac admonitione vitur, Dico ego non Dominus. Quod Apostoli homines cum essent priuati, tamen Ierosolymis decreta eisiderunt de non edendo sanguine, & suffocato, argumentum non est idoneum probandæ episcopali potentæ, vt fidelibus quodcumque videbitur, imponere possent onas. habuerunt Apostoli spiritum sanctum directorem, sicut ab ipsis fuit adnotatum, quando scripserunt, visum fuisse spiritui sancto. Quis tamen Apostolis peculiaris fueris, nunquam tamen vllis pijs episcopis defuit, qui in ministerio suo humanis perturbationibus non dederè locum, sed prætor Dei gloriam & ecclesiæ Domini nostri salutem nihil quæsierunt. ipsi nulla potestatis Apostolicæ opinione inflati, humeris hominum graua nulla onera alligarunt, quæ ipsi ne digito quidem tangere dignarentur, sed ea demtaxat tradiderunt quæ christianæ pacis & concordie stabilendæ aut publicæ honestatis ordinisq; causa sunt necessaria: cujus generis illud decretum Apostolicum tunc temporis fuit.

Quidquid honestum est, & cum ædificatione ecclesiæ conueniens, in diuinis præceptis est numerandum; quæ sola, cum auctoritate docere oportet ecclesiarum pastores: quibus quidem qui se præbet obsequentem, Deo paret, non homini, quo tantum vitur mencio. Sed quidquid est huius generis constitutionum, antè priuata tantum sunt habenda, quamdiu solos episcopos habeant auctores. Quæ tum demum publicæ legis vigorem obtinent, quando regia auctoritate probantur. & hæc est illa reuerentia qua imperatoris & regis leges dignantur sacros episcoporum canones, quando vim legis obtinere suis

suos edictis eos iubent, tolluntq; leges contrarias.

Quod censuras ecclesie attinet, suo loco diximus, quatenus sint illis subiecti reges & alij penes quos summum reipublice Christiane Deus constituit Imperium. Interim id notandum, censuras ecclesie, nihil habere commune cum poenis ciuilibus. Itaque huic disputationi finem faciam, in qua (ni fallor) aduersariorum precipua mihi videor confutasse argumenta: nullum prudens praetermissi quod alicujus esse momenti iudicari, & quod dissolui ex ijs quae dicta sunt, facile nequeat.

CAPVT XVI.

Mala populi definitio rejicitur, & bona confirmatur: & qua sit liberi populi potestas in rep. qua autem in regno sub regum imperio, declaratur.

Populi potestatem in suos reges qui tuentur, propriae conscientiae testimonio redarguti, populi vocabulum ad paucos viros graues è tota rep. selectos qui populum representent restringunt: & hos esse aiunt qui patres vocantur in Gallia, alibi Palatini ac regni Duces, & Barones, Proceres, & qui sunt regni officarij, inferioresq; omnes magistratus: qui tamen non magis referunt populum, quam equus asinum. Non enim ignorant populum esse belluam multorum capitum, à qua nihil boni sit expectandum: sed non vident se dum hoc faciunt, non tam regnum in Democratiam, quam simul Democratiam & Monarchiam in Aristocratiam transformare. Qui è populo tantum probos & rerum peritos (qui pauci sunt respectu multitudinis) admittunt, popularem statum cogitatione sibi fingunt, qui nullus vnquam fuit, & verbis populo summum imperium tribuunt, re ipsa optimatibus.

Exemplar status popularis, ex Romana historia & Graecorum rebus, aut etiam Helueticorum, qui à nobis non sunt admodum remotè distiti, si quis petat, non inueniet ceteri in populo solos patricios, & in *uampidas*, aliosque viros primarios, graues, & vsu rerum peritos; verum promiscuam multitudinem, in tribus & classes distributam, quae non raro multitudine suffragiorum meliorem ciuitatis partem superat. Manifestum fuit discrimen apud Romanos inter Senatum, & populum. Senatus vocabulo intelligebantur patricij, populi verò plebs. Excogitare res quae non sunt, vt dixi, ad contemplationem pertinet Philosophorum otio abutentium: qui populi mores probe formare desiderant, de rebus vt sunt, ipsis differendum est.

Nihil opus est nouam populi definitionem comminisci: extat vetus populi definitio olim à Cicerone tradita, probata theologis & jurisconsultis; nempe quòd sit *cetus multitudinis, iuris consensu, & utilitatis communionem sociatus*. Populi quidem nomine interdum, aliter atque plebis, Romae omnes ordines continebantur, plebis verò tantum multitudo: cuius quantitas fuerit, tum Romae, tum Athenis potestas, nihil opus est commemorare.

Sed quidquid popularis tyrannidis defensores versute disputent, populi nomine intelligant oportet plebem discretam ab ordine nobilium. Quod si negent, per se eorum argumenta concidunt. Nemo vnquam optimates sine plebe, populi vocabulo significauit, utrosque intelligant necesse est aut solam plebem;

plebem: aliàs ambiguitate vocis, seipſos ac ſuos lectores facile erit fallere, Romana plebs optimates ſuos sæpè coëgit in ordinem: idem fecit Athenienſis. in promiſcua multitudine; plures mali, & ſeditioſi ſemper fuere, quàm boni: tamen eius erat velle, & jubere, quidquid iſis de rep. videbatur.

Et quòd tyrannicum in regibus creditur, rogatus populus de re grauiffima, ſic ſe velle, & jubere respondebat. Tribuni plebis, imò ipſi Conſules quando populum alloquebantur, rogationem claudebant his duobus verbis, *velim, iubeam*: & quando ad populum Conſules deſcendebant, inſignia ſummi magiſtratus demittebant. Hinc nos diſcere conuenit, quid populi nomine fit intelligendum, & quæ ſit liberi populi poteſtas.

Populum vniuerſum magnæ alicujus provincie, non poſſe in vnum locum conuenire, certum eſt. Athenæ, & Roma vrbes erant, in quibus id facile fieri potuit. quare delegari quosdam qui populum referant, & mandata ſui populi in comitijs proponant, factis eſſe putant: in qua re tamen occurrit difficultas, quòd iſti, qui mittentur tantùm legati & procuratores futuri ſunt, quibus liber populus modum, ſineſq; legationis præſcribendi habet poteſtatem. nam in ſuos legatos, vt omnem ſuam transferat poteſtatem agendi, & tranſigendi, ac ſi præſens a deſſet, ita vt quidquid fuerit tranſactum de conſenſu majoris partis ſtet firmum; quidquid illud erit, cogi non poteſt, & miſſitando, conſultandoq; extrahetur tempus, & factum inſectum erit, ſi non probetur populo quod legati de creauerunt, quum ſecundum iſtos populus ſuo iure abdicare ſe non poſſit. vnde euenturum eſt, vt inutiles illi conuentus ſint futuri.

Quapropter qui ciuitates liberæ excogitarunt, numerum quoq; ciuium ſibi definiendum eſſe iudicarunt. Anglia, Gallia, Hiſpania, maior eſt quàm vt vnã ciuitatem liberam vniuerſus populus conſtituere poſſit. Similis eſt natura, conditiõq; Gallie, Hiſpanie, Germanie, aliarumq; magnarum prouinciarum. plura de hac re ſuo loco.

In regno, vel optimatum imperio ampliffimarum regionum conuocantur ordines, & conueniunt, qui populum repræſentant; ſed vt adſint, non vt præſint; vt conſilio ſuo adiuuent, non vt imperent. Si quid autem fieri, aut mutari neceſſarium, atque vtile viſum iſtis fuerit, regem ſupplices adeunt, vt rem iſtius maieltati exponant, non vt iubeant. Qui plus populo tribuit vt curia authoritate dicere poſſit, *ita volumus, ita iubemus*; Dominum eum conſtituit, regibus & optimatibus locum nullum relinquit.

CAPVT XVII.

Deum cuique populo ſui regendi poteſtatem feciſſe, & inde natam eſſe imperiorum diuerſitatem, eſt falſum.

Sunt qui regna, regesque regi hodiè æquum eſſe cenſent, vt quod placuerit ordinibus, populòue rex ratum habere teneatur: quæ ſecus gubernantur non regna, ſed tyrannides eſſe putant. Eorum ratio hæc eſt, *naturale jus, & natura iurisque illius conditor Deus, cuique populo plenam tribuit, liberamque ſui gubernandi facultatem, quam ſine cerui, iſſque horrendis vel in Deum & naturam peccatis, vel in vicinos principes, & populos iniurijs, nempe eripere poſſit.* &c. Item, *ad id vt ſemper ſue primæ imperiorum origine, inquirimus*
ſiue

sunt diuersos regendi modos, non violentos & tyrannicos, sed legitimos & regales attendimus, utrobique ad reip. populique auctoritatem, tanquam verum horum utriusque fontem, recurrendum sit. & alio loco: Quid enim cause est, cur Heluorum populari pollicia regantur, Veneti duces habeant, sed multis legibus deuinctum; Britannici & Saxones duces quoque, sed multo liberiores; Galli, Angli, Hispani, reges, sed longè diuersis conditionibus imperantes; Dani & Poloni reges itam, sed ad certam regendam regulam, quam priores illi magis alligatos? Vnde hæc diuersitas, nisi à liberis singulorum populorum studijs, qui saltem reip. formam præuiderunt? alij in paucam rem contrahunt, & aiunt, eam esse reip. formam, quam populus maximè probauit. Reges & alios reip. Principes non plus habere juris & potestatis, quam placuit populo in ipsas conferre, & idem in ipsos habere multitudinem ius, quam ipsi in singulos habent e multitudine. Hæc illi, qui varietatem imperiorum non tam ignorantia rerum, quam crasso errore à populi manasse voluntate arbitrantur, qui si tantum primas imperiorum origines attentius videre vellent quænam fuerint; inuenirent consensu omnium scriptorum, ante leges regna fuisse sine ullis conditionibus tradita: regumq; arbitria pro legibus fuisse: & doctos scriptores leges, & magistratus opponere regibus.

Tacitus, postquam (inquit) regem peritum est, leges maluerunt. Cicero, omnes antiqua gentes regibus quondam paruerunt. Halicarnassæus, omnes Græcie ciuitates initio sub regibus erant, & c. regni e adio, magna pars statum publicum mutauit in leges, ac magistratus omni potestate, ac dominandi ratione transcripta. vnde intelligitur popularem statum à populo manasse; regna autem à populo habuisse initia, non dicunt.

Ego suprâ demonstraui simul cum hominibus nata esse Imperia, eaque fuisse paternam, cum summo tamen Imperio in natos & omnes nepotes. Vellem à Rosæo, vel à Iunio Bruto, aut eorum aliquo, qui huius sunt opinionis, demonstrari naturale jus, liberam sui gubernandi facultatem dedisse populis, & quando & vbi Deus illius juris naturæ conditor, potestatem illam populis fecerit, & non assumere quod est falsum, tanquam extra omnem controuersiam positum.

Quod aiunt, eam potestatem à nemine posse eripi, sine certis ijsque horrendis vel in Deum & naturam peccatis, vel in vicinis principes, & populos iniurijs, horrendum est dictum. Nam si Rosæus sibi constare velit, hæc ipsius positio iusta bella, & omnem seruitutem tollit, quod Dei verbum nusquam facit. Nam & bella mandauit, & rebellem populum seruitute domari præcepit. Certum est populos suis in Deum & homines peccatis, sæpè mereri priuari libertate, & dura seruitute premi.

Sed ipsemet euertit quod posuit, quando ait, si quis sola ambitione, vel imperij dilasandi cupidine ductus, nulla populi electione, nulla maiorum successione, nullo Dei mandato, nulla lege, legitimæque causa, iuit populo imperare vellet, eumq; sibi seruire cogat, longè ei gratiorem iniuriam facit, quam si læsto domum cuiuspiam effringeret, & bona apèque domesticæ extorqueret, & c. quibus verbis quæque modis, populum libertatem amittere posse fatetur: quorum vt vnus tantum nefarius & tyrannicus notatur, ita qui à populi pendet auctoritate, vnicuiq; commemoratur. nempe quando regem, aut dominum cui pareat, & subiiciatur, populus eligit. hic cessio regum in gente vel familia, in qua vel olim populi electio,

electio, vel Dei mandatum, vel iustum bellum regnum stabilivit, non amplius in potestate populi est: multo minus illud quod dono Dei, vel iusto bello in populum comparatum, est regnum. Unde apparet & illud quod subditur, similiter esse fallum, *sive primas imperiorum origines inquirimus, sive diuersas regendi modos non violentos, & tyrannicos, sed legitimos & regales attendimus, utrobique ad reipublica, populisque auctoritatem tanquam verum horum vtriusque fontem recurrendum esse.* Nemo enim sanus in regnis Dei mandato traditis, vel iusto bello partitis, ad reip. populisque auctoritatem esse recurrendum dicet.

Statuamus tamen olim omnes populos fuisse liberos; quæ gens eam usque in hunc diem retinere potuit? Mobilis & varius rerum humanarum inde ab initio semper fuit status, neque vllus hodie est populus, qui libertatem multoties non amisit, & rursus acquisierit. Iure pariter & iniuria Deo, qui iustus est rerum humanarum moderator & iudex, irato aut propitio amitti, & acquiri constat. Quæ regio ab orbe reparato, non sæpè fuit subacta bello, cuius statum & leges inuito populo, victores iusto bello non mutauerint?

Vt ab Heluetijs incipiam, notum est ex Romana historia, ciuitatem illos olim vnã constituisse liberam, diuisam in tres pagos. Seruire tamen Romano imperio coacti fuerunt, & post Romanos varios habuere, & crudeles dominos, donec anno Domini 1300 fauente Deo, sese in libertatem afferuerunt. victrix eorum causa Deo placuit: qui si victi fuissent, & priscorum dominorum nunc seruire inuoluntibus, sicut circa illa tempora contigit Flaudros vincti à suis comitibus; nemo diceret, quò nec ipsi quidem, nisi noua motum data esset occasio, iniustam eos pati seruitutem, aut indignam subire subiectionem: sicut nec duces & comites victores imperare victis ex præscripto legum & conditionum, quas dedissent victi populi. Non dubium est, iniustos subisse tum Romanorum, tum aliorum iugum: quos omnes damnare tyrannidis, nec ponisse illos dominari Heluetico populo, sine horrendis in Deum, & naturam peccatis, adfirmare valde temerarium arbitror.

Si in cæteros Europæ populos, regnaq; oculos conijciamus, paucis ciuitatibus exceptis, vibiq; inuenimus seruire populum, & habere principes non eis quas ipsi dedere legibus, quas aut domini indulerunt, aut vi & seditione extorsit. Rarò quævis vt liber populus regem, aut ducem sibi eligit, legibus regnandi propositis quas maxime probat, fieri tamen interdum, notum est, nec improbo, quomodo vniuersis commode fieri potest. Sed id semper & vbiq; fieri plus mali, quam boni adferret. Senatus populisque Romanus ius dederat, nec difficultates reip. expediri, nec imperium totius orbis administrari, à principe multarum legum vinculis astricto commode posse, soluendū igitur suum principem iudicauerunt, vt melius remp. administraret. qua in re libertatis amantissimum populum insanuisse non puto.

Quod hodie populus in quibusdam regionibus, alijs alio liberior videri vult, iactatq; sua priuilegia, non est ab illa naturali plena liberaq; sui gubernandi potestate profectum, sed ab aliquo quatuor, aut si mauis quinque, modorum quos nunc recessit. Quàm autem vile sit in cõmune regnis à suis principibus tam nobiles, quàm populos priuilegia & immunitates obtinuisse, quibus quorundam ita accisa potestas est, & adeo imminuta maiestas, vt præter insignia & regni nomen nihil, aut certe per exiguum regie potentie retinuerint, summa

summa imperij aut ad nobiles, aut ad populum, aut ad ordines translata, viderint illi, quorum interest.

Quid Veneti, quorum respublica plerisque adeo placet? num populi conditio sub illis optimatibus melior est, quam in regno sub regibus, aut alijs principibus? Insulas magnas in mari possident, & regiones in continente, & quodam eorum latius patuit imperium. Quid? numquam imperant ex arbitrio populi, illis legibus quas ab eo acceperunt? certe si roges, negabunt, an quod Regibus euenit, tyrannidem nullam exercere posse credendi sunt? si regibus populus maior est, quid nisi & optimatibus? in solis reges stilius actiur, tanquam a solis regibus, vim & iniuriam patiatur populus, non item a nobilibus.

Hoc tamen quidquid sit, num hoc aio, plerumque populos quorum maior est libertas, a principibus eam obtinuisse, non ipsos imperasse. Quocirca Gallos, Anglos, Hispanos reges diuersis imperare suis populis conditionibus; nego à liberis singulorum populorum studijs esse profectum. obtinuerint id oportet aliquo quatuor modorum, quos supra recensui. Temerarius sum, nisi instrumentis publicis, quæ singuli populi & ciuitates in suis archiuis asseruant, hæc ita se habere doceri possint.

CAPIT. XVIII.

Deus populo Israelico sui regendi numquam liberam potestatem fecit.

Populo sui gubernandi facultatem esse liberam, à Deo naturæ lege datam adsumitur, non probatur. Vnam nos habemus in sacris historijs popululum, Deo præter ceteros omnes chartum, qui tamen simulac inceptit, struitur. Postea vero seruitute Ægyptiaca libero sui gubernandi potestatem ei Deus nunquam fecit. quando enim ipse clementer placuit, Ægyptiaca seruitute populum illum liberare, non iussit ut ipsi sibi ducem eligerent, sed Moesen misit cum Regiâ potestate, ut populum regeret cui in regimine Dei iussu, non populi suffragijs, Iosua successit, & quorquor postea sequuntur iudices, eos Deus misit: populus nullos, nisi tyrannos sibi adsciuit. Regnum quidem Gedeoni populus (quod non potuit) obtulit: sed Gedeon non ignarus diuinæ legis, modestè accipere recusauit, inquitens, *Non dominabor ego vobis, nec dominabitur filius meus vobis, sed Iehova dominabitur vobis.* Hac vitâ defuncto Gedeone, populus eâ authoritate, qua se falso pollere arbitrabatur, secleratissimum patricidam Abimelechum, inuito Deo ad regnum euexit.

Interiectis aliquot seculis, populus regimem iudicum, ac sacerdotum petæsus, melius tamen edoctus, sicut esse potestatis non credidit præscriptis quas vellent conditionibus, Regem sibi deligere. à Samuele enim penes quæ tunc summum erat imperium, nullis finibus nisi diuinæ legis terminatum Regem sibi dari postularunt. Deus enim in lege sua prohibuerat, ne quem vellent Regem sibi deligerent, sed quem ipse elegeret reciperent. Quam nihil illi populo in gubernatione potestatis Deus dederit, tota gubernationis ratio, quæ sub Mose & iudicibus, atque Regibus fuit, manifestat.

Initio Moses omnes lites solus dirimebat: cui oneri, cum imparem eum esse lethro videret, author ei fuit, ut è populo principes viros eligeret, quibus minores partes gubernationis mandaret, maiores sibi referuaret. Itaque Moses suâ ipsius authoritate, inconsulto populo, quod est summi imperij, præfecturas distinxit, & millenis, centenis, quinquagenis, ac denis præfectos constituit, &

quando Deus senatum ei ex senioribus populi adiunxit, eius arbitrio res permisa est modo ex senioribus populi, qui multi erant, septuaginta viros deligeret, non quos populus, sed quos ipse probasset.

Boni regis exemplar in Mose extare, Philo Iudæus author est, qui in libro de creatione principis scribit, & id quoque esse summæ potestatis officium, eligere aliquor administrationis reddendique iuris socios. Eadem potestate, iussus à Deo, Sacerdotes & Leuitas constituit, quibus tanquam summus in rep. princeps, de omnibus rebus, quæ ad Dei cultum pertinebant, præcepta dedit.

Non defuere quibus hæc tantâ displiceret potestas, eamque infumularint tyrannidis. Chorah, Dathan, Abiran, & On filius Pelethi filij Ruben, cum ducentis quinquaginta principibus synagogæ coierunt aduersus Mosen & Aaronem; quos his verbis allocuti sunt; *Plus satis arrogati vobis, nam totus hic cærens, in omnes suos sancti, & inter eos est Iehoua. Quare ergo effertis vos super congregationem Iehoua? hæc illi, qui affectantes sacerdotiû, & principatum, populi in ea re ius, ac libertatem ambiõni suæ prætexebant. Pertraxerant in suas partes maiorem procerum, ac multitudinis partem: sed Deus miraculo hanc conjunctionem compescuit, & vltus est. Quod nunquam esset factum, si cuique populo liberam sui gubernandi potestatem fecisset: nisi fortè huic negatum fuisset populo dicamus, quod cæteris omnibus erat concessum.*

Quemadmodû ille populus rebellis ab initio & pernicax fuit, qui sæpe gubernationis formam ac gubernatores suos mutasset, nisi Deus eorum furorem fregisset, id ab alijs populis sibi permissis, factum quis dubitet? Mutationis imperiorum, & formarum gubernationis, non tantum reges regumque, tyrannides causam præbuerunt, sed populi leuitas, malitia, & ingratitude, nouarum rerum studio, præsentem reip. statum non raro mutauit. Tanta est interdum populi improbitas, vt bonos alioquin principes, iniustos fieri tyrannos coegerit. Sætiunt irati reges in populum, & vicissim offensus populus in suum regem: quo iure, quæue iniuria, quærendum non est impetu feruntur homines, quò viciscendi se libido abripit, non quò ratio ducit.

Proinde populi ego nullam autoritatem supra suos reges agnosco, solo naturæ iure datam, sine Dei dono speciali, à quo ius gladij datur. In populos autem suprema illa potestas naturæ iure non deuoluitur, antequam stirps regia cui regnum successione debetur, penitus interierit. Bella quæ à Nemrodo cœperunt, libertatem populis non tam dedere, quàm ademerè. Et quotquot ordinis illius quem in gubernatione primi patres tunc diuinitus constituerant, fuerunt præuaricatores, vt per se fecerunt regnum, aut aliam gubernationis formam erigerent, grauius peccarunt. Natura & Dei providentia, non hominum voluntate imperia comparata esse supra docuimus.

Præterea legitimum & violentum malè opponuntur inter se, tanquã quod violentum est legitimum esse nequeat. Sæpe fit vt verus ac legitimus rex non placeat seditioso populo: cui si imperare velit vim eis inferat oportet. Sunt præterea multæ graues & variæ causæ iusti belli inferendi, quas hic recensere nihil opus est. Daud qui ab omni tyrannide alienus fuit, vicinos populos bello perdomuit, & eis seruitutis imposuit iugum. Nemo sanus opinor dicemus est, illud imperium non fuisse violentum, aut iniurum, quia violentum.

Depravata ex historij sacri & alijs scriptoribus testimonia in falsum sensum detorta, ut demonstretur Reges accipere à populo leges, confutantur.

Regibus à populo leges dari, proinde esse populo inferiores, quibus rationibus probare conentur opera pretium est audire. Verba Iunij Bruti hæc sunt: *In omnibus regnis bene constitutio (inquit) Rex à populo leges quas tenetur, quâsq; inuacatur accipit. Etenim Deus populo legem per Moysen præscripsit: tum sacrâ tum civilem, quam perpetuâ ante oculos haberes. & ubi Saul electus est, & à populo constitutus, Samuel eam ipsâ descriptam ei adit, quam diligenter custodias: nec tristes Reges quàm in ipsius verba iurati, recipiuntur. Ritus uero erat hic, ut unâ cith Diademate testimonium, quod legem Dei, doctissimi quidq; interpretantur, Regnum capiti imponeretur. Vide, candide Lector, quis sit Iunij Bruti in citandis scripturis eandor: primum Saulem à populo constitutum Regem non legitur: deinde nec Samuelem ipsi tum sacram tum civilem legem tradidisse. Sed est: eorum ita esse, num hinc efficitur legem à populo Reges accepisse? Mosi populôq; suo Deus legem dedit, Samuel Propheta regni legem Regi scribit & tradit. Quid? hoc eum idem est, ac si scriptum esset, populus Regi legem dedit?*

Sed videamus quæ sequuntur exempla: *Cyrus, si quia leges patrias: imperio tenet, sanquam legem custos, legibus auctitum promittit ei, ergo igitur Cyrus à populo leges accepit, scilicet. Deinde Sparta Reges Ephorum regni nomine stipulantibus, se in terra patriæ leges à Lycurgo latas regnatos iurabans: ergo igitur leges à populo Reges Lacedæmoniorum accipiebant. Præterea, ne verò leges contemptui essent diuinitus inspiratas, vel potius à Deo cælestis acceptas iactabant, quo non ab hominibus homines, sed à Deo optimo maximo se iudicari putarent. ergo igitur leges à populo Regibus dantur. Istitis bonis rationibus persuasum hominibus cupiunt, à populo Regibus præscribi leges, contra vsum omnium gentium & regnorum, atq; ad eum omnem commune sensum: hoc enim non esset regere, sed regi. Sed postquam tamen fixum incedit animo, populo subijcere Reges, fieri non potest; quin etiam quod est summæ potestatis, non ei tribuunt.*

Suprà ad summam imperiū pertinere diximus condere leges: quod si denegatur Regibus, & proprium sit populo, consequitur penes Reges non esse summum imperium, sed penes populum. Plato tamen Legislationem regiæ potestatis munus & partem facit. Philo Iudæus Regis officium esse ait *Iuberi quæ oportet fieri, & vetare à quibus abstinere decet. Ceterum iussio faciendorū, & interdictione cauendorū propriè ad legem pertinet: atq; inde consequitur, ut Rex animata lex sit, lex uero sit Rex iustissimus, & quisquis est Rex simul est & Legislator.*

Regum insolentia (inquit Buchananus) desiderium legum fecit, cui contra responderi potest populi procerumq; insolentia desiderium Regum fecit. Nā longè plures respublicas inueniemus à populi & magnatum impotentis dominatione confugisse ad vnus imperium, quàm inde transisse ad statum popularitatem, aut procerum potestatem.

Leges tamen (inquiunt) à populis inuentæ sunt Regesq; coacti: sed ego vnicum tantum requiro exemplum populi degentis sub Regis imperio, qui legem tulerit ad Regem coercendum. Noti sunt celebres Legislatores. antiquissimus omnium fuit diuinus ille vir Moyses, qui non tam leges tulit, quàm à Deo optimo maximo

maximo

maximo mundi rectore latas promulgavit, populoq; Israelitico dedit, cum post multa secula sequente sunt multorum legum lationes.

Ceres fertur nō tantum rudes mortalium animos frumentū docuisse usum, sed etiam leges. Arcadibus Apollo, Minos Cretensibus, Mercurius Ægyptijs, Seleucus Locrensis, Draco & Solon Atheniensibus, Pythagoras Italij leges scripsisse feruntur. his addo primos Romani populi reges Romulum & Numam, à quibus primas accepere leges.

Quod ex Tullio allegatur, vt demonstretur populi legibus reges fuisse coërcitos, nihil minus probat. Tullij verba hæc sunt: *nihil quidem non apud Medos solum (vt ait Herodotus) sed etiam apud maiores nostros iustitiæ fruendæ causa videtur olim bene morati reges constituti, nam cum preneretur initio multitudo ab ijs, qui maiores opes habebant, ad unum aliquē fugiebant virtute præstantē, qui cum prohiberet iniuria benigniore, æquitate constituenda, summus cum infimū pari iure retinebat. Eademq; legum constituendarum fuit causa, quæ regum: ius enim semper est questum inæquabile: neq; enim aliter esset ius, id si ab uno bono & iusto viro consequeretur, eo erant cōsenti: cum id minus contingebat, leges sunt inuenta, quæ cū omnibus semper vna atq; eadem voce loquerentur. Ergo hoc quidem perspicuū est, eos ad imperandum deligissimos, quorum de iustitia magna esset opinio multitudinis: adiuncto vero vt iidem prudenti haberentur, nihil erat quod homines hu auctoribus non posse cōsequi se arbitrarentur.*

Ex his Tullij verbis non video quenquam intelligere posse vllas leges à populo impositas regibus. Legum constituendarum (inquit) eadem fuit causa quæ regum. Quid inde efficitur? populū sine dedisse illas leges regibus? Equabile ius questum est præsidio regum contra potentiores: id si ab uno bono & iusto viro consequeretur, eo erant cōsenti, nec querebantur leges: quippe quibus arbitria regum pro legibus erant. Cū id minus contingebat; hoc est, quando ius à regibus obtineri non poterat, leges inuenta sunt. Quid hoc est? idne est idem, ac si dixisset populus inuenit leges, quibus reges cogerentur?

Ciceronem loqui de Romano populo palam est, qui eiectis regibus, tutius esse legibus subijci credidit, id est magistratibus, quorum imperium legibus est circumscriptum, quàm regibus, quorum est absoluta potestas. Reges & leges Cicero non coniungit, sed tanquā disparata opponit vt aliud sit regum, aliud legum regimen. Igitur vt verbis ipsius Ciceronis vtat, *quibus regia possessa non placuit, non iij nemini, sed non semper vni parere valuerunt.* Cicero reges nusquam legibus subijcit: Magistratū verò leges præesse vult, quos ministros legum appellat. malè hæc allegantur ex Cicerone, vt doceatur reges subesse legibus, aut à populo accepisse leges. A definitione legis argumentantur leges à populo latas, iuris consulti definiunt legem esse, quod populus sciuit, ab eo rogatus, cui rogandi ius est. miror ab homine docto hoc argumentum potuisse adferri, & speciem pro vniuerso genere accipi, nam illa definitio, tantum cōuenit legibus quas tulit Rom. populus, aut alius quiuis, qui pari fruebatur libertate, nec aptari potest legibus Anglorū, Gallorum, aut Hispanorum. si enim à iurisperito regni Angliæ petas, quid sit lex, infans erit, si hanc definitionē adferat, id apud Anglos esse legē quod populus sciuit, rogatus ab eo cui rogandi ius est: cū sub rege populi nō sit ferre leges, sicut nec sub optimatū imperio. Nā id idemum lex est, quod placuit ei penes quē summum est imperiū, siue populus, siue rex sit. Sed audiamus quo argumento huius erroris absurditatē confirmet.

CAPVT XX.

Quod imperator, ceteriq; reges & principes in sua inauguratione iurant se secundum leges regnuros, interpretandum non est reges à populo leges accipere.

Imperator, rex Gallia, reges Anglia, Hispania, Polonia, archidux Austria, dux Brabantia, comites Flandriae, Hollandiae, & reliqui non prius in principatum recipiuntur, quam electoribus, Palatinis, Patrij: , paribus, optimatibus, se secundum leges patrias, ius cuique reddiuros promiserint. Sin fecerint, non minus crimen maiestatis in leges committant, quam populo in ipsos, si secundum leges imperantibus parere recusent. In summa, principes legitimi leges à populo accipiunt. &c. Mi Brute, hoc enim tu tibi nomen adsumpsisti, brutum hoc argumentum est: te ipsum paululum collige, ac tunc te ipsum consule, & vide num consequens sit, eos omnes quos commemoras principes, à populo accepisse leges, quas se obseruuros iurant. quòd Dei legem, fidem Christianam & religionem attingit, quam iurant se seruuros, eam certum est non à populo sed à Deo accipere. municipale verò ius, quod cuique prouinciæ aut regno est proprium, ab ipsis regibus & principibus manasse, nemo certè negabit nisi brutus homo, brutumue pecus rerum humanarum ignarum.

Ad testimonia quæ modò attingimus addo, postquam eo Romani creuerant, vt pluribus legibus esset opus, decemuiui à libero populo delecti sunt cum summo imperio; qui ex decem tabulis legum Atheniensium, Romanis ius conscriberent. vnde 12. tabularum leges 10. tabulis, duabus additis tractæ sunt: quæ basis & fundamentum totius Romani iuris sunt, & omnium aliarum legum quas postea addiderunt Dictatores & ipsi condere leges poterant, & condiderunt quæ ab ijs adhuc hodiè nomen retinent. sola plebiscita populi censentur: quæ quidem à libero Romano populo & gentium domino edita esse fateor, sed à potestate Romani populi, quos commemorasti, populi tantum abfunt, quantum serui à dominis.

Ille autem populus quando imperium tradebatur imperatoribus, nihil minus quam vt in villas leges iuraret princeps, volebat: quin decreto sanciebat, cum velle esse liberum solutumque omnibus legum vinculis, quibus tenebantur cæteri magistratus. Edicta principum & sapientum responsa, inter leges censeri tam notum est, vt desperatè sit impudentiæ negare.

Ius Romanum quod hodiè extat Iustiniani iussu collectum & digestum, ipsius authoritate prouincijs Romani imperij fuit traditum; quod inde adhuc viget apud Germanos & Italos, & meliorem Europæ partem: & à regibus & principibus probatum robur habet vbi municipales leges deficiunt.

Et illud quod additur, ex quo *Parlamentum sasarium est, frustra sunt omnium regum Francia edicta, ni senatus illa comprobet: cum tamen senatus seu Parlamentum arresta, si lex desit, legis vim passim obtineant. Et in Anglico, Hispanico, Hungarico, & ceteris idem ius est.* &c. Hoc argumentum nihilo melius euincit regem leges accipere à populo, quam quæ superius notata sunt. Regis edicta senatus comprobant (inquit) sed cuius obsecro nomine id facit? populine an regis? quis Senatui eam potestatem fecit? populus? Edicta quidem regis senatus explorat, num reuera à rege manarint, num non sint extorta, aut per insidias, & malas artes dolo impetrata: num non sint iniqua, Regi & regno exitiosa.

Sed

Sed autoritate ac nomine Regis non populi, siue improbet; siue approbet Parliamenti Conciliarij, cum res peragatur, idq; ipsius Regis postulante procuratore, qui perfidi suo Regi futuri sunt ni faciant: male populi Senatúsue hinc supra Regem potestas colligitur.

Quod arreſta atinet, ea nomine Regis pronunciantur, ac si Rex ipse loqueretur, à quo nulla est prouocatio. Quid mirum vim legis si habent, ubi lex deficit? idne ad populi ius potestatemque vilo modo referri potest, quod sapientissimorum virorum sententia, nomine & autoritate Regis lata pro lege habetur? qui non videt hic nullas esse populi partes, verè brutus est.

Miror plurimum doctis hominibus historiarum non ignaris, in mentem nõ venire, quæ fuerint regnorum quæ hic allegantur prima initia, & progressus in hunc vsq; diem; & nihil minus quàm à populi diuersis studijs habuisse originem regiminis diuersitatem. Franci occuparunt prope modum totam Galliam; Gothi Italiam & Hispaniam; Longobardi succedere in Italia Gothis: iusta an fuerint hæc bella contra Romanos, & eorum prouincias mitto: sed hoc certum est, sine populi legibus regnasse. vis & rapina grassabatur, duella non iudicia lites dirimebant, licentiam frænare militarem, barbarum in ordinem cogere militem, haud regibus fuit facilè: tẽpore & otio ad eam rem opus habere. Quidquid hodiè in Anglia, in Gallia, & in Hispania legitimi imperij cernitur, totum regibus acceptum ferri debet.

Conuentus ordinum in illa imperij Romani vastatione nulli haberi poterant: vis dominabatur, & quod placebat militi, lex erat. ius arma dabant. Tandem ferocia cum barbarie deposita, legibus regna tam à Gothis quam à Francis fuere composita: & tempore ad eum adducta statum quem videmus: non volũtate aut suffragijs populi, aliquæue potestate supra regem, sed regum benignitate atque clementia erga populum, & huius rei certissimam faciunt fidem tum Francorum historiz, tum Gothicorum regum epistolæ. Carolus Martellus Francis primus auctor fuit habendi comitia quæ parlamenta dixeret: in quibus conueniebant principes regni cum reuerendis ecclesiarum præsulibus & populi primoribus. De Britannia quid dicam? quibus obsecro populi conditionibus imperasse Romanos censemus? Item Saxones & Danos & postremò Normanos? Gulielmus ille Normaniæ dux bello regnum adeptus leges mutauit, & nouas populo dedit: & iure belli sua esse omnia proclamari iussit. quòd postea remisit agrorum & prædiorum possessiones directo sibi dominio reseruato, clementiæ victoris est habenda gratia.

C A P V T XXI.

Reges olim nullis propositis legibus absolute regnarunt.

Affirmatur nullam gentem (quandiu ius est equitas vigerunt) reges suos aut creasse, aut approbasse, nisi certis appositis conditionibus, quas si illi manifestè violarint, efficiatur, ut qui hanc in illos auctoritatẽ conferre potuerunt, non minus potestatis, in ea illis rursus adimenda, resinnerint. Hæc adserit verum sensum adimit, nec ei aduerſarar, nisi adsumtio falsa esset, quæ populo vel ordinibus sub rege constitutis hanc potestatem adserit: quæ vs regnum semel contulerunt, illud

illud ad imendi non retinent potestatem.

Dico igitur quod certum est, tum demum incepisse populum addere conditiones, quando iuris & æquitatis ratio nulla haberi cœpta est. Cum ad homines iustissimos & sapientissimos regna deferebantur, quorum arbitria pro legibus erant, pactis conventionibus nihil opus fuit: ante leges constar extitisse reges. Quando Medi Deiocen Phraortis filium, propter opinionem virtutis & iustitiæ in dirimendis litibus, quam erat consecutus, regem sibi præfecerunt, conditionum nulla fit mentio.

Titus Livius narrat Romulū duodecim vulturū a accepto augurio, statim à suis regē fuisse salutatam. qui postquā factus est rex, autoritate regia regnū disposuit, & patricos a plebe discrevit: & plebē in tribus distribuit, nō ex præscripto pacto in sua inauguratione, sed pro sua prudētia & regia autoritate.

In Israëlē verò Moses, Iosua & reliqui omnes iudices, & qui secuti sunt reges, nullis additis conditionibus absolutē imperarunt. Saulē à Deo regem forte indicatum, populus faustis acclamationibus acceperunt. Idem de Davide & Salomone adfero.

Tunc primū à decem tribubus conditio proposita est Roboamo, quum defectionis occasionem decem tribus captarunt: quorum iusta an iniusta fuerit postulatio, in medium relinquo: defectio iniusta fuit. Quemadmodum certis conditionibus apud nonnullas gentes regnari scio, ita id semper & ubiq; factum esse pernego. Et sicubi conditiones opponuntur, quibus summum imperium regi adimitur, regnum similiter tollitur.

Natura regni hæc est, vt sit merum & absolutum vnus imperium, nulli præterquam vni Deo subiectum: quod si alicui imperium illis traditur conditionibus, vt factorum suorum teneatur reddere rationem, & causam dicere, siue apud proceres, siue apud totius regni ordines, Rex ille propriè non est; sed tantum princeps illius reipub. quales erant Reges Lacedæmoniorum; & hodiè sunt duces Venetorum. Qui imperium hac conditione conferunt, vt si pacta conuenta non seruentur, illud postea possint eripere, cum maius imperium sibi retineant, regnum non dant, sed tantum principatum.

Si cui hæc gubernandi ratio ceteris præferenda videatur, ferre possumus vt suo fruatur iudicio: sin autem nullum regnum credit legitimū, nisi quod huiusmodi includitur terminis, atque absolutam potentiam vni creditam, tyrannidis damnat, temerarium & seditiosum dogma, perniciosum reipub. & regibus iure improbamus: & eius authores nec ab hæresi, nec à læsæ maiestatis crimine excusamus: vt potè qui regiam potestatem & dominationem verbo Dei cōmendatā improbet, & seditiosis subditis regis potestati præbeat occasionē.

Absurdum non magis est suprematam imperij vni committi, quàm pluribus, siue illi sint nobiles, siue vniuersus populus. Nam vt modò rex eam habeat, eaq; vtatur in nobiles populūque, qui ab officio recedent, modò ipsi nobiles populūque in regem, qui pacta cōuenta manifestè violabit, absurdissimum est, & seditiosis ac bellorum civilium plenum: nusquam id est visum, nusquā ita regnatum, nisi in tumultuaria rep. partibus hinc inde summi imperij ius ad se vi trahētibus: vt videre est in Romana rep. post eiectiones reges. Necessè est vt supremam imperij potestatem fixam totam & indiuisam aut vnus monarcha habeat, aut nobiles, aut populus vniuersus.

CAPUT XXII.

Non est magis metuenda civium regni tyrannis, quam populi, aut optimitum.

QUOD metus tyrannidia civium pretenditur vanus est: quum à populi proceribus tyrannidis non minus sit metuendum, quam à tyrānicis civium regibus. Et ac sententiam ego scias mirari non possum, regem nullum à condito mundo, nisi optimitum quemq; saltem, satis esse, qui sua aut honestate non fuerit aliquatenus abusus: adeo ut omnino sententiam sit ad quod pluris opti etiam sola ratione infirmitatis agnoscitur, monarchiam dominatorem, perniciem ac interitum populi quoad ad civilem, quam prefalium et saltem, nisi habet, quibusdam moribus, quibus sit ut maxime illud bonum, quod ex ea potest emanare, colligi, et inquam malum quod. aliquid omnino ex illa consequi nec esse, sit uti et impeditur possit. Quid si contra ego etiam disputem, & dicam nullum unquam fuisse populum à condito mundo, qui sua libertate non sit turpissime abusus, nec villos unquam optimates, qui non crudelius populum vexarint, quam vlli reges?

Populus Romanus crudelius à patricijs tractatus est; quam unquam antea à regibus. Nunquam enim populus Romanus fecerit à regibus, sicut à patricijs, qui crudeliter fecerant in plebem, quia se fecerant in reges. Et hoc die vbi accisa est regia potestas, plebs à nobilitate pessime tractatur. Tyrannum pati nolunt, vbi impant tyrannidem exerceant.

De populi tyrannide hoc loco nihil aliud dicam, quam seniores esse mulieres, que metuitur à regibus, sicut à patricijs in summa potestas opud habet, in populo in primis ea servanda est: deinde in proceribus, nullus tyrannus populo, et quavis ita nocuit, ac populus ipse sibi. Populus enim semper regere est semper infans, semper furor: et incompensabile agit, vix optimos vel virtutes, vel divitijs præstantes, ferre non potest, hinc apud Athenas usus Ostracismi lex, qua optimus quisque, etiam ipse Aristides, quod civis nullus esset, in exilium pellebatur. Quis unquam tyrannus iniquos legem utiliter Ephesi dicuntur Hermodorum principum suum, quod sapientia, religione, fide, ceteris a sociis et illis multasse. Idem fecisse et proculdubio ista civitatis populus ad nos, nisi Deus eum cohibuisset. Regum dominationem propter tales: aut reportant ad rutilam partem tantum virorum aduersus indomito modum diis insolentiam. Libertas a ceteris populis certam perniciem a ceteris: nisi cohibeant, ne publice adfert. Quis mali non Romano populo attulit Tribunicia potestas? Quis Calpurnia, quis Nero, quis Domitianus, quis Helio-gabalus, quis Commodus, tanta cladem populo Romo attulit, quantum Marius & Sylla, Pompeius & Crassus, Octavianus, Antonius, & Lepidus? multo alios quos populare imperium peperit, aut dicit tyrannos: sed ubi respicimus à liberi populi tyrannide proceribus: tantum abest, ut inopere hinc dominatio perniciem ac interitum populo attulerit, cum in omni deperato rerum statu semper ad eam tanquam ad vicum salutis publicæ asylum, populus confugerit. Quis penuriam & periculum Romo tempore, servavit et que restituit, nisi popularis imperij mutata forma in monarchiam, non in athenis

Gg

similem?

similem? Certum est per Dictatores, aliâs cerò interterrituram Romanâ rempseruatam fuisse, ac stetit. Quàm prauo iudicio res humanas expendant, qui monarchicam dominationem quam Deus ad gentium, & populorum salutem excitauit, potius perniciosam atrolisse populis iudicant, quàm salutem, quâso animam aucturite. Tameñ non pauci sũt, quos bellorũ calamitas euerit, quibus maxima imperia parta sunt; pluris tamẽ esse debet, quòd postea late magnam & diuturnam pacem & incredibiles commòditates orbi vniuerso adfert. quod ad tempus quibusdam nocuit, postea malãm, & diu malis profuit.

Et quod maius est, bonus Rex inueniri potest, sed bonus populus nunquã, in quo peior pars semper non vincat meliorem. & facilius est vnum inuenire bonum Regem, quàm multos optimates bonos. Peccatores nos esse omnes, & vniquemq; nostrũm à rectã vi à se pẽ aberrare confitendum est. quod de Regibus dicitur, optimum Regem etiam suo munere abusum fuisse; de quo hominum ordine id dicitur non potest? Cur obsecro oculatiore sumus in Regum peccatis, quàm in nostris, aut populi, aut procerum? Qui nostrũm im-munis est à peccato, primus in Reges iaciat lapidem.

CAPVT XXIII.

Formula iuramenti Regis Arragonum.

Item formula quedam verborum, qua Arragones vt dicuntur in Regum futuram inauguratione, atq; in comitijs triennialibus, quas vulgò vocant, *Las cortes de montzon*, mirum in modum placet. ea verò est huiusmodi: *Nos qui valemus tanto commo vos, y podemos mas que vos, vos elegimus Rey con estas, y estas condiciones inra vos y nos, yn que manda mas que vos.* Id est, *Nos qui tantumdem valemus quantum vos, & plus quàm vos possimus, Regem vos eligimus hic atq; hic conditionibus inter vos & nos, vnius maiore est imperio, quàm vos.* Sed obsecro, quid hanc efficiat? Arragonensium exemplum legem orbi vniuerso non prescribit. Deinde vbi cumq; populi procerumue potestas tanta est, vt illis aut similibus verbis audeant suum Regem alloqui; maiestatem in suo Rege ipsos nullam agnoscere aio, aut si qua est, contumelia illam indignè affici. facit rei absurditas, vt de hac formulâ vehementer dubitem. ego in ijs quas legi Hispaniarum historijs, eam non inueni. Hoc manifestè falsum est, in consuetibus triennialibus illam formulam repeti. Quorsum illa verba ad Regem olim electum, aut ad eum qui hereditario iure illud accepit, ac possidet? Notatum quidem inuenio Ennicum (qui dictus fuit Arista) ex mōtib; Pyrenæis cum exercitu descendentem magnis Maurorũ delectis copijs, victorem in Nauarram peruenisse, & principem à Mauroribus & Arragonibus electum propositis nonnullis conditionibus, vt in eos & quis legibus vteretur. à quibus etiã iudex qui medius inter eos & Regẽ esset, expetiuit fuit, & Arragoniæ iustitia vocaretur. sed hic non Rex, sed tantum princeps fuit. Inter cum & primum Arragoniæ Regẽ Ramirum, intercesserunt anni plus minus 128. An illa formula sint olim vsi Arragones, quando tantum habuere docem, aut primos elegere Reges, nescire me fateor. eam hodiè non esse in vsu, nec multis retrò seculis fuisse certum est. Quod Iunius Brutus ait, iusticiam Arragonicam repræsentrare maiestatem publicam, & regem ei in sublimiori solo sedente prestare fidem & hominum, ab eo confictum est.

Resoluitur argumentum quo doceri conantur populi auctoritatem esse maiorem, quam sit Regis, quia magistratus creati sunt propter populum, non populum propter magistratum.

Populi (inquiunt) non à magistratibus primam dimanarunt, sed quicumq; vel ab uno Principe, vel ab electis a se primariis regi voluntatis. eos dicunt antiquiores suis magistratibus fuisse: unde consequitur, non populum propter magistratum, sed magistratus propter populum fuisse creatos; sicut in eo populo, non pupillus tutori constituitur, sed pastor ei gregem, non grex propter pastorem. Suprà demonstravi quæ sit vera imperiorum origo, & populos manasse à suis principibus, populimque primos creasse tyrannos. Præterea nec illud verum est de omnibus populis, & Regibus, qui primam illam ætatem secuti sunt; quum historiz testentur, plerisque duces vagam, atque hinc inde dispersam collegisse multitudinem, aut ad eos eam vitro confuxisse, vnde novus conflatu est populus, sicut apparet in Ænea, & Romulo, aliisque pluribus, qui novi populi suæ auctoritate iusto bello devictos prætereo populos. Puerilis error est, ex indefinita sententia, quæ in paucis quibusdam tantum vera est, conclusivem deducere vniuersalem. Deinde fallit similiter hæc ratiocinatio, magistratus est propter populum, non autem populus propter magistratum, ergò populus est maior sup magistratum. Similis cum superiore hic committitur fallacia, quando affirmatur verum esse in vniuersum, quod tantum particulare est. In libera republica, qualis fuit Atheniensis & Romana, populus maior erat suo magistratu: sed in regno, & optimatum potestate, alia est ratio: ibi magistratus ex arbitrio Principum creatur, & eorum nomine ius dicitur.

Præterea illi penes quos summa in republica est potestas, sine ius Rex sit, suo optimatus, vel ipse populus, non proprie magistratus vocabulo significatur, sunt enim supra omnem magistratum, sicut & supra leges; vtpote qui cum sua auctoritate constituunt, & rectè magistratus officium potest tutelæ comparari, quia rem alienam magistratus procurant, aguntque aliena auctoritate, ac nomine.

At Regia potestas rem propriam suo ipsius nomine trahat: quamobrem nec procurator, nec delegatus populi vilo modo potest Rex intelligi. proinde quamuis tutelæ omnes magistratus comparari possint, regnum non potest. Sed cum Rex interdum summus magistratus dicatur, & Regiæ potestatis aduersarij hoc e nomine Reges intelligant, & eorundem axiomatis hic sic sensus, populos non propter Reges, sed Reges propter populos esse creatos, tanquam quidam populi-curatores atque pastores; examinanda quæ sit res est, huius consequens sit populum idcirco suo Rege maiestate, & auctoritate esse digniorem, maioræmque.

In vulgari tutelâ, certum est, raro euenire, vt pupillus suo tutore maior sit, domini feudorû multis in locis Vassallorû impuberû consuetudine tutores sunt, & nonnunquã aut noui & patrum constituntur tutores neponum: sed non idcirco inferiores auctoritate & dignitate suis pupillis sunt. Pueris & discipulis eligitur & quæritur magister & Doctor, quos nemo dicit magistro.

& doctore praestantiores, nisi aliunde id habeant. Pastorem verò quis inquam suo gregi subiecit, & gregem supra pastorem extulit?

Igitur regem & populum, simili quadam necessitudo intercedit, ei quæ est inter maritum & uxorem, patrem & filios, dominum & servos: quorum ut augeatur numerus, nihil maritalis, patris & herilis minuitur autoritas, ut non possit in universos, quod potest in singulos, aut ut universi poterant habere in patrem suum, quam non habent in singuli. Habeat aliquis sexcentas uxores, si tot habere possit, & totidem natos, & triginta servorum millia possideat, tam est universis in universos, quam singularum, & paucis natorum, & de minimis servorum, tam in generatione universorum, quam singularum. Singulorum. Metus, pater, & dominus in duodecim uxores, in adoptandis filijs, & acquirendis servis, non tam beneficium tenetur accipere, quam dare si eodem modo populum, quando cumque regem quæ sibi elegit recipit, non dat, sed beneficium accipit. Et quænam modum filijs & servis nulla competit in patrem & dominum autoritas, in hoc subditis in regem cui se subiecerunt. Quocirca à regis constitutione facta per populum, aut regni proceres, non rectè colligitur potestatem retineri in ipsum regem: nisi forte ut supra distinximus, ex pacto & conventionibus regia potestas accipatur & alio tractata.

CAPVT XXV.

Falsum est quod quidam disputant reges à Deo electos, à populo debuisse constitui, ut quod habebant potestatem, secundum Deum populo acceptam ferrent.

Concedantur tamen populum reges constituere & regna tradere, & electionem etiam divinam suo suffragio comprobare, atque ita fieri voluisse Deum, ut quantamcunque autoritatem reges habent, populo secundum ipsam acceptam ferrent. Et tamen hanc constitutionem populum regum quidam faciunt, ut sine ea Deum nunquam constituisse ullum regem affirmare audeant. eorum hæc sunt verba: *Ado quippe potes populum regis constitutus est, ut tamen rex à fratre à Deo datus esset, à populo tamen constitutus in heredem dicens Deo, Cum ingressus fueris terram, quam Dominus Datus dabo tibi, & dixeris, constitutum super me regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, enim confisus sum quæ Dominus elegerit in numerum fratrum meorum. Sed & in hoc factis id probavit. Rex enim à Deo datus esset Saul, Samuel populum in Massibus ad constituendum regem convocavit, & perinde ac si electio nulla esset, misit forte eum ad Super Saulum vocasset, à populo publice rex est nominatus. Quinoniam cum Avimolius percussisset, de quo à populo rex est confirmatus. Et quidem David natus ante rex à Deo electus erat, nec pro idò non crederetur accepit, quæ post anno in Bethoron est consecratus, & à populo constitutus. Sed & Salomonem filium regem post se David successorem, quoque hoc factis fuit, nisi præferat populo, in Gihon consecratus, ab eodem rex nominatus. Et mortuo Salomone populus congregatus dicitur, ut constitueret Roboam regem. Sic Azarias, Iona, Ochozias, & alij reges constituti à populo legitur. Unde et Absalon captivus regni occasione fuit, cum diceret, Quis me constituit iudicem super terram, & sibi iterum vultu in verum Israel. Deo alio alluso ipse Chusis. Accidit ad Absalonem respondens illius ero (inquam) quem elegit Dominus, & omnia hic populi, & omnesque Israel, & cum eo in verum. Eadem argumenta apud diueros in mutatis verbis,*

verbis inuenire licet: quibus verba Samuelis ad populum Israeliticum addo, quando prædicit fore, vt oppressi magnis oneribus clament ad Dominum, *Propter Regem quem elegisti: & alio loco, En Regem quem elegisti, & quem expectasti,* loquens de Saule, quem tamen Deus vni in Regem antea iusserat. vnde effici videtur Reges à solo Deo nullo adhibito humano vel iure, vel auctoritate, vel vi ac violentia, aut postulatione, aut contractu, aut consensu, sine hominis interuentu, non esse constitutos.

Ad hæc respondeo, me supra demonstrasse electionem Regis factam à populo, vel à proceribus, Regem non idcirco facere inferiorem vniuerso populo, vel proceribus. Tamen quoniam tantopere vtgetur, idq; ex malè intellectis scripturæ locis, rem examinabo, euincamque Reges Israël & Iuda à Deo proxime ad regnum vocatos, à populo postea quidem receptos, sed non electos. Nô enim opus fuit vt à populo constitueretur Reges, qui à Deo iam constituti essent, à quo & vocati: à populo recipiendi, non constituendi erant. Quantum sit ius electionis Imperatorum à nobis dictum est, præstantior est electio Dei. præposterum est superioris electionem confirmari ab inferioribus. Quod electionem atinet, duobus citatis locis allegatam, ea non est intelligenda personæ aut indiuidui, sed generis, sicut ex verbis Moïsis allegata apparet. *Cum ingressus* (inquit) *fuerit terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi, & dixerit, constituam super me Regem, sicut habent omnes per circuitum nationes, eum constitues, quem Dominus elegerit.* Quibus verbis ius sibi Deus referuauit constituendi Regem. Nam quamuis permittet populo habere Regem, non tamen eum quem ipsi elegerint, sed quem ipse daret. Postulauerant enim regem sibi dari, sed neminem nominauerant. hoc enim ad Deum pertinere ex lege didicerat: & idcirco per Prophetam Deum consulunt, vt notent quem in Regem velit ipsis præficere. Quod res & verbis Prophetæ docetur, quando dicit, *Eccè dedit vobis Dominus Regem.*

Si populus potestatem eligendi Regis se habere credidisset, nunquam Regem à Samuele postulasset, nec Gedeon delatum sibi & herodibus suis ab Israele regnum recusasset, quare lectores admonitos cupio, vt attentius perlegant sacras historias, in quibus narrantur duces & Reges dati populo Dei, quorum primus fuit Moïses, & secundus Iosua, qui Israelicam in terram Chanaan intro duxit, eamq; deuictis hostibus sorte populo diuisit, quos interuentu populi duces esse factos affirmare, desperatè aio esse impudentiæ, idem dico de cæteris iudicibus, qui nullâ partem suæ vocationis populo debuerunt. De Regibus quia mouetur congruentia, videndum est quæ fuerint in eorum creatione populi partes; eorum inquam quos ipse Deus Reges designauit, atque inungi iussit. Inter Reges & iudices quod potestatem atinet nullum fuit discrimen, tantum splendore externo ac maiestatis quadam dignitate, & in familia ipsorum successionis iura constituta excelluerunt Reges, quare non magis absurdum sit proxime à Deo datos esse Reges, quam iudices, numquam prærogatiuam in sua vocatione iudices habuerint præ Regibus, qui proxime à Deo vocati sunt, & iussu ipsius à Prophetis sacras, vt idcirco plus iuris populus in suos Reges sibi vindicare poterit, quam in iudices, difficile esset ostendere.

Ingenue Buchananus confitetur Deum solum fuisse Israeliticis Regibus honoris

honoris authorem, & etiam supplicij & poenarum exactorem: proinde nullam potestatem in suos reges populo reliquisse, aliorum regum quos sibi populus præficit, aliam credit esse rationem. vtrorūque sunt nobis diuidenda sophismata; primum eorum qui contendunt Israhelicos reges, quos ipse elegerat, Deum voluisse etiam deinde eligi à populo, & eo nomine habuisse potestatem in suos reges: deinde de cæteris nationum regibus videbimus. vt à Saule incipiam, constat eum à Deo electum, sine interuentu populi, in prima reuelatione facta Samueli, & in eius prima inunctione. Conuocato autem populo à Samuele in Mispa, quid illie populus egerit, sacra historia narrat: quam totam, vt res fiat magis manifesta, hic subiiciam.

Conuocauit Samuel populum ad Dominum in Mispa, & ait ad filios Israhel: *hæc dicit Dominus Deus Israhel, ego e ducei Israhel de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorum, & de manu omnium regum qui affligebant vos. Ecce. Nunc ergo state coram Domino per tribus vestras, & per millia vestra, & cum applicasset Samuel omnes tribus Israhel, cecidit sors tribum Benjamin. Et applicatis tribum Benjamin, & cognationes eius, & cecidit cognatio Matri, & peruenit usque ad Saul filium Cis. quæ sermō ergo tuus, & non est inueniens, & consuleremus post hæc Dominum, an venturus es illic vir: responditq; Dominus, Ecce absconditus est inter vasa. Cœcurrerunt itaque & iherosolimitam inde, stetitq; in medio populi, & aliorū fuit vniuerso populo ab humero & sursum: & ait Samuel ad omnem populum, certè videtis quem elegit Dominus, quoniam non similes illi in omni populo: & clamauit omnis populus & ait; viuat rex. Obsecro te, candide lector, quam hic notas siue nouam electionem siue constitutionem regis factam à populo? ego quæ mei ingenij est imbecillitas præter simplicem regis à Deo dati receptionem, nihil pericipio, primò, ne Samuel obtrudere populo videatur, non quem Deus ipse elegerat, sed amicum fortè quem ipse maxime probasset, forti rem committit, vt per eam Deus populo suo palam regem indicaret, quem antea ei reuelauerat, & iusserat regem inungi. Populus verò vbi ex sorte cognouit Saulem à Deo designari regem, sui officij tantum esse duxit, forlicia & fausta omnia suo regi precari, atque ei sese regendos submittere. Non rogatur populus, an placeat ipsis rex à Deo designatus, non numerantur suffragia: pauci quidam fastuosi aspernantur regem, & hæc de Saule sufficient, quibus non contentiosis demonstrarum esse puto, Saulem proximè à Deo regem fuisse constitutum, sine vlla populi interuentione, nisi vt eum reciperet, & se ei subijceret.*

Nunc de Dauidè videamus, quem similiter constat in regem consecratum mandato Dei, à Samuele. Ad eum legitimus venisse viros Iuda, & unxisset Dauidem in Hebron, vt regnaret super domum Iuda: & postea vniuersum Israhel, cum quibus & fœdus iniit; & tertio vinctus est in regem. vndè magis verisimilis ratio duci potest, regnum à populo traditum fuisse Dauidi, nisi eorum verba obstarent, quibus necessitatem habendi eum pro rege, quem norant à Deo ad illam dignitatem vocarum testantur. quod enim Deus iubet in liberationem apud homines venire non debet: cognitæ Dei voluntati necessitas parendi homini incumbit.

Quotquot enim initio Dauidem non receperant regem, Deo repugnauerant, sicut secundus Psalmus testatur, contra eos scriptus, qui eum regem admittare detrectabant. dicuntur enim conuicisse & iniisse consilia; non ram

contra

contra Dauidem, quàm contra ipsum Iehouam. vnde ostenditur domus Iudæ & relictarum decem tribuum officium fuisse subire Dauidis imperium; non autem tradere quod non ipsorum, sed Dei erat.

Salomon autem solius Dauidis mandato rex factus est. Nathan & Sadoc non crediderunt populi suffragium, ad eam rem esse necessarium. regis voluntas (penes quem sciebant summam esse rerum potestatem) sufficere ipsis visa est. Tametsi patriæ potestatis summi imperij sit, aut ex alie hæredem, aut ex quocumque parte voluerit scribere natum, & in regno quem volit successor. rem designare, aut collegam adsumere; non tamen in ea re suum arbitrium, sed diuinum oraculum Dauid secutus est. id populus ignorauit antequam rex indicaret, quod tum demum ab eo factum est, quando Salomonem vngi & creari regem mandauit: populus autem totus in hac re à rege pendit, sicut ex primi capitis primi libri regum historia constat.

Cùm enim regnum occupare viuo adhuc Dauide patre suo Adonias conaretur, vt antea crederet Salomonem, quem rumor erat in animo habere Dauidem, sibi successorem regni constituere, Bethsabe cum propheta Nathan rem Dauidi indicat, reuocâque ei in mentem iniurandum, quo Salomoni regnum promiserat. Bethsabe ad regem verba hæc sunt, *Domine mi rex, tu iurasti per Dominum Deum tuum ancilla tue; Salomon filius regnabit post me, & ipse sedebit in solio meo. Ecce nunc Adonias regnat, te (Domine mi rex) ignorante. Maachab quoque sacerdotem, & Ioab principem militia, Salomonem autem seruum tuum non vocauit, verumtamen, Domine mi rex, in te oculi respiciunt totius Israël, vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo, Domine mi rex, post te.* Ex quibus Bethsabes verbis, quæ postea confirmantur à Nathane propheta, & tota ipsa re gesta, manifestè liquet falsum esse, Salomonem secundario regem à populo fuisse creatum, qui expectabat regem à rege designari, cui se submitteret, quæ potuit illa esse secunda creatio, postquam à Dauide rex Salomon creatus fuit, & in solio regni collocatus, post solemnem illam populi Ierosolymitani acclamationem, & regis Dauidis confirmationem cum gratiarum ad Deum actione: populo aliud nihil relictum fuit, quàm suscipiendi noui regis, eiusque imperio se submittendi necessitas.

Quod legitur in primo Paralipomenon conuenisse omnes tribus Israël, & secundo vinctum fuisse Salomonem in regem: causa fuit, vt iam designatum à Deo, & sacratum mandato Dauidis regem recipere, eique se submitterent, ac fidem hominij darent. Neque enim ibi aliud legitur esse factum, quàm à Dauide populo fuisse declaratum, Salomonem à Deo electum esse regem, qui sederet super thronum regni Iehouæ, super Israël.

CAPVT XXVI.

Regnum Israëliticum non fuit populi, sed Dei, in suos ergo reges nihil habebant potestatis, nec populo illud acceptum ferre poterant.

ETenam & illud hic notandum est, solium regni, non dici populi Israëlitici, sed Dei: sicut in secundo Paral. vbi regina Saba Salomoni bene precatur
his

his verbis; *Sit Iohann Dom vauu benedictus, qui complacuit sibi iuste, iuxta passio-
ne super thronum suum Iohannem Iohannem Dea sua, propiora quod dilectis Deus tuus
Israelem, &c.* Vnde colligitur regem angusta sua maiestate imaginari referre
Dei, & ipsius solium non esse populi, nec a populo, sed Dei, & a Deo.

Consules, & proconsules Romani, dictatores & magistri equitum, magi-
stratum populi Romani gerere dicebantur. reges verò nemo rectè dixerit
populi magistratum gerere: quia non alienam, sed propriam rem procurant,
aut ve verius loquar, Dei, & ideo minister Dei vocatur, non populi, malos
vileisci gladio, ad Deum pertinet, qui per prophetas suos testatur ad se perti-
nere vindictam, & iram scelerum; *mea est vltio, & retributio*, ait Dominus.

Populo suo quàm minimum iuris Deus dedit in electione ducum & re-
gum; & graviter culpantur à prophetis, quando ex sua libidine, non Deo au-
thore præcite Reges sibi delegere. *Uel apud Oseam, ipsi regem instituerunt*
(inquit) *non ex me, principes constituerunt, & non noui.* Quomodo dum
illud regnum Dei non populi erat, ita illud à Deo non à populo rex accipie-
bat. Amplius addo consuetudinem in Deum & impium videri, adferre sa-
crum illud regnum, aliquo modo conferendi ius pertinuisse ad populum.

Verba Chusai ad Absalonem, contrarie sententia nihil suffragantur. non
enim ex animo, sed sibi loquebatur, ex vulgi seducti sententia, quibus factis
Absalonem persuasores in eorum esse sitam potestate abdicare, & creare Re-
gem. Quod igitur Chusai sibi est loquutus contrariani sui sententiam, se e-
um Regem fecerunt, quem Deus elegerat & populus vniuersus, nullam ius
faciunt populo eligendi & abdicandi Regem. Nefaria fuit conuictio, quæ
totum populum qui loquebatur Absalonem, violenter maiestatis crimine re-
um fecit.

Quod postea decem tribus conuenisse narratur, vt Roboamum Regem
constituere non significat iure hereditario, sed diuino Regem non fuisse Ro-
boamum, vt opus habuerit, à populo accipere, quod non habebat, sed, vt ita
loquar, conuenerunt vt hominum nouo suo regi facerent, hoc est, vt sacra-
mento se, suamque fidem ei obstringerent, & quamvis defectio illa ducit lo-
roboam iusto Dei iudicio accidit, populus tamen non excusatur à tanta
maiestatis crimine, sicut iam supra notauimus ipsi exploratum fuisse ab
Osea. Nefaria enim mala mens populi fuisse, & quæ sine defectiois occasio, non
defecerunt: alii regem ex familia Dauidis elegerat potant, si persone fuisset
electum, vturpata igitur a diea meribus creandi noui regis potestas, non à
Deo data fuit. Et hæc eam sententiam non parum confirmant, à populo
non tam reges quam tyrannos creati.

In ea re tunc tempore exalto populum Israeliticum, & fuisse causos incon-
sulto Deo nouum creare regem, quod eorum patres sub Samuele auri non
fuerant, quid mirum, cum hodie post manifestam veritatem, idem à theolo-
gis, & iurisconsultis defendatur error? Debit enim ille populus in regum suo-
rum electione pendere à Deo: improprie electio dicitur (vbi nulla est inter-
cedendi relicta potestas) necessaria cum omni subiectione receptio.

Quod adferunt de Ioa, & Ioiada sacerdote, non probat populi potestatem
in eligendo rege, sacerdos rem in deliberationem non potuit, sed offenso
rege, quem à se deseruauat, aui cum oportere regnare, &arendum esse Deo

& aequitati. regnum enim deberi Dauidis stirpi. Quod ex eadem historia quidam notant duplex iusiurandum interuenire solitum, quo tam rex, quam populus iureiurando pollicebantur, se leges ipsius tam ecclesiasticas, quam politicas obseruatos: deinde aliud iuramentum mutuum inter regem & populum; nihil ad rem propositam facit nisi formula iuramenti aliquid contineat, vnde doceatur populum auctoritatem habere in regem potius, quam regem in populum. coniectura ex mutuo iuramento, regem potius subiectum fieri vniuerso populo, quam vniuersum populum regi, nulla ratione nititur. Tametsi sacramentum illud superfluum fuisse non putem, necessarium tamen fuisse, vt Ioas rex fieret, ita vt sine eo legitimus rex esse non poterit, iam à me superiori libro demonstratum est. nec ideo id narratur, vt probetur aliqua populi potestas supra regem, aut propter illud iusiurandum, quod puerulus fecit, creatum esse regem.

CAPVT XXVII.

Confutatur opinio eorum qui putant regnum Iudae stirpi quidem fuisse hereditarium, sed persona electiuum.

PRAETEREA, vt populi demonstrent potestatem in regem, aiunt regnum Iudae stirpi quidem fuisse hereditarium, sed personae electiuum. quod vt probent, allegant Ochoziam constitutum fuisse ab ciuibus Ierosolymitanis in regem; quum tamen minimus esset natu, & ex filijs Ioram: & Oziam filium Amasae à populo regem factum item populum terrae praerulisse Ioachas, fratre suo Ioram natu minorem. Sed sacra historia potius significare voluit debitum officium populi, erga interfecti regis verum haeredem, quam eius in eligendo rege potestatem. & quando Ochozias minimus natu dicitur rex constitutus, non significabatur electionis popularis potestas, quae minimum natu potuerit praeferre maioribus, sed potius contrarium: cum causa reddatur, id accidisse non tam libera electione populi, quam necessitate, quia maiores natu ab Arabibus sublati fuerant; innuens, non debuisse praeferi minimum, si maior aliquis eo superstes fuisset.

2. Par. 21. c. & 36. c.

Quod populus terrae Ioachas filium Iosiae minorem, regem constituit, contempto Eliachim, qui fratre duobus annis senior erat, iniuria non ius significatur, nec vltra tres menses regnavit, Aegypti rege iniuriam non ferente factam Eliachim: quare debitum ei regnum restituit, & popularem regem captiuum secum abduxit. Quod passim constituti reges leguntur, nihil aliud significabat, quam receptos fuisse, atque ipsis populum fidem debitam, se praestitutum iurasse. Minorem natu suffragijs populi iure ad regnum euecti esse, non id iubente Deo aut patre ita constituente, non puto ex sacris historijs demonstrari posse. Comuni lege ad natu maximum pertinuisse regnum verba Salomonis ad matrem suam satis aperte indicant: Cur (inquit) Adoniae petis Abisag Sunammithide vxorem dari? ipse me natu maior est, eadem ratione ipsi regnum posse. Nisi enim Dauidis (ita volente Deo) intercessisset auctoritas, in regno non Salomon, sed Adonias successurus fuisset.

Legimus Iosaphat plures habuisse natos, quibus aurum & argentum & alias res preciosas cum vrbibus dedit; sed regnum Ioramo, quia natu maxi-

2. Par. 21. c.

mus erat. Ex usurpata potestate populi, aut decem tribuum, nullum verisimile duci potest argumentum. Concludo igitur regnum Iuda hereditarium fuisse in familia Davidis, secundum successionis legem, iure communi constitutam, quæ maximum natu sanguine proximum regi defuncto, minoribus semper prætulit; nisi suprema Dei potestas, aut regis aliter constituisset. Videmus enim in sacra historia ius primogenituræ, interdum à Deo translatum ad iuniores, quod aliàs mansurum erat primogenitis: sed quod rarum est, & singulari privilegio factum, legem non abrogat. Pericula interregni, ambitionis & contentionis inter fratris semina, nulla in regno suo Deus esse voluit.

CAPVT XXVIII.

Ex historijs sacris quæ adferuntur exempli coniurationum in reges, non probans id esse iure factum.

Exemplis similiter ex sacris historijs desumptis argumentantur vi & armis priuata authoritate, tyrannidem à populo propulsari fas esse: vt quòd Ehud Eglon regem confodit priuatus: & Iehu dominum suum Ioram regem Israël, & Ochozian regem Iuda interfecit. Sed quidquid est huius generis, in exemplum trahi non potest. ratio hæc est, quod particularia habuerint à Deo mandata, quibus à communi lege fuisse exemptos intelliguntur, & de iudicijs & pijs regibus epistola ad Hebræos testatur eos fide perfecisse quæ de ipsis extra ordinem facta leguntur. Et verbo Dei docemur, vt ea quæ fide fiunt placere Deo, ita quicquid non est ex fide, peccatum esse.

Quam malè adfertur Davidis exemplum, tanquam se armauerit contra Saulem regem & socerum suum; eo quòd sacra historia narret consuluisse Deum cum in Coila esset, num Saul vt rumor erat, eò venturus esset: & an viri Ceilæ eum Sauli tradituri essent: ac si decreuisset mœniji illius vrbs, se veri aduersus iniustam vim regis: sed nihil huiusmodi vnquam David contra Saulem cogitauit: in re dubia & ancipiti Deum consultit, facturus quòd iussisset, is, qui nihil mali iubere potest. Si iustum bellum se regi inferre posse credidisset, & iusta arma contra tyrannum regem, nunquam ei pepercisset, quando bis eum Deus in eius manus tradidit. Neque ex verbis Abigaëlis id colligitur, quando Iudaui dixit, quia certò Iehoua facturus esset ei domum stabilem, quia prælia Iehouæ præliatus esset: intelligi non debet præliorum vocabulo bellum contra Saul, sed contra Philistæos & alios populi Dei inimicos, repetere nolo quæ à me superius de Dauide dicta sunt.

Adferunt etiam Lobnenses ab obedientia Iorami defecisse: quibus additur id quòd à Ioiada, & à populi proceribus aduersus Athaliam patratum fuit. Item Amasiam regem publica authoritate à Ierosolymitanis fuisse necatum, Exemplum Ioiadæ prætereo; vt pote cui iam à me sit responsum. Defectio verò Lobnensium ab obedientia Iorami regis allegatur quidem, sed non probatur iure esse factam, non magis quam Edumcorum, quos constat zelo cultus veri Dei non defecisse ab impio rege: causa quæ additur, nempe id accidisse, quia dereliquerat Dominum Deum patrum suorum, peccatum indicat, regis, & cur à Deo fuerit punitus: quæ Lobnenses mouerit, nulla exprimitur specialis causa, qui conjiciunt id esse factum odio impietatis

1. Reg. 24. c.
& 26.

2. Par. 21. c. 10.

2. Reg. 1. c. 25.

tis regis, nihil est, cum eandem causam alij reges similiter dederint à quibus tamen non leguntur defecisse. quis fuerit defectionis euentus non narratur: certum est diu non potuisse subsistere in regis inimicitia; qui in sua potestate Ierosolymam & templum habebat: proinde à culta Dei, & ministerio templi, eos arcere potuit. aut enim reipublicam per se oportet constituerint, aut se adiunxerint decem tribubus: nihil horum ab ipsis iure fieri potuit: vnde colligitur non diu in sua rebellionè durare potuisse. Et quamuis ob sua peccata dignus esset toram: qui Deo rebelis erat, subditorum puniri rebellionè, excusari propterea nec in exemplū trahi debes Lobnensium defectio; tanquam id factum sit, vt in Deiculu & templi ministerio permanerent.

Coniuratio quoque Ierosolymitanorum contra Amasiam, & ipsius nefaria cædes allegantur, vt probetur populi ordinumque potestas supra regem. Amasias tamen laudatus fuit rex, & pius; tantùm peccasse notatur, quòd contra regem Israel temerè non necessarium bellum susceperit: vnde magna est sequuta calamitas; quæ regi odium Ierosolymitanorum confluxit. sed infœlix prælij exitus, ciuibus Ierosolymitanis iusta causa non fuit, armis opprimendi bonum regem. frigidum hoc est, quòd historia sacra non dicit à seruis domesticis occultè & per insidias fuisse occisum: sed aperta vi & veluti publica autoritate: quasi aperta vis publica autoritate nulla possit inferri: & minor sit iniuria, quæ à multis & publica autoritate inferretur, quàm ea quæ ab vno & clam proficiscitur. Ierosolymitanorum in se nefaria consensus, & publica autoritate confirmatus, parricidij crimè non excusat. Sed ipsum coniurationis vocabulum, quo scriptura vitur, facinoris declarat naturam: nec ex hoc facto magis colligi potest ius, quàm ex coniuratione Absolonis, & aliorum, qui Dauidi sanctissimo regi regnum eripere sunt conati.

Quod patris interfectores filius non est vitus, iure casum fuisse non arguit: sicut nec per scelus proditorum periisse Ioam, quia Amasias de percussoribus sumpsit supplicium. Nam si scelerata loæ cædes fuit, iusta Amasias esse non potuit; etiamsi tota Ierosolyma in eam consensisset. adolescens sexdecem annorum, in initio regni sui in potestate sua non habuit paternæ neccis vindictam: & priusquam ætate in regno confirmaretur, præcipui auctores aut fortè mortui erant, aut fuga suæ salutis consuluerant: aut erant ea potentia & numero, vt non potuerit. Quod mirum nemini videri debet, cum ipse Dauid animaduertere duo parricidia in Ioabum nequiuertit.

Ad hæc exempla & alia quæcunque sunt huius generis, etiam si pluries fuerint repetita, respondeo iterationem peccati, non patrocinari peccato: sic parricidaria cum sint exempla, nullam similibus factis adferre excusationem; nisi in adsumptione alicuius noti iuris contingantur, quod factum defendas. Quando enim huius generis exempla allegantur, tanquam iure facta, niuntur sententiæ de qua est controversia, putà fas esse, aliquando priuatis hominibus necare tyrannum, aut populum ordinisue potestate in habere animaduertendi in suos reges. Proinde non rectè adhibentur ad ipsius probationem, nisi exemplis quiduis fas esse demonstrari posse credamus.

Argumentum sumptum est iure Cesareo de duobus promittendi reis resutatur.

Magno conatu magnum & perniciosum errorem Iunius Brutus conatur defendere, comparando regem & populum Israeliticum duobus promittendi reis, quorum vterque in solidum tenetur, & alter focium cogere potest ad officium; præsertim quando de perficienda aut omittenda re quapiam, facta est stipulatio. Bruti verba hæc sunt; *Fecit Deus quod in duobus nominibus creditores facere solem, ut plures in eandem summam obligentur; ut eundem rei duo pluresve rei constituantur, à quorum unoquoque tanquam a principali reo solidam peti possit. Ecclesiam unico homuncioni committere lubricum erat. Eam utaque vniuerso populo commendat, atque committit. Poterat rei in lubrico gradu constitutus, facile in impietatem labi. Ne itaque collaberetur ecclesia, populum interuenire voluit. In ea de qua agitur stipulatione, Deus vel eius vice summus sacerdos est reus stipulandi; rei & populus vniuersus, pusa Israël, est reus promittendi, ambo ex una eadèque causa, & quidem ex voluntate coniunctim obligati, &c. Constituantur ergò hæc duo rei, rex, & Israël; ideòque æqualiter in solidum obligantur. Quemadmodum ergo cum Caius & Titius eandem pecuniam, Seio stipulanti coniunctim promissurus, fugerit in solidum tenentur, & ab eorum alterutro solidam peti potest: ita tenentur rex per se, Israël item per se, curare, curare, ne quid detrimenti ecclesia capiatur, vter vero negligat, Deus ab alterutro integram rem potere potest; & eo quidem magis à populo quam à rege, quò plures & difficilius labuntur, & magis soluendo sunt, quam vnus. Item ut in duobus correat præsertim fiscalis eribus, vnus ita in solidum tenetur, ut beneficio diuisionis per nouellam constitutionem Iustiniani concesso, vti nequeant; ita rege & Israël tributum Deo regi regum promittentibus, vterque in solidum tenetur, &c. Hinc Iunius Brutus ratiocinatur in populo & in ordinibus, cogendi regem ad officium inesse potestatem, si defector verè religionis fiat: & quod in causâ religionis prætenditur, pari ratione in tyrannide disputatur locum habere: ita ut quicquid peccant reges, eo apud Deum populus teneatur, nisi repugnauerint, & regi resisterint. Iunius Brutus nimis inflectit ciuiles leges ad causam spiritualem, quæ inter Deum & homines est: nec considerat, cum quo populo Deus primum fœdus pepigit, nec sub quo duce: cui constat tutius ecclesiam commissam fuisse, quam populo. Dum itaque suas cogitationes coniungit legibus, falsum æquitati miscet, fallitque & fallitur. Dicit enim quod & verum putat, idcirco Deum duos stipulatum promittendi reos; quia ecclesiam committere vni homuncioni lubricum erat: qui in impietatem labi facile poterat: & ne collaberetur ecclesia, populum interuenire voluisse; ut integram rem ab alterutro repetere posset: & eo quidem à populo magis quam à rege, quo plures difficilius labuntur, & magis sunt soluendo quam vnus. Hæc pulchra oratio est: quæ tamen præter speciem nihil habet veri.*

Repeto quòd antè dixi, bonum regem inueniri esse facilius, quam bonum populum. ferè peior pars populi numero vincit meliorem. Et ille populus de quo agitur, semper refractarius & rebellis Deo fuit: non item duces & reges. Deinde pastor tutius grex committitur, quam ipse sibi: qui si pereat pastoris negligentia, gregem Deus à pastore repetet; non contra pastorem à grege.

grege. Apud prophetas non raro legimus imputatum iri pastoribus, si eorum negligentia grex perierit. apud Ezechielem speculatori comparatur pastor; qui peccatores admonere debet. quod si non fecerit, nec locutus fuerit, vt caueat impius, & recedat à via sua impia vt viuat, ipse impius in iniquitate sua morietur; sanguinem autem eius de manu pastoris requireret. idem pluribus locis apud eundem prophetam, & alios inueniuntur. vellem demonstrari locum, in quo populo mandatur vt videat, ne rex peccet; & nisi fecerit, id ipsi imputatum iri.

Ius quod allegatur ciuium est: quibus in correos, qui non præstarent quod promissum erat, iusta datur actio: idque in debitis maximè controuersis, quæ æquitas nulla est, quando inter partes debitum controuertitur; & potentia & viribus correi aded sunt impares, vt alteri in alterum nulla esse queat actio; nec vllus superior iudex, ad quem confugiat pars aliàs futura innocens. Vniuerso populo in singulas tribus & familias potestas erat: hoc est maiori parti in minorem, & quemadmodum pars tenebatur legem obseruare; ita etiam videre ne ab alijs violaretur: & quamdiù vna tantum tribus aut ciuitas peccabat, debebat quidem à reliquis ad officium reduci; sicut Deus in lege sua sanxiuerat. *Si audieris de vna urbe tuarum, quam Iehoua Deus tuus dicit*

Deut. cap. 13:

sibi, vt habites ibi, aliquem dicentem, egressi sunt quidam homines filij impietatis à medio tui, qui impulerunt habitatores urbis sue, dicendo, eamus & colamus Deos alienos, quos non noscitis, tunc inquires & inuestigabis, ac interrogabis diligenter: & si quidem veritas sit & rumor verus; quod facta sit abominatio ista in medio tui, percutiendo percussies habitatores urbis illius acie gladij; & aquas omnia spolia eius congregabis in medio plateæ eius, & combures igni urbem ipsam, & omnia spolia eius, prorsus Iehouæ Deo tuo, erisque cumulus perpetuus, non edificabitur amplius, &c. Vniuerso populo libero hic potestas in singulos datur, & maiori parti in minorem. quo præcepto debuissent Rubenitas & Manasseos, aliazque tribus vi & armis punire; si verum fuisset quod suspicabantur, nouam erectam fuisse aram Dijs peregrinis; sicut vlti sunt Beniaminitarum flagitium. Sed deficiente tribuum maxima parte ad cultum falsorum numinum, paucis non mandatur vt authoritatem in multos sibi vindicarent. Propter idololatriam decem tribus non erant à duabus reliquis delendæ, aut vi & armis cogendæ, iuxta tunc allegatam legem.

Sub Roboamo per Semeiam Dominus à bello reuocauit Iudam & Beniamin; ne contra reliquas decem tribus præliarentur. Nihilo enim sub Roboamo meliores fuere suis fratribus: retinuerant quidem Ierololyms aliquem veri Dei cultum, sed coniunctum & contaminatum falsorum numinum religionibus. Abia qui Roboamo successit, idolorum quidem fana destruxit, & verum Dei cultum restituit: bellum tamen frustra intulit Ieroboamo, tam regni quàm religionis causa, vt eos ad verum Dei cultum, & ad Dauidis familiæ regnum reduceret.

3. Reg. 12:

2. Par. 13:

Ante creatos reges varius fuit populi status: sed nunquam minor populi pars, qui vnam rempublicam constituunt, maiori legitimum bellum potuit inferre; nisi priùs discessionis iusta causa data sit. quia inter partes maior authoritas est penes maiorem partem, etiam si sit peior: quia de æquitate semper erit quæstio. Nam nemo tam imprudenter, & perditè futurus est malus;

qui iniquam se sustinere causam profiteatur : & quamvis magnus tyrannus quis fuerit, se tyrannum esse nisi furiosus esset, confiteri erubuit. Qui fuerit in populo Dei idololatraz, & veri numinis cultus violatores, non crediderunt se tales esse : impietas religionis colore semper defensa fuit, & vera pietas nomine impietatis oppugnata : & tyrannis tanquam legitimus principatus defenditur, & contra iustum ac clemens imperium, pro tyrannide traducitur. Sub regio dominatu, pars quæ regem sequitur, etiam minor sit, tamen propter principalem regis dignitatem, maiorem quoque habet imperandi potestatem : pondus regis maiestatis totam auctoritatem secum trahit. Sic ordo rerum & ius gentium est ; quem perturbari Deus, qui ordinis est author non confusionis, nusquam voluit. Contrarium qui statuit, ut bonis fauceat, qui sæpe vincuntur numero, quibusuis factiosis hominibus viam aperit, ubi potior pars melior erit. Satius est à bonis malos tollerere, quam politicum ordinem, quo boni simul seruantur & mali, perturbari.

Malè igitur comparantur duobus promittendi reis. rex. & populus, quorum uterque coniunctum & separatim in solidum solvere tenetur. Deus de peccatis regum à populo innocente, qui similiter in eadem re non peccauerat, aut fortè grauius, nunquam sumpsit supplicium : nec ei peccati loco fuit, quod in reges suos propter ab eis perpetrata flagitia non insurrexerunt. Nam quamuis à subditis non sit regum impietas imitanda, non idcirco est ab eis punienda.

CAPVT XXX:

Populo non impusatur quod peccant reges, nec propter eorum peccata puniuntur, nisi digni sint qui simul cum suo rege affligantur.

DAuid iussit numerari populum, vnde plaga magna secuta est : sed non peccauit populus, quia regis sui mandato non resistit. qui enim potuisset inermis populus, & qui non paratus ad eam rem erat ; cum armis à ducibus exercitus res peracta sit : sed peccauit quod dimidium sili, solui sanctuario mandatum pro redemptione sua, non persoluerit, plagam antea per Mosen prædictam acciuit : diuinæ iustitiæ non est innoxios alienis peccatis inuoluere, & nihil eommeritos punire. Anima quæ peccauerit ipsa morietur, sicut anima patris ita & anima filij, ait Dominus.

Item addunt ob eadem Gabaonitarum à Saule perperatam trium annorum fame afflictum fuisse Dei populum : quod non accidisset, si populus extra noxam fuisset : eam tamen vitare non potuit, nisi resistendo regi. Potest igitur imò debet regi iniqua præcipienti aduersari : fieri autem id non potest, nisi vi vis repellatur ; arma igitur iusta sunt, quæ populus contra suum regem reprimendæ tyrannidis causa capit. Respondeo multis modis populum criminum ac scelerum regis sui fieri participem : quod ut vitet, non opus est ut regi suo repugnet, & armis eum in ordinem cogat ; satis est, si non placeant quæ sceleratè & impie sunt à regibus, nec operam auxiliūque præsent iniquitati. Quando cumque populo probantur iniqua & impia regis consilia, eisque se obsequentem præbent, nihil mirum est, si cum rege luo in iram

Dei.

Exod. 30. c. 12.

Ezech. 18. c.

2. Reg. 21. c.

Dei incurrant; & Deus viciscatur quo tam populus quam rex peccauit. Ut gratificaretur populo in Gabaonitis Saul defauit: non id facturus nisi gratiam populi sperasset. Inuidiam exhibitæ clementiæ Amalechitis, contra præceptum Domini; & odium impiæ cædis sacerdotum Dei, hac noua gratia populi extinguere voluit. Meritò igitur in populo suo pusiuit voluptatem, quam ex clade Gabaonitarum ceperant: & quam sibi vtilem & profuturam sperauerant. Non minùs Deo displicuit Saulis crudelitas in sacerdotibus, & ciuitatem Nobæ; ea quàm in Gabaonitis perpetravit: ob eam tamen Deus nullam calamitatem populo suo iminisse legitur; vtpote qui particeps non fuerit illius tyrannidis regiæ: Israëlitz satellites regi nefariam cædem sacerdotum præcipienti, non paruerunt: quod satis fuit: in regem non conuerterunt arma defendendi sacerdotum causa. non enim id vsquam à Deo præceptum est. quod tamen factum oportuisset, si populus & rex simul rei promittendi fuissent. Quem putamus futurum illius regni statum, in quo populus persuasum habebit, apud Deum se peccatis principis sui reos teneri, nisi mala ipsius remorentur consilia, & eum regant atque in eum imperium exerceant, à quo ipsi regendi sunt? Cum actiones regum foris pateant, inuicem verò plerumque lateant; audacissimus quisque pro sua libidine omnia interpretabitur; & si quid ei non probetur, pietatem violari, indigna facinora committi, & iræ Dei totum populum obnoxium reddi, clamabit. Si quis ad mortem facinorosus educatur, qui Deum hominumque fidem testetur, se innoxium, se indigna morte perire; plebs credula, quæ sibi innocentem sanguinem imputatum iri arbitrabitur, latronem carnifici eripiet, & supplicio subdacet.

C A P V T XXXI.

Distributio subditorum in tria genera admittitur, & quod de primatis hominibus concedunt aduersarij, probatur conuenire etiam subalternis magistratibus.

Qui prudentiùs & moderatiùs hoc argumentum tractant, quia omnium subditorum in hac re nolunt parem esse potestatem, quædam ab eis subditorum in tria genera facta est distributio: quorum alij primati sunt homines, nulla publica administratione fungentes; alij magistratum quidem gerunt, sed hi summis magistratibus subijciuntur, quos subalternos & inferiores magistratus appellat. Tertij etsi summam quidem imperium non habeant, nec suprema ac ordinaria potestate funguntur, constituti tamen sunt in eo ordine, ut sint quasi fræna & habeatæ ad supremum magistratum in officio continendum. Quòd verba libelli de jure magistratuum hoc loco potissimum adferam, à me fit, quod meliùs mihi videatur gradus & conditiones diuerfas distinguere alijs, qui idem tractant argumentum, & eorum multis in locis temperare ardorem, quem penitus extinctum cuperem: & quod mihi meoq; proposito seruiat illa quam posuit distinctio.

Sed hoc mihi multo maius est quod ait hominem primati resistere non posse tyranno, qui semel à populo suo probatus & susceptus fuit, quamuis suo iure abeat: reseruit enim (inquit) auctoritas sine subdamentis, in propriis & primatis subditis, quoniam

mutuo consensu, ac publice contracta obligatio nullius privati volumine aut solius divitiis ne potest. Quod si secus fieret, restet vidit infinitas rerum perturbaciones, ipsa etiam tyrannide peiores, sequentur: Et in locum vnius tyranni, quem profligere vniuersi essent, mille successuros. Rationes & argumenta quibus crudire hanc sententiam probat, adderem, nisi iam à me id factum esset: restat tantum controuersia de inferioribus magistratibus, quos subalternos & velut intermedios inter summum magistratum & populum vocat, quorum aliam putant esse rationem. Quod officia que ab eis exercentur, non tam a rege quam à supremitate acceperint, proinde non tam nomine regis, suo defungantur officio gladioque utantur, quam ipsius regni. Id pluribus verbis inculcatur, sed nullis solidis nec verisimilibus rationibus probatur.

Sed prius & hoc videndum est, quos subalternos & intermedios magistratus vocet. constituitur discrimen Inter regis domesticos, & officarios (qui scilicet manus aliquod in basilica regia exercent, & ipsius persone potius quam regno inserviunt) & eos qui publicis muneribus, quia ad regni statum vel iudiciorum causa, vel rerum bellicarum pertinent, funguntur: qui idcirco in ipsis monarchiis non regis sed coram administrari nuncupantur. Cuiusmodi Romæ quidem erant Consules, Prætores, Præfectus vrbis, Præfides provinciarum &c. Tales quoque erant apud Israelitas duces singularum tribuum, Millenarij, Centuriones, quinquagenarij, Decuriones, & Seniores populi &c. Eius generis varij magistratuum ordines sunt hodie apud Christianos inter quos iure consensu sunt duces, marchiones, comites, vicecomites, barones, Castellani, ut qui vltim officia & vniuersa publica exercent, ad ea certo ordine legitimeque allecti &c. In hanc ordinem præterea adnumerantur, qui in ciuitatibus ad varia munera eliguntur, quales sunt, quos vni loco maiores, vicarios, consules, capitulinas, syndicos, scabinos, & huiusmodi nuncupant, qui omnes etsi supremae magistratui subsunt, & ab eodem inaugurantur & approbantur, non tamen ab eo propriè pendunt, sed ab ipsa supremae iure, id est, à summa illa imperij seu regni diuina & auctoritate, idcirco defuncto eo qui summam magistratum gessit, manent in suo quisque gradu, quemadmodum ipsa suprema potestas eadem manet &c.

Sequitur postea argumentum, quo superior adfertio doceri videtur. (inquit) a quam omni iure tam diuino quam humano fueris, aliquid istis inferioribus magistratibus amplius concedi, ratione præstiti ab ipsis iuramenti, de procuranda legum obseruatione, quam illi, qui priuatae sunt omnino conditionis, & absque villo publico munere? Dico igitur si eo necessitati fuerint adacti, teneri ipsos omnino aduersus tyrannidem, salutem eorum procurare (etiam armata manu si possunt) qui imperij fidei & curæ sunt traditi, tantisper dum ex communi statuunt, vel aorum penes quos est omnis legum regni illius aut imperij de quo agitur auctoritas, consilio melius rebus publicis consultum sit, & ut decet prouisum. Hæc & id genus plura potestatis regie aduersarij disputant, quæ tanto maiorem habent veri similitudinem, quòd aduersus tyrannidem dici videntur, cum qua regnum tantam habet affinitatem, ut sola æquitate differat, (ut caim diximus forma regiminis rest eadem:) & suam quandam habent veritatem in aristocratica, & democratica gubernatione; quæ pro rege certis legibus principem asciscit. in quo rerum statu, inferiores sub principe magistratus, non ab ipso principe capiunt auctoritatem, sed ab illa ipsa suprema potestate, qua ipse creatur princeps, gratia exempli: Romani Cōsules & Prætores ab illa eadem potestate creabantur,

creabantur, qua Dictatores, & primi Imperatores. dico igitur, rectè quidem discrimen constitui inter aulæ regis ministros, & eos qui regni diuersis officijs præficiuntur: sed absurdum est magistratus populi Romani numerari & misceri cum præfectis bello & iudicij, sub regio imperio.

Regni est alia natura quàm reip. popularis: regnum omnem supremi-
 tem summamq; imperij vni regi tradit, qui vnus eam potestatem habet, quam
 populus habebat vniuersus: quando igitur aiunt inferiores magistratus, non
 propriè pendere à rege, sed ab ipsa supremitate, id est, à summa illa imperij
 seu regni *dupdu*, quæro vbi & apud quos resideat: num in rege, an in ordini-
 bus? in aliquo enim aut in aliquibus vt insit ceu subiecto, oportet. In populo
 eam apertè non videtur constituere; regi verò eam detrahunt; quando sub-
 alternos magistratus aiunt ab eo propriè non pendere. vnde consequens est,
 vt summam illam imperij potestatem tantum in ordinibus esse sentiant: quor-
 um auctoritatem eò extollunt, vt dicant *genes populisq; ordinesq; ius sibi ple-
 rumq; retinuisse fransandorum principum cui nulla vestigias vel temporis præscriptio ob-
 esse possit.* quod si ita est, omne legitimum regnum tollitur, & ejus loco consti-
 tuitur vel populi vel optimatum potestas. Reip. status & conditio denomina-
 tionem accipit ab ijs, penes quos residet summum imperium. Si suprema po-
 testas in vno principe resideat, monarchia est. si in optimatibus, aristocratia:
 si verò in populo, democratia. confundi & misceri inter se non posse demon-
 strauimus.

In regno suprema autoritas nulla cogitari potest, quæ tota non resideat
 in rege: quare non verè dicitur inferiores siue subalternos magistratus non
 propriè pendere à rege; sed ab ipsa nescio qua regni supremitate, quæ tota in
 rege non sit. rex refertur ad regnum, & contra: estq; rex qui regit regnum,
 eiq; præest: cui subesse consequens esset, si qua regni *Nequus* supra regem es-
 set. regem autem à regno regi, tam est absurdum, quàm à curru equos trahi.
 Ab illa supremitate rex supremus est, quam si ei adimas, regnū simul adimias.

Qui autem putant fieri posse, vt quemadmodum rex singulos in officio
 continere debet sua auctoritate, ita nobilitas vniuersa, aut ejus potior pars,
 regem in tyrannum degenerantem reprimant; & idcirco jure tam diuino
 quàm humano, inferioribus magistratibus aliquid ampliùs concedi, propter
 juramentum de procuranda legum obseruatione, quam priuatis hominibus
 æquum esse, ordinem quem Deus & ipsa naturæ lex in hominum guber-
 natione constituit, non satis exactè expendere videntur; nec considerato
 summum imperium contra rei naturam in orbem iturum: & modò penes
 regem, modò penes ordines futurum. præterea animaduertendi potestatem
 nullam habere in suum superiorem inferiores, qui quicquid habent potesta-
 tis est superioris, siue ea sit belli, siue iudiciorum.

Quod juramentum attinet, illud facit, vt minùs contra regem possint cæ-
 teris, qui nullo sacramento regi tenentur obligati. Nam exacti & præstiti ju-
 ramenta hæc est causa, ne potestate ipsis credita vel contra principem, vel
 contra populum abutantur. Quod si fecerint, læsæ maiestatis & perfidie gra-
 uius crimen incurrunt, alijs quibuscumque à plebe hominibus. Rex nemini pote-
 statem dat, nisi hac conditione, quæ si minùs exprimitur, intellecta tamen in-
 telligitur.

Postremò rei difficultas major est, quàm vt cum salute publica queat per-
fici. Primò, vnde scitur nobiles & reliquos ordines non abufuros potestate
sua in regem, æquè ac rex in proceres populùmue? Deinde partem nobilium
conuenire, res est plena periculi, maliq; exempli, quod rebellium coniuratio-
nis habeat speciem: & ab vno vel paucis quibusdam, tanti momenti res ten-
danda non est; cæteris ad quos non minùs res pertinet tacentibus, aut tyran-
nidem probantibus, quia aut placet, aut quia tyrannus non videtur. Metuen-
dum enim est ne ciuùs mali specioso quæsito colore coëant in boni principis
perniciem, quàm boni contra verum tyrannum, ad salutem populi. Præter eà
quis ordines conuocabit, quis in regno sub rege tantæ authoritatis, vt ad ejus
mandatum venturi sint, nisi post manifestam defectionem, apud eos qui iam
jure aut injuria defecerint. Ad hæc & hoc scire conuenit, populum proceres-
ue malam posse suscinere causam, & regem bonam: & fieri etiam potest, vt
tam regis quàm populi aut ordinum causa mala sit. in bellis enim tam ciuili-
bus quàm hostilibus, non rarò vtrinq; peccatur.

Ius diuinum & humanum quod hîc nominatur, quo nobilibus adfirmatur
aliquid amplius concedi æquum esse, vellem doceri; nam nullum inuenio,
mihi non satis est id dici, nisi demonstratur. Nam vt magnatibus qui proximi
sunt regi, amplius concedatur quàm priuatæ conditionis hominibus æquissi-
mum esse fateor, nempe vt liberior & facilior ad regem pateat accessus, vt
consilio præstò adsint, vt moneant, hortentur, consulant, suadeant, dissuade-
ant, quæ ad regni salutem, & regis honorem pertinere iudicabunt: ita armata
manu regi resistere, eumq; cogi ab ijs qui armatam manum non habent, nisi
quam ipse rex armauit, contra jus diuinum & humanum videtur. Sententia
Domini nostri, Qui gladiû acceperit, gladio peribit, ex jure diuino sumta est.

Leges ciuiles autem summas magistratibus, quales erant Consules apud
Romanos, nullum dabant militare imperium; Consul delectum habere, ac
militem armare non poterat. In nouis & subitis motibus, noua lege opus erat,
qua jubebantur videre ne quid respublica detrimenti caperet. Duces verò,
Comites, & Barones, qui hodiè subsunt regibus, similiter Consules, Majores,
Burgimagistri, & qui dicuntur Scabini, inferiores quidem magistratus sunt,
sed sine bellico imperio; nisi mandet rex in suo regno; aut Senatus populûs-
ue in rep. Armorum potestas belliq; jus ad supremam potestatem pertinet, &
vt se aut alios armare possint speciale mandatû requirit. Armauerit militem,
& exercitû comparauerit aliquis regi subiectus dux, aut comes, vnus vel plu-
res, cum Galba quæri poterit, Commilito quis iussit? Nemo enim id per leges
potest in benè constituta rep. cui Deus & leges non dedere bellicû imperium.

Quòd defuncto eo qui summum magistratum gessit, hoc est, rege, magi-
stratus, & quotquot cum aliquo sunt imperio, *manent in suo quisque gradu vt
priùs*: scire conuenit, magistratus, & eos qui officia publica gerunt, ex dona-
tionis formula mandatiq; retinere aut amittere morte regis magistratum aut
officium publicum: deinde summam potestatem non mori simul cum prin-
cipe. transit enim ab eo ad legitimum hæredem, in regnis hæreditarijs: & in
electiuis ad vniuersum illius regni populum; quorum nomine respublica re-
gitur, & quibus electionis noui regis jus competit, eligunt.

Sublatis regibus hæreditarijs, ad viuersum populum recidit im-
perium

perium: cui tunc Deus hanc potestatem lege naturæ facit, ut illud aut sibi retineat, & per principes & magistratus illud administret, aut ut totum in alium transferat.

CAPVT XXXII.

Lex feudorum quæ vassallum eximit ab officiis debitis domino, propter ab eo in ipsum commissam feloniam, ostenditur non habere locum inter regem & subditos.

QVOD ex iure feudorum allegatur dominum non minùs in vassallum sine clientem, crimen perfidiæ committere posse, quàm vassallum in dominum: quo casu, etsi feudum domini ad vassallum non deuoluatur, redeatque ad directum feudi dominum, ipse tamen ius quod habebat in feudum & vassallum amittit. Respondeo, aliam esse rationem vassallorum inter se, sub maiore domino, aliam regis ad vassallos, & vassallorum ad regem, qui superiorem nullum habet, apud quem de sibi facta iniuria inferior vassallus possit queri. Iniquum est quenquam priuatum sibi ius dicere, & eum qui est læsus, vitorem esse propriæ iniuriæ. sed vt res magis nota sit, & quàm leges illæ feudorum quæ citantur, nihil argumenti contineant, ad probandam ordinem, aut populi aliquam potestatem in regem, visum est mihi eas hic subiicere. *Lib. 2. tit. 26. § 24. Domino committente feloniam, ut ita dicam, per quam vassallus amitteret feudum, si eam committeret, quid obtinere debeas de consuetudine quaeritur, & respondetur proprietatem feudi ad vassallum pertinere, sine peccato in vassallum, siue in alium.* Super quo textu Franciscus Hottomanus hoc modo commentatus est. *Impetrator (inquit) lib. 2. tit. 52. Iubet omnem fraudem & dolum abesse ab utroque oportere, hoc est, ut non modo vassallus seniores tanquam patronum, verùm etiã hic illum tanquam clientem obseruet. De hoc tamen iure dubitatum est, in lib. 2. tit. 47. nec sine argumenta, cum neque vsquam legatur dominum vlla verborum formula fidem suam vassallo suo iurare, ac ne astringere quidem, nec patronus suo liberto aliud quidquam, quàm quod discretè ac nominatim promissit, debeas. Quod in sexto legitur de consuetudine, ita exponit. Notandum igitur iuris patronatus amittendi causas nulla scripta lege definitas esse, lib. 2. tit. 23. proprietatem feudi ad vassallum pertinere, ita exponit: ob crimen patroni vassallo proprietatem feudi consolidatur, lib. 2. tit. 47. ubi tamen ambiguum huius rei proponitur. Hæc Hottomanus loci citati textus verba hæc sunt: *Ex facto quaesitum scio, & ego à pluribus quaesivi, si dopinus contra vassallum apertam feloniam fecerit, an sicus vassallus feudum debet amittere, ita dominus proprietate priuetur, alij non nisi ex magna feloniam, alij ex nulla.* Et hoc est illud ius ex quo ordinum autoritas supra regem demonstrare vult dubium, incertum, varium, non rarò iniquum.*

Feudorù leges militares sunt, & feuda militiæ stipendia quondam fuere: cuius ordo postulabat, vt inferiores vassalli, suis senioribus parerent, & semper præstito adessent, quandocunq; vsus postularet. Supremi domini, id est regis intererat, mutuã amicitia retineri inter seniores & vassallos, ne inuiti sub eo, à quo insignem aliquam iniuriã acceperant, militarent: atq; hac occasione directus dominus seruitio suo fraudaretur. Quapropter æquum visum fuit, vt pleteretur pari pœna senior, qui graui aliqua affectisset cõtumelia suum vassallum, qua puniendus erat si in seniore, huiusmodi quidpiam designasset. Directus

dominus talem legem ferre potuit; & ea lege feudum dare. qua in re, habitus est ratio superioris domini, & militiæ benè constitutæ, potiùs quàm officij vtrinque ex iure naturæ debiti. Malè aptantur hæc regi qui supremum dominum non agnoscit, & subiecto ei populo. Sed ea quæ superius diximus de Davide sufficerent ad plenam huius quæstionis solutionem, si abesset contemndendi studium, & regiæ potentia odium. Sed vt totam complectar disputationem, summa eorum quæ diximus hæc est; quamuis nonnulli qui inter inferiores magistratus numerantur habeant gladium, non est distringendus in illum qui dedit, & cuius auspicijs est eo vtendum: delegata potestas ab eo dependit qui delegavit: eiusque nutui seruire debet. quare nihilo plus potest illa potestate inferior magistratus in suum regem, quàm priuatus. Non enim sua ipsorum authoritate iurisdictionem exercent, aut arma tractant inferiores magistratus, & militiæ capitanei, sed eius qui eam potestatem dedit: nemo vnquam quemquam in se armauit, aut armare potuit. Quare quicumque id audent, æquè ac priuati, in pœnam legis incurrunt, quam Seruator noster ore suo sanxiuit, Qui gladium acceperit gladio peribit.

CAPVT XXXIII.

Principes qui superiorem agnoscunt dominum, eam potestatem habent & imperium non delegatum, sed proprium, possunt se & suos contra iniuriam & vim à domino illatam defendere, sed non eum vtrò laceffere.

NE videar in vniuersum condemnare omnes duces & comites, aliòsque principes, qui superiorem agnoscunt dominum; inter inferiores, aut subalternos magistratus, non aptè mihi numerari videntur, qui demandatum proprium in subditos, & non ab alio habent imperium. Sunt enim reges beneficiarij, aut qui sese in clientelam dedere potentioris imperij, eique se subiecere; aut qui regnum acceperunt à superiori monarcha, tanquam feudum: quibus adnumerandi sunt, qui ducatum aut comitatum simili lege obtinent, solòque nomine differunt à regibus beneficiarijs: si quod amplius sit discrimen, perexiguum est: cuiusmodi olim fuerunt duces Burgundiæ, Flandriæ & Artesiæ, & hodiè sunt Principes Germaniæ, & alij qui in subditos non delegaram, sed traditam & datam habent potestatem: eaque tanquam sua suoque nomine non alieno vtuntur fruuntur, & suo nomine, non alieno subditis dicunt; eosque à vi & iniuria defendunt.

Horù cum non delegata sed absoluta sit potestas, se & suos aduersus iniustam vim defendere possunt, eamque vi propulsare. directo enim domino præter fidem & obsequium, ex pactis cõuencis ratione feudi aut protectionis, nihil debent. gratia exempli; rex Agrippa à Romanis imperatoribus totam Iudæam & quidquid ipsius auus magnus Herodes possederat, obtinuit, & regia authoritate rexit: & hodiè Bohemiæ regnum imperij est feudum: estq; Bohemiæ rex imperij cliens & vassallus: horum authoritas est regia, longè diuersa ab ea quam habuere Fœlix & Festus, alijq; qui à Cæsaribus missi in Iudæam tanquam procuratores eam gubernarunt. Agrippæ verò potestas ipsius propria erat, & rem suam non alienam tractabat: at Festus authoritate Cæsaris præerat, & non

& non suam rem, sed populi Romani administrabat. Proinde iustam belli causam contra Cæsarem Agrippa habere potuit, non autem Felix aut Festus. sicut nec alius dux, & generalis capitaneus, quem hodiè Imperator aut rex quilibet provincie militiæq; præficeret.

Comites autem & duces qui in subditos proprium non alienum exercent Imperium, quamvis superiorem agnoscant dominum, ad defensionem sui & populi ipsis subiecti, contra omnem iniustam vim, gladio armati sunt: quo & uti possunt contra dominum; si injuriam non ferendam clienti, & fideli suo, ipsiusq; subiectis offerat. Plurimum enim differt datum communicatumq; imperium, à delegato & mandato. quod eo aduersus delegantem uti ratio non permittit, illo ius tueri se non prohibeat.

Inter hos & illos par discrimen est ei, quod inter eiusdem patris natos, quorum alij emancipati sunt, alij sub potestate patria degunt, conspicitur. hi proprij nihil possident. patris enim sunt quæ habent vniuersa. illi propria bona, & distinctam habent possessionem, ab ea quæ est patris: quam si pater ipsis nulla de causa velit auferre, ut ad alium transferat, iusta erit aduersus patrem defensio: utpote quòd iniuria ad vxores & ipsorum natos, quorum cura eis commissa est, pertineat: nihilominus tamen aduersarium patrem omni honore & obseruantia tenentur colere.

Et si enim contra patris iniuriam habeant legum defensionem, tamen ut patrem malè mulcent, pulsent, aut necent, aut alio quouis modo malè tractent, propter acceptam iniuriam, iura naturæ non permittunt, inculpata defensio ut emancipatis permittatur, vltio acceptæ iniuriæ negatur. eodem modo vassallis regum & imperatorum, quorum feuda proprium habent imperium non delegatum, fas est ab iniuria dominorum se suosq; defendere: sed si nes transgrediantur iustitiæ, si vterius progrediantur, vassallum iudicem fieri Domini sui, nisi aliundè eo sit aut par aut maior, rerum ordo non fert.

CAPVT XXXIIII.

A rege non appellatur, quia superior in regno ipsa rege nemo est.

Allegari etiam solet ex Romana historia prouocatum fuisse à rege ad populum in causa capitali Horatij sororicidæ, qui à delegatis per Tullum Hostilium regem iudicibus damnatus, à populo postea est absolutus. Respondeo, historiam Titi Liuij esse notam: & inde non probari populum Romanum auctoritate maiorem regia habuisse: res ita habet, ludex in ea causa rex esse noluit, ne ipse tam tristis ingratiq; ad vulgus iudicij, ac secundum iudicium supplicij author esset: consilio populi aduocato duumuiros inquit, qui Horatio perduellionem iudicent, secundem legem facio. Lex horrendi carminis erat, duumiri perduellionem iudicent: si à duumiris prouocari, prouocatione certato: si vincent, caput obnubito, infelici arborei riste suspendito, verberato, vel intra pomerium vel extra pomerium. Hac lege duumiri creati (qui se absolvere non rebantur ea lege, ne innoxium quidem posse) cum condemnassent; tum alter ex his P. Horati tibi perduellionem iudico (inquit) licetor colliga manus: accefferat licetor, iniiciebátque laqueum: tum Horatius auctore Tullo clemente regis interprete, prouoco inquit

inquit: ita de prouocatione certatum ad populum est.

Nullum (nisi vehementer fallor) ex hac historia duci potest argumentum, quo doceatur populum Romanum imperium habuisse in suum regem, aut à rege fuisse prouocatum ad populum, cum hic narretur regem huius iudicij inuidiam declinasse; & idcirco lege duumuiros creasse iudices huius causæ; à quibus prouocationem dedit ad populum.

Hæc cum omnia fiant regis iussu, non populi autoritate, miror à viris doctis hanc citari historiam, ac si iudex ipse rex sedisset, & ab eius iudicio ad populum appellatum esset: qui nos si fuisset apud Romanos, & iure à rege ad populum prouocatio permissa fuisset, faterer quidem maiorem illius populi autoritatem quam regis; sed negarem regem illum esse monarcham, & dicerem illud gubernationis genus esse populare, non regium, quamuis suum principem regis nomine honorarent. Sed tantum abest vt ita sit, cum primum illud fuerit iudicium, quod de capite P. Horatij (teste Cicerone pro Milone) Romana ciuitas vidit, ad populum delatum: & Seruius Tullus dimidium de regia maiestate detraxisse dicatur, quando priuatarum personarum questionibus ad alios iudices delegatis, sibi maiestatis tantum crimina reseruauit.

Iurisconsultos hæc disputare absurdum est, qui ignorare non possunt à quibus appellare non liceat. Stultum est (inquit * Vlpianus) illud admonere à principe appellare fas non esse. In populo Dei poena mortis sancitur ei qui detrectauerit parere sacerdotis aut iudicis iudicio. Verba legis hæc sunt; Vir autem qui fecerit per superbiam, vt non obediat sacerdoti, qui steterit illic vt ministret coram Iehoua Deo tuo aut iudici, morietur vir ille, & auferes malum ex Israël. Si fuisset in populo Dei aliqua maior regis aut iudicis aut summi sacerdotis, quando nullus rex in Israël, nec iudex erat, potestate potestas; vel in summo aliquo senatu, vel in vniuerso populo, ad eam tam seuera lege prouocatio negata non esset.

C A P V T XXXV.

Quamuis episcopus Romanus subesse debeat decretis conciliorum, & possit a concilio deponi, non tamen inde sequitur eandem populum habere potestatem in suum regem.

Item argumentantur ab autoritate conciliorum supra papam, ad quod ab eo appellare licet; & quem deponendi, saltem propter crimen hærescos habet potestatem: tamen (inquiunt) nulla maior in terris creditur potestas, ea quam episcopus Romanus sibi vendicat: vnde esse consequens aiunt, aut reges maioris autoritatis, quam pontifices, criminæque hærescos minus, quam tyrannidis crimen; aut populos tantundem saltem potestatis habere in reges tyrannos factos, quantum habet concilium in pontificem hæreticum.

Respondemus theologorum Romanæ ecclesiæ variare super hac resententias; idque propter diuersam opinionem de traditis à Domino ecclesiæ, id est, potestatem ligandi atque soluendi cœtui apostolorum, & ex quo singulis & vniuersis apostolis: & quotquot sunt in hac sententia, consequens est, vt maiorem autoritatem credant œcumenici concilij esse, quam sit vnus Romani episcopi, & ab eo dandam esse appellationem ad concilium.

Alteræ est eorum qui contendunt clauis esse traditas vni Petro, cum præcipua

* D. lib. 49. tit. a
quibus appellare
non liceat.

precipua quadam cura pascendi oues & agnos Christi: & isti faciunt Petri auctoritatem maiorem reliquorum Apostolorum, & consequenter episcopi Romani, quem volunt vnicum esse Petri successorem; ac proinde eiusdem potestatis: quam eò extollunt, vt iura diuina & humana commutare possit, cui opinioni accedit alius error, papam errare non posse, in ijs quæ pertinent ad fidem, ac proinde eum ob hæresim deponi non posse. Ipsum episcopum & pastorem esse totius vniuersalis ecclesiæ, potestatem in omnes & singulos habere Christi fideles, neminem verò in ipsum, nec coniunctum nec diuisum: proinde cum ipse sit omnium iudex, à nemine iudicari posse, sed solius Dei reseruatum esse iudicio. Quæ potestas cum verè regia & monarchica sit, defensores huius sententiæ aiunt, quod necesse est consequi, papam esse supra consilium, nec posse vllis ipsius decretis ligari, nec latam ab eo sententiam rescindi, nec ab vllò consilio deponi: negabuntq; vllò papas iure vnquam fuisse depositos: sed interdum schismatis tollendi causa, amore publicæ pacis, cessisse papatum: & quotquot sæcùs fuere depositi, vim esse iniustâ passos. Item, eodem iure ad papam pertinere conuocationem, prorogationem, & translationem conciliorum. & ita concidit argumentum quod falsè nititur hypothesi.

Dato igitur quod & factum negari non potest, à concilijs, imò & ab imperatoribus depositos esse, & deponi posse episcopos Romanos, immensa illa potestas, quam sibi vendicat, ei competere negabitur. Episcoporum Romanorum episcopi & aliorum natura sua ad eò differt ab illa supèritate, quæ regibus est propria; vt cum ea nihil habeat commune, regum imperium cum dominatione Deus coniunxit; & episcoporum à dominatione esse alienum seruator noster voluit.

Præterea inter potestatem concilij supra papam, aut alios episcopos; & populi procerumque in comitijs regni, nulla est analogia. In libero concilio qui conueniunt episcopi, pares ibi tunc sunt: & potestate vniuersi sunt singulis maiores. populi verò potestas & procerum & regis, in regni comitijs est inæqualis. & vt quorundam aliqua sit authoritas in rep. ibi presente rege silet. Conuentus ordinum authoritas est tantum prudentiæ & consilij, non vllius imperij in regem, aut supra regem. In libero concilio episcopi in dicendis sententijs & ferendis suffragijs, patriarchis & primatibus, ac ipsi denique papæ sunt pares. In comitijs ordinum sub rege, sententiæ pondus capiunt ab ipsius assensu, à quo & pèdent. Vt comparatio valeat necesse est et regum còuenire concilia. Nam qui pares in regno vocantur, non comparantur cum rege; sed ipsi inter se, ad regem collati simul omnes vt singuli sunt impares; sicut à nobis iam monstratum est.

Concilia episcoporum conueniunt, regum autem concilia conuenire non est auditum. Optimatum autem & liberi populi comitia, cum episcoporum synodis habent affinitatem: illi qui potestate sunt pares tractant quæ ad ciuilem gubernationem pertinent; hi quæ ad pietatem & morum sanctitatem. Vtrobique vniuersi potestatem habent in singulos, quicumque illi sint, aut cuiuscunq; ordinis ac dignitatis. In regno vnus ita solus supra omnes eminet, vt neque ab vniuersis maiestate, potestate, imperiòue possit adæquari. Est in suo regno rex tam erga vniuersos quàm in singulos, quod sunt vniuersus populus & vniuersi optimates in republica erga singulos, non ergo sequitur, còcilium potestatem deponere

deponere papam, ergò ordines possunt exauthorare regem.

Quod comparationem attinet inter crimen hæreseos & tyrannidis, ea nimis generalis est: certa hæresis est cum certa tyrannide comparanda. Nam non quævis hæresis est tyrannide peior, nec quævis tyrannis hæresi minor. Romani episcopi hæresis quævis tyrannide est immanior. Munsteriana quoque hæresis, & id genus plures tyrannides in se continent pariuntque: quibus quomodo resistendum sit, à me supra dictum est.

CAPVT XXXVI.

Eodem iure subsunt populi regibus, quo nati suis parentibus, liberti patronis, serui domini.

Quærent præterea an maior sit subditorum erga regem obligatio quam liberorum erga parentes, mancipiorum erga dominum, aut libertorum erga patronum, qui eos manumisit. Respondeo, mihi illam ipsam comparationem in primis placere: nec enim aliud quidpiam magis oportunum mihi posse dari, nec magis confirmandæ meæ sententiæ idoneum, arbitror.

A familijs omnis imperij forma manauit, atque desumpta est. rex alio loco subditis esse non debet, quam est domesticis pater familiâs: proinde colendus est obseruantia ac pietate à populo, qua nati colunt suos parentes: quibus etsi duros & crudeles esse contingat, nulla vnquam iniuria tanta interuenire potest, ob quam naturæ iura ipsis mutare liceat, atque autoritatem vsurpare imperandi parentibus, vt propter malefacta in domesticos commissa, multandi eos ne dicam mastrandi fas sit. Fugere quidem iniultam vim, necemque; intendants, sicut & subditis tyranni furorem vitare, natis permittitur: sed contra stare, aut referre, minimè. hîc ad mentem reuocare lectorem velim quæ libro primo de natorum officio erga parentes diximus, & huic aptare argumento.

Veruntamen audiamus quid ex hac comparatione conentur efficere: allegatur id quod scribit Cicero de officio filijfamiliâs, cuius pater vi patriæ suæ dominium vsurpare contendat. *Si pater (inquit) dominationem manifesta vi occupare, aut patriam prodere tentet, an filius tacebit? minimè; sed patrem supplices rogabit, ne id faciat: si autem precibus nihil profecerit, accusabit illum, atque nimis terrebis, quòd si eò iam res processerit, vs periculum sit ne tandem patria obruat, rite patriæ salutem patriæ præferet. En (inquiunt) qualis fuerit eius viri sententia, non solum rationi consentanea, sed etiam maxime autoritatis.* Sed quid inde efficitur? quomodo potestatem in suum patrem natum habere hinc demonstratur? filiusfamiliâs reip. suæ regniue est filius, qui quemadmodum patri tenetur, similiter & patriæ, regique suo obligatur. Cicero hîc docere vult, vtrius horum duorum vinculum fortius adstringat; & quem cui debeat filius præferre.

Causa adferri debuit, in quo filiusfamiliâs patrem suum in ordinem cogere possit, in ijs quæ ad rem familiarem & domesticum regimen pertinent, quod nunquam fiet, nisi quis naturæ iura velit euertere. In duobus quidem casibus amentiar, & stultæ prodigalitatibus, familiæ & bonorum suorum administratio patrifamiliâs interdici potest, & committi filio: sed hoc publica legum magistratuumque autoritate fiet; non priuata natorum. Idem & in regem est ius quando suæ mentis non est compos: quod non tam censeri debet domi-

natus,

natus, aut autoritas in regem, quàm fides & obseruantia, quæ debetur etiam infantibus regibus, ab omnibus subditis.

Nihilò plus momenti habet, quod adferretur de seruo & liberto, quos leges à seruitute minorum, & ab officijs patrono debitis absolunt, ob crimè commissum in seruis aut libertis, non enim id fit nisi prius causa cognita à iudice, latàq; sententia. ipsi suo arbitrio seipsos in libertatem adferere non possunt; multo minùs in dominum consergere, & propriam iniuriam uicisci. Deus inter regem & oppressum tyrannide populum iudex est, qui tempus & modum nouit liberandi populum, & vindicandi iniurias tyranni, & hoc pijs Christianis summum solatium in omni calamitate semper tuit.

CAPVT XXXVII.

Non eadem est multitudinis potestas in regem, quæ regis in multitudinem.

Has rationes & argumenta exéplis confirmant: olim (inquunt) apud Gallos ita regnatum fuit, vt non minorem potestatem vniuersus populus in suum regè haberet, quàm ille in singulos: citanturq; verba Ambiorigis excusantis factum suum Cæsari, quòd sua imperia essent huiusmodi, vt non minùs haberet in se iuris multitudo, quàm ipse in multitudinem. & idem Cæsar narrat quomodo Galli suos reges ad tyrannidè aspirantes morte damnarint sicut constat ephoros etià fecisse suis regibus. Item ex Romana historia citant Lentulum quòd cum Catilina de euertenda rep. coniuisset, coactum esse Prætorà se abdicare: & quòd decemuirii legum Romanarum cum summo imperio conditores, in ordinem autoritate populi coacti sunt. Constare etiam inter iuris Romani interpretes, principem potuisse iusta de causa, à populo Romano imperio priuari, & morte damnari: & Venetorum duces aliquot in monasteria detruos, alios necatos iussu senatus. Childericum regem Francorum nihil mali cõmeritum, tantum quòd inuutilis regno videretur, populus regno priuauit, & in monasterium relegauit.

Cæs. lib. 5. debet Gal.

Ad hæc facilis est responsio, Gallos temporibus Iulij Cæsaris, nullù habuisse verum regem, sed tantum principes, quibus summù quidem imperium populus communicabat; sed non à se abdicabat: proindè exempla quæ adferuntur non conuellunt, nec aduersantur ijs quæ de veris regibus, & regia potentia adferimus. Lentulus tantum Prætor erat, nec quidquam eius exemplum ad rem præsentem pertinet: decemuirii tantum à populo summù acceperant imperiù in annum: quod ita fuit postea prorogatu, vt à populo Romano illud iusta de causa posset repeti. idem dicendù de Romanis imperatoribus, quibus senatus populùq; Romanus imperiù abrogauit, aliud enim est (vt diximus) cõmunicare alicui supremù imperiù, aliud abdicando illud à se totù in aliù transferre.

Baldus in libris responsorum ait imperatorem posse supremum imperium alteri communicare, & communicando nihil à se abdicare: quia imperij honorem & maiestatem non potest in alium transferre, quin ipse remaneat superior: sic populus Romanus communicauit imperium Dictatoribus & primis imperatoribus, vt posset etiam auferre. Regnum Lacedæmonum, si regnum dici debet, ab ephoris, hoc est à magnatibus regebatur, quibus & reges parebant. De Venetis idem dico, quorum duces non sunt reges, sed tantum principes nobilitatis: reip. illius gubernatio est optimarum.

De Childerico aio eum tunc rerum fuisse statum, qui virum fortem, & reibellicæ periculum postulabat: & quia ineptus rebus gerendis erat & orbis; factè cessit. De hoc negotio diu deliberatum fuit, & res antea multum & sæpè

fuerat agitata: quare quicquid alij sentiant, qui hoc factum odio vel amore pontificiæ Romanæ, vel popularis authoritatis, in deponendis regibus, exag- gerant, ego non tam vi fuisse depositum arbitror, quàm persuasum vt mona- chatu suscepto, imperio se abdicaret, & illud alteri traderet, qui regno magis idoneus, ac temporari necessarius erat. Franci tamen cum essent pij, sacramenti religio fidèsq; iurata regi eos non parùm turbabat, consuluerunt igitur Ro- manum episcopum, vt scirent quid in tali rerum statu, contra sacramenti reli- gionem liceret. res noua erat & inaudita. quòd si proceres & populus habe- re potestatem exauthorandi reges credidissent, nulla religio eorum turbas- set animos. cunctatio in ea re, & consultus Romanus episcopus ostendunt eos credidisse rege superstitè alium adsumere non fuisse in eorum potestate.

CAPVT XXXVIII.

Tyranni nullo iure necari aut eijs à populo possunt.

Q Vidam vt probet tyrannos iure è rep. eijs ac necari (vtrumq; simul coniungo, quòd se consequantur; etenim si fas est eijs reges, fas est occi- di, si occidi eijs) hoc argumèto vitur, nisi persuasum à natura ipsa esset, tyrannum eijs regno fas esse, non eijs è Sicilia regno Dionysium, non à Romanis Tarquinium superbum, non, sicuti Gregorius Turonèsis refert, Chil- dericum Clodouzi patrem è Francico, Victorium ducem sub Eorico Gotho ab Alernus, non Christiernum à Danis, Edwardum secundum, & Richardum secundum ex Anglico, Vitizam ex Hispanico eiectos legeremus.

Cui simili ratiocinatione occurro, nisi tyrannos interfecisse nefariù esset, non legeremus eorum percussores malè periisse. vt à Sicilia incipiã, Dionem cum tota familia extinctù fuisse post eictum Dionysium, Brutum & Cassium, cæ- terosq; qui Iulium Cæsare interfecerant, aut propria manu, aut familiarium, aut hostium, eodem anno occubuisse. Item non legeremus senatus decreto sumptù supplicii & de Chærea tribuno interfectore Caij Caligulæ. non lege- remus Davidem eos qui Isoset caput attulerant necari mandasse.

Sed multò aliter argumentabor & dicam, nisi bonos reges tollere naturæ lege persuasum esset, non legeremus Pertinacem, Alexandrum, Seuerum, Gordianum, vtrumq; Vbium, Gallù, Emilianum, Quintilium Flauij Claudij fratrem, Aurelianum, Tacitum virum optimum, Probum re, & nomine, & Ner- merianum imperatores omnium iudicio bonos, à militibus interemptos. In- ceptam esse hanc argumentandi formam nemo non videt. frustra à citantur exempla, quando de iure est quæstio.

Quod Dionysium Syracusanù atinet, dico pessimos illos insulares tyranno fuisse dignos, qui ita cõparati erant, vt moderatã gubernationè ferre non ma- gis possent quàm tyrannidem. sicut patet ex necato Dione. addo improbita- tem populi, non rarò coëgisse bonos alioquin principes fieri tyrannos.

De Tarquinio superbo, dico causam quæ prætendebatur non videri satis idoneam, cur deturbati regno pater debuert ob flagitium filij, nisi dicere ve- limus Davidem à populo Israëlitico fuisse mactandum, ob adulterium, & V- riam necandum hostili gladio expositum, & eijsendos à populo reges ex toto Israële, qui omnes ferè ad vnum fuerunt impij. Quod si ea futura sit cui- us populo iusta abdicandi regem causa, nec tamen mouetur, vt peccatam re- gem puniat, in magnam Dei iram incurere oporteret: at populum nullum propter regis peccatum à Deo afflictum legimus, qui ipse dignus ob propria sua flagitia non esset. A Deo puniri reges fateor, sed populum, qui propterea

in suam regem consurget, à perducclionis crimine non excusat. ratio hæc est, quòd populus regis sui iudex non sit, nec ius gladij habeat, quo utatur in suum principem. Cur enim liceat in suum principem plebi, quod in neminem priuatum licet? Quid si plebeius aliquis aut patritius, patre patritio natus, Lucretiam violasset, an iustum Romani iudicassent, patrem simul cum nato pœnas adulterij dare?

De Childerico quid dicam? eadem lenitate qua fuerat eiectus, fuit postea restitutus. non quidquid offensus populus mihi sue perpetrat ius est. Gothorum, Longobardorum, a horumq; qui illa ætate, & ante illam ætatem regnarunt, mores facere huiusmodi, vt pro exemplo adferri non debeant: nisi quis in mutuas cædes grassari, prædari & vastare, vi & armis inuadere atque occupare aliena, ius esse probare quis velit.

Christiernum autem à Danis in ordinem fuisse coactum scio, & dignum qui id pateretur agnosco, de iure dubito, nisi ius esse dicamus, quod placet ei penes quem eadit victoria. Nam si rex vicisset, ius tunc penes eum fuisset, & quæ valde est diminuta regis Danorum potestas, maior euassisset. quando ad Martis aleam veniendum est, ius est in armis. Arduum & difficile est iudicium controuersiarum inter armatum regem & populum, quas prælium victoriæque diremit, non iudicium. Longè præstaret quidquid est huius generis Dei iudicio relinqui, quàm à priuaris quidquam temere desiniri, aut ex facto exemplum trahi ad probandum quid liceat quid minùs.

Edwardi secundi mores non probo, sed illud multo minùs, quod contra Dei & naturæ legem, ab vxore & nato vim passus est. ex occulcis Dei iudicij hominum facta non sunt æstimanda. Lex gentium hæc est, vt victori pareat victus, non tamen semper melior causa vincit. anceps est bellum, in quo quisquis succumbit, malam sustinuisse causam creditur.

Quod de Richardo secundo adfertur, tanquam autoritate populi fuerit regno suo spoliatus, non bona fide historiam citari aio. mitto temeritatem & audaciam dicere eorum, qui facta principum, & Dei iudicia quolibet trahunt, & ex sua libidine non rei æquitate interpretantur. Richardus inter tyrannos numerari non dignus fuit: inutilis princeps si quibusdam visus est, an ipsi magis fuerint viles iudicabit Deus. commiserationem magis tanti regis casus meretur, quàm insectationem. Si res gesta disceptari apud æquos iudices posset, vt aliquando haud dubio procul apud Christi tribunal in vltimo iudicio disceptabitur, qua fuerit æquitate desertus à suis, quàm iustas causas habuerint eius aduersarij, vt eum adigerent se regno abdicare, & fame sitiq; postea necarent, facillè appareret. Omnes certè reges & principes vicini, & in primis rex Gallorum Carolus atrocitatem atque immanitatem facinoris horrentes, execrantes, detestantes tantam iniuriam principi, vt prædicabant longè innocentissimo, factam, sine mora vindicandam iudicarunt, sola infamia Caroli Gallorum impedimento fuit, vt præter minas contra nihil tentatum sit. Quamuis Edwardus & Richardus indignam vim passi sint, in iudiciū tamen vocati non sunt, vt apud populum & nobiles eorumque legatos causam dicerent, & factorum suorum redderent rationem: quòd factum oportuie, si magnates & populus rege superiores essent: sed quum agendum sibi iudicarent cum regibus consilio, & persuasionibus, vt sese regno abdicarent, factò testati sunt, in reges quibus vim intulerant, se nullam habere potestatem, nec eos potuisse villo iure aut legibus regno priuare.

Non eadem est ratio tyranni, & latronis publici, aut hominis furiosi.

ET quòd aiunt, quando queritur, an tyrannus qui iniuste dominari se inuadit, aut qui iniuste acquisito malè uelit propulsare aut expellere liceat, perinde esse ac si quis quaereret num liceat raptore de aliquis possessione deicere, aut gladij furioso adimere: Responderi potest malè comparari hæc inter se. aduersus latrones & raptores publicos priuati legibus & auctoritate publica armantur, contra tyrannum non item: quia controuerti potest, tyrannus sit necne qui talis uideatur. Fieri etiam potest ut per vim raptor alienam possessionem inuaserit eamq; possideat, qui tamen inde alia vi non possit iure à priuato depelli. vi & armis, sua quæ alius occupat, nemini priuato licet repetere: iudicis sunt partes, legitimè cognita causa, & lata sententia, per officarios, in possessionem uerum dominum restituere. si fortè uerus dominus uacuum possessionem inuenerit, eam occupare potest, idem dico de regno iniuste occupato, indè tyrannum non esse depellendum, nisi ab ijs quibus potestatem Deus dedit iustitia administrandi, & cuiq; suum tribuendi ac conferuandi, ut sunt reges & principes vicini, quiq; natiuitatis iure ius habent gladij.

Ad alteram quætionem responsum esto, tyrannum furioso in hac quæstione ineptè comparari. non quia furor adipit mentem homini, cum ratione insiant homines quotquot ea abutuntur ad iniuriam, fraudem, dolum, & vim: de qua re iudicare non est cuiusuis: insanus & furiosus morbo si rex sit, vi & uinculis coercendus est: quia sine ratione belluino, ac furioso ineptè abripitur. Insania uerò mortuæ, quæ in rationis abusu sita est, alia est res: eam non à quouis cohereri Deus uoluit; sed tantum ab eis, quibus imperiū dedit: quòd eo insaniz genere pleriq; mortales omnes insaniant. Ecqua cõsilio in rebus humanis futura est, si insano vincere insanum permittas? at ita res habet, qui sibi insanus rex, aut tyrannus uideatur, ego prudentem & clementem regem iudico: & contra quæ tu opinaris bonum & prudentem principem, mihi insanus & crudelissimus est tyrannus. Quid igitur in hac opinionum uarietate fiet? cum de eadem re, non sit eadem omnium sententia, nec de eodem homine, idem iudicium: moderatum imperium mali sæpè uocant tyrannidem.

Ipsè Absalon patrem calumniatus est; qui quamuis regnum sanctissimè (si quis alius) administrauerit, non ei tamen defuere rebelles. Contra Mosen cum Core, Dathan & Abiram seditionem mouerint, quis princeps tutus erit? At regnum de gente in gentem transfertur propter iniustitias &c. ergo id à subditis fieri debet, ergo in malos reges subditis arma capere licet: id non consequitur; quantumuis interdum iustum Dei iudicium in tyrannum cadat, id peccatum rebellis populi non excusat.

CAPVT XL.

Sententia philosophorum & quorundam scholasticorum afferentium licitè & meritorie tyrannum occidi per quemcumq; subditum, condemnata fuit in concilio Constantiensi.

PLato disputat tyrannos è republica eiciendos esse: & Diuus Thomas non iniuste à multitudine disputat regem posse destitui, si potestate regia abutatur. Quia (inquit) oc ipse meruit in multitudine regimine se infideliter gerens, uerum quis iudex futurus est inter regem & offensam multitudinem? Iniquum est eundem esse actorem & iudicem, & propriæ iniuriæ uindictam. Rex fideliter se gerens multitudini, hoc est belluæ multorum capitum, falsò uideri poterit infideliter agere. Olim falsa hac opinione, multitudo imbuta, bonos par-

ter

ter ac malos mactare solita fuit Cæsares. Quid mereatur tyrannus in considerationem frustra vocatur, quando competens & æquus tyranni iudex deest. Ad Platonem respondeo, non tam quæri an ei sciendi sint tyranni, quam à quibus: rex tyrannum eicere potest, & liberare indignè oppressum populum: sed à privatiis & subditis id fieri sermo Dei prohibet.

Fuit hæc questio disputata olim à scholasticis, qui philosophorū more plus ingenio tribuebant, suoque acumini, quàm præceptis institutisq; diuinis: & hæc thetis concilio Constantiensi propoſita legitur, vt de ea iudicaretur. *Quibus tyrannus potest & debet licitè & meritorè occidi per quemcumq; viſallium suum vel ſubditum, etiam per clanculares inſidias, & ſubtiles blanditias, vel adulationes, non obſtante quocumq; præſtito iuramento, seu conſeſeratione facti cum eo, non expectat a ſententia vel mandato iudicis cuiuſcumq;.* Tametsi illud concilium multa contra verbum Dei decreuerit, fuit tamen iudiciū in hac re huius concilij sanum, quando edito decreto conaemnavit hunc errorem. Verba decreti hæc sunt. *Adventus hunc errorem ſatagens hæc ſancta ſynodus, & ipſum fronditū tollere, declarat & deo ſuis huiusmodi doctrinam erroneam eſſe in fide & in moribus, ipſamq; tanquam hæreſicam, ſcandalofam, & ad fraudes, deceptiones, mendacia, produtiones, periuriā, vias dantem, reprobat & condemnat, declarat inſuper & decernit quod perſinaciter doctrinam hanc pernicioſiſſimam adſerentes, ſunt hæretici, & tanquam tales iuxta canonicas ſententias puniendi.* Nihil tamen cucullatus ſanctitatis ſimulador, profeſſione ab armis abhorrens & ſanguine, ſub ſpecie anticiæ regem ſuum confodere extimuit. Et hæc tam nefaria regis cædes probatur ab ijs, qui tyrannidis & impietatis inſtimulant hominem in terris à Deo ſecundum, cui & gladium commiſit, quod regno vitæq; ipſius inſidiatorem trucidari mandari: iſti ſi Deo placeat conſeſit mendacis & maledictis quibus poſſunt proſciadunt Lutheranos & Calvinistas quos vocant, tanquam ſeditionum & bellorum civiliū auctores, & regum atque omnium civiliū magiſtratuſi hoſtes, cum ipſi cum ſuo papa incendiolorum ac morum civiliū totius Europe, quos hos ſexcentos annos vidimus, & videmus, fuerint auctores.

CAPVT XLII

Arma principum proteſtantiū Gallie ſumpta fuere ad regis ſui deſenſionem.

Nunquam vlla Gallie principes arma cogitaſſent, ſi Guifiana factio quietiſſet: aduerſus quam orbi vniuerſo nouum eſt, iuſſu regis pueri ſe reginæ prima fuiſſe arma ſumpta. literarum autographa quibus & regis filij, & ſuam ſalutem mater regina principi Condeo cōmendabat ipſius & aliorum principum fidem & auxilium aduerſus Guifianam viam implorans, Francofurti in comitijs imperij, in quibus Maximilianus rex Romanorum creatus & coronatus fuit, fuere oſtenſa ipſi imperatori Ferdinando, cæterisq; Germaniæ principibus: quæ ego vidi & legi, & exemplaria mihi idè deſumpſi.

Prætorè ſinitis bellis rex teſtatur eſt quidquid apud Condeos, & qui cum fuerant ſecuti mouerant, pro ipſius & regni ſalute eſſe factum, & ita rem accipi & interpretari voluit: in cuius rei maiorem fidem conducti ſunt Germania milibus qui ſub Condeo militabant ſtipendia ſoluit.

Si quid militaris licentia in bellis crudelius designauit quàm moderatio Chriſtiana ſere, non laudamus neq; probamus: tantùm hoc audeo dicere crudelitatem pontificiam, cauſam mihi dediſſe propter recamem memoriā luppiciorum, quibus in homines innocios ſacramta fuerat, vt inſolentius ſe gererent. ſed quidquid à noſtris in hac re peccari ponit, quid illud eſt collatum cum

cum furoribus papulicæ scuitiæ, qua in nuptijs regis Navarrae grassatum est, in omnem sexum & ætatem, primum Lutetiæ, deinde per totum regnum Galliarum effusus ille sanguis innocens cum Abelis sanguine, de terra ad Deum clamat & vinctam de paricidis postulat.

Innocentiam suam euangelicæ pietatis professores Galli pluries testati sunt, abijcendo arma quotiescumque regi placuit ipsos securos, vitam & fortunam eorum ab insidijs aduersariorum reddere. Qui hodiè verum suum & legitimum regem bello persequuntur, quas causas adferre possunt quò vel apud Deum vel apud homines factum suum excusare queant? ipsorum vitæ religionive nullam vim rex intulit, & se non esse facturum promittit. qua fronte audet Rossæus, & quotquot eiusdem sunt factionis, perfidie ac rebellionis damnare eos qui non cuiusquam offendendi, sed tantum sui defendendi causa sunt ad arma confugere coacti? isti notissimi seditionum duces de seditione alios damnant: quis ferret Græchos de seditione querentes? verè istis dici potest, Hypocritæ eijcite prius trabes ex oculis vestris, & postea videbitis quomodo festucas ex oculis fratrum vestrorum possitis educere. vnam pontificij erga suum regem eo essent animo, quo semper fuere qui dicuntur Hugonoti. experientia docuit semper eos fuisse paratos arma deponere, & regi suo se subijcere, quotiescunq; securæ pacis aliqua species ipsis oblata fuit.

Belgium autè quietissimum, nec quidquam unquam contra suum regem mouisset, si in Albano aliqua moderatio fuisset: parata illic inuenit omnia, nam vbi intellexerant principes & primarij gubernatores regis voluntatè de non admittenda religione, populi ardorem in ea re represserant: fuissentq; contenti omnes si tuto potuissent mansisse domi, & pro ratione fidei quæ Deus ipsis dederat, priuatim sine vllò motu Deum colere. si regi ipsis eam facere gratiâ, (quod tuto & sine fraude si poterat) placuisset. In verè Christiana religione nihil inest, quod principis nulla ex parte minuit maiestatem: quod pontificij de sua superstitione, quæ Romano Papæ ipsos plus quàm æquum est addidit, dicere non possunt, quocirca nulla causa fuit, cur Hispaniæ rex suum populum suspectum haberet.

Præterea quotquot sub principe Auraco militarunt, legitimum habuere principem, qui à Deo gladium habebat, non ab homine delegatum. vassallus quidem erat regis Hispaniæ, & vt vassallus cum eo non potuisset bellum gerere, ut fatear (quod tamè per leges patrias licuit) fuit princeps alimunde, nulla in re cuiquam nisi soli Deo subiectus, habuitq; potestatem omnem que in rege monarchia requiritur: diuersus tantum latitudine & extensione regionum & quod angustioribus finibus ipsis claudebatur imperiû, quam regis Hispaniarum. Vassallus regis Gallorum fuit imperator Carolus, similiter & Romani pontificis propter regnû Neapolitanum & vtriusq; Siciliæ: contra eos tamè legitima bella gessit.

Cessent igitur maledicta, quibus à rabulis reges & principes, quotquot displicet Romano pontifici, proscinduntur, tanquam rebelles & tyranni; cum ipse tyrannorum omnium sit immanissimus, in cuius gratiam scribunt quidquid scribunt; hæc leuiter tantum commemoro, quæ ne attigissem quidem, nisi me conuicia & impudentissima mendacia comouissent, quibus homines improbi sine vlla ratione modoq; quorumuis regum & principum & magnatum, qui cum ipsis non sentiunt nomina comaculant, atq; in odium & inuidiam apud veritatis reum ignaros vocant, quæ scribendi ratio, hominû est malam causam defendentium; quidè veritate & æquitate causæ suæ diffusi, ad calumnias & maledicta se conuertunt: vt quæ veritate vincere nequeunt, confictis fabulis obruant.

Nulla est causa cur fantopere unus metatur tyrannu qui sibi sua mores exemplo & exitium accersit.

Hic autem libro vt finem imponam, postquam particulatim respondi ad præcipuas rationes & argumeta atq; etiã exempla, quibus populi ordinumue potestas exauthorãdi reges, demonstrari creditur, generatim etiã ad similitudines & comparationes, vnde atrocior tyrannidis idæa, quã vulgò ipsa res est, concipitur, aliquid est dicendum: & meus terrorq; qui ex cogitationibus nascitur, aut adimendus aut saltem minuendus est: ne dum tyrannos nimiu metuimus, injuria bonos & viles principes afficiamus; & nobis ipsi tyrannos vltò procuremus, & incidamus in malum quod vitare cupimus. Quorsum enim attinet tyrannos comparare cum homine furioso, qui stricto mucrone obuios quosq; petat: aut nauclero qui nauem in saxa & Syrtis impacturus est: aut cum eo qui nauim in qua nauigat fit perforaturus, & hujus generis plura, ab vsu & moribus sanorum hominum aliena, quæ nunquam facta leguntur, nec futura sunt; sicut nec tyrannos qui his moribus comparantur fuisse demonstrari potest? Quæ tamẽ si accident, cum aded rara & extraordinaria sint, nihil certi de eis constitui nec definiri potest: ex ipsa re, tempore, loco, & personis, tunc capiendum erit consilium. Exempla petantur tyrannorũ, quos celebrant hystoriæ; qualis fuit Pharaõ, Saul, Herodes, Sylla, Iulius Cæsar, Caius Caligula, Nero, Domitianus, Commodus, Constantius, Iulianus apostata, Valens, Phocas, & quibus alijs tyrannide famosus: & qui fuerit reip. status, & quod fuerit sub huiusmodi principe officium & priuatorũ, & nobilium inquiratur. & quomodo tunc se gesserint pij & boni ciues, neq; enim hodie peiores pati tyrannos possumus, quã olim fuerunt passi majores nostri. id longè tutius est, quã de tyranni idæa disputare, qui nusquam est, nec fuit. facilius enim est ad eã respondere, quã ad disputationes vniuersales, quæ nihil definiunt.

Si fatales exitus tyrannorum intueamur, non inueniemus bonorũ virorũ manu perijisse, sed paucorum conspiratione malorum, nullo neq; populi, neq; magnatum publico consilio; nempe aut à tyrannis regni æmulis, aut ab ipsorum familiaribus & maximè intimis, priuato odio potiùs quã amore reip. ille exitus manet plerumq; tyrannos cum enim soli per se exercere nequeant tyrannidem, opus est vt habeant multos tyrannidis suæ administratos, inde fit vt tot tyrannos procreent, quot habent scelerũ ministros; qui data occasione, illa eadem facinora edere in ipsum tyrannum, à quo primũ edocti sunt, nihil verebuntur. rectè à Seneca dictum est;

*Quod quisque fecit patitur, auctorem scelus
Repetit, subque pr. mitur exemplo nocens.*

Qui metui malunt quã amari, multos quoq; metuant oportet: eodem carnisce tanto acerbius tyrannus torquetur, quo alios magis cruciat. Nemo vniquam impunè patientia populi diu potuit abuti: erumpit illa sæpius læsa in furorem; quem frustra à satellitibus comprimì posse speratur, cum à domesticis insidiatoribus, tyrannus tutus esse nequeat. Herodes foris omnia tuta habuit, quantum humana prudentia poterat prouidere: & in sua tyrannide felix & beatus (si quis tyrannus) haberi poterat; sed domesticæ insidiæ hominem quiescere non sinebat, nemini tuto fidere poterat, & ab ijs maximè prodebat,

tur, quos fidissimos sibi esse credebat: ea conscientia scelerate suorum, tanquam furis infernalibus exagitantur, ut nulla posset solida frui voluptate; & omnium mortalium in hac vita qui tunc vivebant, fuerit miserimus: quem ad hoc tantum Deus trahere vitam volebat. Et hic non vnus Herodis peculiaris, sed omnium tyrannorum communis est status: quo perturbari pius Deus non vult, quando per Salomonem in Ecclesiaste nos praeuocauit futurum, ut locum iudicij & iusticie occupet impietas, quando ait, *Vidi sub sole locum iudicij & ibi impietas: & locum iusticie, & ibi impietas: & dixi in corde meo, iustum & impium iudicabit Deus, quia tempus omni vilitati, & super omne opus illuc.* Non enim semper nec diu id durare potest. postquam tyrannorum iniquitate Deus vsus est suis exercendis iudicijs, necessariam conseruandis hominibus iustitiam reducit & bonorum principum regnum: vtrobique ad Dei voluntatem, cuius prouidentia mundus regitur, est respiciendum: nec auerterendum hominum temeritate tempus est, quo Deus oppressum liberare populum constituit. Princeps qui iniqua mandat, certa semper pericula sibi creat attrahit; sibi certum exitum: primum quia tollit numinis merum, & æquitatis contemptum eis, quibus flagitiosa precipit. & quum nemo facile ad scelus perpetrandum nullo proposito premio impellatur, quo atrociora sunt quæ imperantur à tyranno, maiora à ministris expectantur præmia, nemo gratis Deum offendit, nec famam & estimationem suam apud homines prostituit: & fieri non potest, quin æquæ in odium populi incurrant, qui ad iutores sunt regi ad tyrannidem, ac ipse tyrannus. quocirca quotquot participes sunt infamiae & periculi, similiter esse volunt voluptatis & commodi. satisfacere autem cupiditatibus eorum, qui se ad quoduis facinus perpetrandum prostituunt, est impossibile: vnde consequens est, vt odium conuertant in ipsum tyrannum, qui ipsi in malis obsecuti sunt: vnde tyrannos scire conuenit, tot ipsos sibi parare carnifices, quot ad maleficia vruntur ministri.

Hæc flagitiorum est natura, vt contemptum & odium adferant suis auctoribus, quemadmodum enim virtus gratiam apud omnes conciliat, ita scelum nrpitudine odium & inuidiam. hinc factum est, vt tyranni multi perierint, interfecti ab eis, qui tyrannidis ipsis fuerant ministri. cum Deus sit humani generis conseruator, diutius pati non potest tyrannos, quam puniendis hominum peccatis sunt necessarij. Quamobrem tutissimum aduersus tyrannidem remedium est vitæ emendatio, & precum ad Deum assiduitas. Seria præceptorum Domini & Magistrum nostri Iesu Christi meditatio, facile quod sit piorum erga malos reges & principes officium docebit. quisquis secum extendere volet præcepta de diligendis inimicis, nullius vnquam futurus est hostis, nedum sui regis, maledicentibus qui bene precari paratus est, & maledicta maledictis sibi non esse vlciscenda statuit, nec vltionem vllam de acceptis iniurijs expectandam, conuictis reges & principes non laceffet, nec eorum vitæ insidiabitur. Qui non resistendum esse malo didicit, sed bono tolerantia vincendum malum, nunquam hic rebellis, nunquam perduellis inuenietur. hæc Apostoli docuerunt, hæc patres tradiderunt, & his præceptis instituti feruissimos quoque tyrannos patienter pertulerunt, & perferendo vicerunt, & nobis posteris suis hoc exemplum reliquerunt: quorum vestigijs longè tutius insistitur, quam contrarij & noui dogmatis auctoribus fides habetur.

FINIS.

H H